This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

ANDOVER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY
MDCCCCX
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS

COMMENTARIUS

IN

NOVUM TESTAMENTUM.

EDENDUM CURAVIT

CAR. GODOFR. GUIL. THEILE,

THEOL. DOCT. ET IN ACAD. LIPS. PROF. H. O. AD AEDEM PAUL. CONCIONATOR MATUT.

VOLUMEN XVIII.

COMPLECTENS EPISTOLAM JACOBI.

LIPSIAE

IMPENSIS LIBRARIAE BAUMGAERTNERIAE.

1833.

COMMENTARIUS

IN

EPISTOLAM JACOBI.

CONSCRIPSIT

CAR. GODOFR. GUIL. THEILE,

THEOL. DOCT. ET IN ACAD. LIPS. PROF. H. O. AD AEDEM PAUL. CONCIONATOR MATUT.

LIPSIAE

IMPENSIS LIBRARIAE BAUMGAERTNERIAE.

1833.

585.6
cop.2

LECTORI BENEVOLO

S.

Contigit tandem viris doctis rerumque exegeticarum amantibus sistere, quam auspicando Commentario nostro delectam promisimus, *Epistolam Jacobi*, Schultheßio eam visam 'a qua studiosi sacros libros legendi et interpretandi rectissime initium capiant', recentissime antiquissimam NTi scriptionem pronunciatam. Eam vero, quanquam in adornandâ interpretatione legum in praemissâ *notitiâ* scriptarum nunquam non fuimus memores, et excusatione et commendatione egere, sentimus ipsi.

Quod enim prae reliquis sectandum visum est, *succinctâ* enarratione *brevi in conspectu* singula ponere: id partim *argumenti* fluctuatio, gravitas, difficultas, partim *interpretum* larga manus, operosa sedulitas, intentissima subtilitas, in discrimen vocavit eo magis, quo minus animus consiliique ratio pateretur, plurimorum, quae singulatim in difficilioribus locis disputata sunt, seu prorsus ignaros incertosque dimittere lectores silendo, seu non admodum certiores reddere ad decem pluresque libros ablegando. E quo discrimine quanquam non ubique contigit emergere - id quod, juvante Deo, magis in dies succedet -: tamen ne tum quidem operam nobis perdidisse videmur, singula commode distribuendo, varias sententias ad sua genera revocatas etiam externe distinguendo, primaria momenta notando, varios quos lingua ferret explicatûs praemittendo. Ita vero versati sumus, ut *ipsissimis auctorum verbis*, iisque *diserte notatis*, quam maxime uteremur, itemque integra transferremus quae partim vix aptius dici posse, partim in alterutram partem insignia esse, partim sermone vernaculo intelligentiam juvare viderentur; ut singulis sectionum quasi particulis *paraphrases* praemitteremus ita typis exscriptas, ut vocabula *graecis* respondentia *singulari compareant formâ* eâque in iis quae momentum facerent *diductâ*; ut *minoribus typis* reddi curaremus, in sententiarum recensu, quae haud probari posse viderentur, in reliquis, quae minoris momenti essent; ut denique haud pauca exhiberemus quae, ad primum intellectum nihil parumve facientia, *iteratae interioriqve tractationi ac meditationi* destinata singulatim *verbi divini ministros* suâ utilitate haud destituent.

Ceterum intra hujus anni spatium sequetur enarratio Epistolae ad Philipp. a socio procurata, itemque prelo subjicientur synoptica Evangelia nostris commentariis instructa.

Subjungimus compendiorum, quae haud sponte intelligantur usuve recepta siat, indicem hunc:

adv. . . adversus.
Agsti . . Augusti.
Agstin. . . Augustinus.
ap. . . apud; apostol. ctt.
Ap. App. . . Apostolus ctt.
ἁπλγ. . . ἅπαξ λεγόμενον.
Bd. . . Beda.
Beng. . . Bengel.
Bmg. . . Baumgarten.
Bz. . . Beza.
Corn. a Lap. . . Cornelius a Lapide.
Cpz. . . Carpzov.
dr. drr. . . dicitur, dicuntur.
ep. Ep. . . Epistola ctt.
Er. . . Erasmus.
Eschm. . . Erasm. Schmid.
ESchm. . . Erasm. Schmid.
Est. . . Estius.
Eus. . . Eusebius.
ev. evgl. . . evangelicus ctt.
Ev. Evgl. . . Evangelium ctt.
Gbs. . . Grebser.
Grash. . . Grashof.
Griesb. . . Griesbach.
Gt. . . Grotius.
h. m. . . hoc modo; h. r. hac ratione; h. sns. hoc sensu.
Hdi. . . Herodian.
Hdt. . . Herodot.
Heis. . . Heisen.
Hes. . . Hesych.
Hgb. . . Hagenbach.
Ht. . . Hottinger.
Jasp. . . Jaspis.
יהוה . . יי
intprt. ctt. . . interpret. ctt.
Knp. . . Knapp.
Lachm. . . Lachmann.
lr. lrr. . . legitur, leguntur.
Lth. . . Luther.
Matth. Mt. . . Matthaei.
Mich. . . Michaelis.
Mr. . . Morus.
nim. . . nimirum.
Nöss. . . Nösselt.
np. . . nempe.
Oec. . . Oecumen.
pr. . . propr.
Pt. . . Pott.
Raph. . . Raphel.
s. . . sive; s. . . sein ctt.
Sch. . . Schulthess.
Schnk. . . Schneckenburger.
Scht. . . Schott.
sim. . . simil. ctt.
Sml. . . Semler.
sns. . . sensus.
Stz. . . Stolz.
Th. Aq. . . Thom. Aquinas.
Thdt . . Theodoret.
Thph. . . Theophylact.
vbum ctt. . . verbum ctt.
vcblum ctt. . . vocabulum ctt.
vd. . . vide.
Wf. . . Wolf.
Wtst. . . Wetsten.
Zach. . . Zachariae.
Zwgl. . . Zwingli.

NOTITIA
NOVI COMMENTARII
IN
NOVUM TESTAMENTUM.

Exegeticae disciplinae nostris temporibus felicior facies contigit haec, ut verius rectiusque et *aestimetur* et *factitetur*. In veram quippe libertatem, quae minime licentia, imo interna est necessitas, aeque e *theologiae dogmaticae* vinculis atque ex arbitriis et *philologiae*, quae dici consuevit, *sacrae*, et *philosophiae*, qualis deinceps comparuit invaluitque, *profanae* vindicata est explicatio sacra. Rerum enim *dogmaticarum* e circumvallato externâ inspirationis et librorum symbolicorum auctoritate scriptionum sacrarum usu oriundam frigidam rigidamque severitatem, quam vix valuerunt saeculo octavo decimo ineunte pia SPENERI studia et philosophiae mathematicae lumina emollire, in communi rerum theologicarum innovatione studiis potissimum hermeneuticis exegeticisque ERNESTII, historicis SEMLERI effectâ, philosophorum, philologorum, historicorum iuncta opera ita temperavit, mitigavit, fregit, ut ne machinandi quidem intentio admodum sedula a recentioribus nonnullis timidius primum, post audacius ostensa ad pristinam opinionem, nedum auctoritatem revocare eam potuerit. Remanserat vero principale munimentum, quod a dogmaticorum severitate in vitam vocatum atque propugnaculi loco non tam constitutum quam usurpatum, arma oppugnatoribus etiam contra defensores suppeditando utrosque fefellit, *philologia sacra*. Eâ enim quemadmodum placita sua in animos evangelii sensu et antiquitatis linguarumque intelligentiâ imbutos insinuaturis opus fuit ad deliniendum sopiendumque: ita liberaliore dogmaticae potius eruditionis quam necessitatis specie adversarii, quominus arbitrariam eius sive ambiguitatem sive adeo vanitatem agnoscerent vitarentque, in tantum sunt impediti, ut ne philologiae quidem profanae incrementis securitate sua sint excussi nisi sero admodum atque aegre. Minoris in universum durationis at longe perniciosior fuit fingendi *philosophandique* licentia, quae pristinae servituti exuberantissime succrescens, scriptionum sacrarum quemadmodum sanctissimos recessus ita etiam explicationem incessit, inquinavit, pessum dedit. Verum istam quoque, opinamur ac confidimus, his nostris temporibus satis iacere fractam omniumque, qui evangelii vel tantillum senserunt sapueruntque, et theologorum et christianorum unanimi sententia proscriptam, quamtumvis ad coelum principesque clamitetur a recentioribus evangelici iactatoribus, evangelii offectoribus.

In fortunatiore hac rerum nostrarum aestimatione nondum tamen satis stabilita atque usurpata est explicationis sacrae *factitatio*. Vix enim singulis SSae sive disputationibus et historiis sive libris nova lux ambigua modo ac vibrans, modo clarior pleniorque affulsit. Et quemadmodum dudum desiderata est, quae totum Novum Testamentum complexa vel paululum satisfaceret lectori largiore supellectile destituto, plena ac concisa explicatio: ita nostri singulatim temporis ingenium et necessitas eam haud sinit amplius abesse, quo tandem re ipsa intelligatur operae recentius locatae vera ratio, verus usus et ambitus. Is enim profecto est, ecclesiae evangelicae publicum verumque fundamentum, *SSam*, cum humanitatis ipsius fonte ac praesidio, *ratione humana*, non solum non pugnare re vera, sed in usu etiam SSae faciendo nihil prius, nihil antiquius esse debere cordato cuique et homini et theologo, quam omnia rationi quam convenientissime moderari. Id ubi neglexeris negaverisve, fieri poterit sive nullus omnino, sive is tantum usus, qui humanae affectuum sensuumque perversitati inserviat, humanam salutem pessum det; quodsi vero quemadmodum in vita, ita etiam in pietate regenda divino rationis dono verecunde ac diligenter uti placuerit, sponte concident et ratiocinationis impia iactantia, et phantasiae sensuumque effuse luxurians lascivia.

Quae quum ita sint, satis nos excusatos speramus, novum aggressi in libros Novi Testamenti commentarium, qui temporis et fortunas et necessitates in usum respectumque diligenter ac religiose vocaret. Hoc vero et operis et officii ratio flagitare videtur, singulas eius rationes uberius cum viris doctis communicare explorandas iudicandasque, ita quidem ut de *interpretationis qualitate, ambitu, sermone*, de *operis ad alia* similis consilii *ratione*, de *laboris* denique *dispositione* deinceps dicatur. Ac primum quidem

INTERPRETATIONIS QUALITAS

erit haec, ut sincera quam maxime sit *explicatio*, quae in efferendo unice sensu operam suam ponens, ab omnibus inferendi transferendique formis et artificiis sese abstineat, et quum scriptionum sacrarum sit, non transmittat quidem negligatve, verum ab explicatione accurate distinguat *applicationem*.

Vera autem explicatio tota est, si ipsa natura iudicatur, *historica*, si vero in censum vocantur, quibus utitur, praesidia ac viae, item historica, at nonnisi ex altera, quae *grammaticae* demum accedit, parte. Quum enim quivis scriptor verbis suis cogitata ac sensa si non aliis, certe sibi expressisse censendus sit, haec autem cogitata ac sensa scriptione expressa efficiant sensum, qui explicatori propositus est indagandus inveniendusque: hunc ipsum sensum apparet esse rem e genere historico, aliquando gestam, ideoque viâ historicâ secundum scrutationis historicae principia, leges ac praesidia eruendam atque illustrandam. Huius autem rei gestae, quid scilicet verbis propositis *dictum* i. e. externo modo expressum aliisque significatum sit, duplex potissimum patet via intelligendae. Ante omnia, quae sententiarum comparent involucra et quasi corpora, scrutanda sunt verba et singula ac simplicia, et iuncta ac declinata. Quam quidem scrutationem partim usus dicendi, partim grammatices, quae logicae sunt, leges regunt. Absolvitur autem hac summa interpretationis lege, nullam ullo

modo admittendam esse verborum enarrationem, quae usui linguae grammaticesve repugnet: utrumque enim, quum lector non possit non tenere, teneat quoque scriptor necesse est.

At sermo humanus quum et omnino imbecillior sit, quam qui animi ubertatem internam externis suis formis concipiat plene exhaustam, et impeditior adhuc animi humani institutione hac, ut quamquam nonnisi singulis sentiendi momentis ac sensibus sensum suum internum queat intelligere et conscire, hi tamen sensus ita invicem suboriantur seque invadant, excitent, varie invertant, ut neque in sensu ipso unquam sint aperte satis singuli distincti, neque externis formis possint distincte prorsus et finite concipi atque exprimi: haec inde oritur dictionis ambiguitas, quae vocabula eorumque declinatus et coniunctiones in varias partes sententiasque patitur trahi. Est igitur, quod datam optionem rite moderetur, altero opus praesidio, intelligentiâ rerum *historicarum* et scriptoris et eorum quibus exposuit, ita usurpandâ, ut nullam admittas verborum enarrationem, quae apertis rationibus historicis repugnet, plurium autem, quae haberi queant, eligas istis convenientissimam. In quo praesidii historici usu quemadmodum omnino et difficultate sua eminet et singulare momentum facit hoc, ut utrorumque et ingenia et cultum bene scias teneasque, ita singulatim in scriptionum sacrarum explicatione id primum est atque antiquissimum. Quum enim sacrae etiam scriptiones ab hominibus sermone hominum hominibus sint propositae, a grammatica quidem et historica via nec attinet nec licet recedere; verum ipsa haec via historica, quod cum divino argumento fere coniuncta est divina origo, haud parum est impedita, quum sacrum animi divinitus afflati impetum difficile sit et ipsum et singulas eius explicationes et modos iudicio exhaurire atque a finitimis corporis plerumque impetibus dignoscere, uno verbo, recte et ex aequo aestimare.

Quae si ad *Novi Testamenti explicationem* singulatim applicantur, historice quidem ad illas pietatis afflatusque divini leges diligenter et simpliciter aestimanda *aetas apostolica* ipsa scriptionumque apostolicarum *argumentum* et *necessitudo*, grammatice vero praeter communem *linguarum convenientiam* ac legem accurate distinguendum sequendumque et *sermonis graeci*, popularis singulatim et serioris, et *dialectorum semiticarum* ingenium.

Linguarum analogia a legibus proficiscitur communibus sentiendi, cogitandi, loquendi. Quae leges quum a loquente ac scribente quovis, utpote qui intelligi velle debeat, sint servandae, quumque a negligentioribus quoque serventur vel insciis: praesidium sunt non minus tutum ac firmum, quam necessarium. Id vero praecipit illa animi humani analogia, *primum: omnium linguae formarum*, vocum aeque ac declinatuum, *suos esse fines et ambitus* magis minusve pro rei natura sermonisve usu finitos invicemque distinctos ideoque modo amplius latiusque patentes, modo angustiores atque adstrictiores. Harum quidem regionum (ut nominum, verborum, particularum; praeverbiorum, casuum, generum, numerorum, temporum, modorum) nulla committenda aequatio veraque permutatio, imo singulae accurate explorandae diligenterque et limites et confinia constituenda: at duo bene attendenda. *Primum* enim regionum grammaticarum, quum in aliis vero multis congruant, cohaereant, quid quod coeant, liberior usurpandi facultas est haec, ut salvo primario consilio sententiam tuam varie queas et cogita-

tione et dictione conformare. *Deinde* vero humanae dictionis haec est imbecillitas, ut praeterquam quod sensuum plenus intimusque ambitus nequeat aperte prorsus ac finite verbis exprimi, formae etiam notionum relationumque haud raro a dicturo non negligenter solum arripiantur sed vel invite usurpentur ampliores auctioresque notis ac deverticulis, quam quas et ipse cogitans exhauserit et exhaustas velit ab accipiente. Ibi quum ipse nonnisi unam alteramve notionis partem relationemve attendit ideoque ab aliis etiam voluit attendi: cavenda est, quae suam plerumque rerum aestimationem suasque opiniones aliis obtrudit, extendendi non minus quam restringendi licentia, circumspicienda vero et tenenda norma, quam rei sive universa natura sive singularis conditio praebet.

In universum disputata ut ipso usu illustrentur, selecta subiungere placet exempla. Pertinet huc, quo Jesus (Lc. 16, 15) Pharisaeos virtute superbientes castigat: ὁ θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν· ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ! Ubique enim, quae hominibus sublimia, Deo esse exosa, quum nequeat concedere nisi qui veram humanitatem exuerit: restringatur necesse est sententia. Ibi universa rei natura hanc praeberet explicationem: *fieri potest et saepe fit*, ut quod externa specie ὑψηλόν, intimam rei rationem penetranti Deo sit βδέλυγμα [quod voc. pro βδελυκτῷ haberi, tralatitium est (vd intptes) at fictum; abominanda Deo sunt abominata]. Quodsi vero, quemadmodum coniecerunt Schlkiermacherus alii, hominibus haec dicta sunt non ita pridem Antipae divortium et incestum matrimonium oblique certe assentatis, fortasse in ea ipsa regione, in qua regii facinoris aperta et ingenua castigatio recens adhuc supplicium Baptistae attulerat: adstrictiorem verborum sententiam habebis hanc: qui sublimis suspiciendusque *vobis videbatur* Herodes, Deo est exosus. Repudiata autem hac coniectura, Pharisaeos dici ratus, si genus neutrum pro virili positum pronunciares, sine causa nec recte satis formam restringeres, quum non tam hominem certae indolis quam indolem potius hominis orationis etiam consilium flagitet. Idem accidit iis, qui Io. 11, 22 Marthae mortem Lazari non potuisse ab *absente* Iesu prohiberi dolentis verba: ἀλλὰ καὶ νῦν οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν θεόν, δώσει σοι a resuscitationis fratris cogitatione detorserunt sive (ut Morus, Rosenmuillerus ct) in simplicem consolationem: *accipies quibus animos nostros tranquilles*, sive (ut Paulus) in professionem hanc: *tamen non dubito te esse Messiam;* emendati, quum res dogmatica ageretur, dudum, etiam a Kuinoelio et Scholiorum Rosenmuilleri editore recentissimo. Non tamen minus, in quam uterque consensit, aliena est verborum Io. 13, 3 haec finitio, πάντα, quae sibi in manus tradita noverit Iesus morti propinquus, cogitari debere πάντας, *Iudaeos et gentiles, per doctrinam* nempe *divinitus acceptos;* de quo sensu, quum ex loco parallelo asseri tentatus sit, infra uberius.

Quae vero huius latius dicendi usus ratio sit, videtur optime intelligi ex locis, qualia Io. 1, 11 12 οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον· ὅσοι δὲ ἔλαβον τλ (cui finitima sunt 3, 32 33 8, 15 16 et Mt. 13, 12 ὅστις οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ), Iac. 2, 10 ὅστις ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ τλ [ubi vel propter sq. γέγονε πάντων ἔνοχος noli cum Schulthessio ἑνὶ et πάντων genere masc. accipere] et Io. 12, 44 ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με coll. 7, 16 ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμή, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με all. [quibus in formulis (vd Wineri Grammat. N. T. I, p. 176 sqq. ed. 2) quamquam aperta est adstrictior oratio, tamen verborum οὐκ...ἀλλὰ finitio *non tam... quam*, *non solum... sed*, et si semper teneretur, vix integra ubique foret verborum sententia argumentationisque vis, et si ubique recusaretur, vix salva semper sermonis apostolici simplicitas; inest nimirum adstrictior dicendi ratio non tam in hisce copulis quam in ipsa universa verborum conformatione]. Ad horum locorum legem haud difficiliter expedies v. c. Io. 7, 19 9, 33 11, 49 2, 24 3, 26 27 Mt. 5, 39 11, 27 ct.; nec fluctuabis admodum in Paulino illo 1 Cor. 6, 12 πάντα μοι ἔξεστι, inque Iesu effato Io. 10, 8 πάντες ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται εἰσι καὶ λῃσταί, quae verba non licet quidem ita torquere et pervertere, ut in ἦλθον *proprii ausus* notionem quaeras (cf 10) praeverbiumve πρὸ sive pro ὑπὲρ, *nomine, loco meo*, dictum sive *praeter* valere opineris: at vis *praesentis* εἰσι ita ad *aoristos* ἦλθον et ἤκουσαν referenda cum Bengelio all. ut de tempore praeterito proximo deque doctoribus ductoribusque Iesu aequalibus cogites, quos vel *omnes*, Iesu potissimum eiusque

disciplinae comparatos, vel *plerosque* certe Dominus translate dixerit fures et latrones. Ceterum in eadem Iesu disputatione Io. 10, 2 5 12 13 luculentum est exemplum, quomodo *quae plerumque fiant* nostri soleant eloqui et usurpare.

Ac haec quidem de altero momento; quod vero vindicatam supra liberiorem regiones grammaticas usurpandi facultatem attinet, exempla habeto haec. Io. 1, 15 Baptistae testimonium οὗτος ἦν ὃν εἶπον (*erat* quem dicebam) poterat etiam praesenti tempori attemperari, quemadmodum factum est v. 30 οὗτός ἐστιν ὃν sive περὶ οὗ εἶπον (*est* quem dicebam), salvo testis consilio sententiâque vix mutata; si enim, quem *dicebam*, quis *est*, *erat* etiam. Quamquam igitur in ἦν non quaerenda singularis vis, ac si nunc quidem non *sit* amplius, alienum tamen fictum perfugium: „ἦν *pro* ἐστί, *ut saepius*. ὃν εἶπον *pro* περὶ οὗ εἶπον *coll. v.* 30. *infra v.* 45 ὃν ἐγραψε Μωσῆς *pro* περὶ οὗ. *Eurip. Ion.* 779 τὸν παῖδ' ὃν εἶπας. *v. Elsnerus ad Luc.* 20, 37." [KUINOEL.; en falsis quibusque lubenter carueris admistum fucum eruditum!], sive (quale comparet apud ROSENMUILL.): „ἦν *pro* ἐστὶ *ex hebr. linguae usu*" [ubi tamen paulo post de altero ἦν: „*tum* ἦν *positum esset pro* ἐστὶ, *quod est durum*"]! Similiter, quod verba attinet testimonium inducentia: Ἰωάννης μαρτυρεῖ καὶ κέκραγε, nequit quidem cum ROSENMUILL. dici: „μαρτυρεῖ *praesens loco praeteriti, ut saepe*" et cum KUINOEL. addi: „*unde et additum legitur* κέκραγε, *quod Hesychius explicuit:* βοᾷ" ct. — quod enim *clamavit*, id momento factum ideoque *praeteritum*, quod autem *testatus est*, id *durat* — at narrator sensu non mutato scribere potuisset et ἐμαρτύρησε καὶ ἔκραξε et μεμαρτύρηκε καὶ κέκραγε et (quamquam non sine aliqua negligentia) μαρτυρεῖ καὶ κράζει. Ex alio paululum genere verum eiusdem naturae est scriptoribus sacris utriusque Testamenti trita praecipiendi formula: οὐ φονεύσεις, לֹא תִרְצָח simil. ubi quidem diserta negatio: *non facies!* obliqua eaque gravior est interdictio: *ne facias*, *quemadmodum*, *opinor*, *haud facies!* verum eam hac potissimum cum vi deliberato semper consilio locatam censere, contortum esset atque alienum.

Ipsam vero de admittenda singularum linguae formarum *permutatione* sententiam in quantum necessarium sit severitate flecti nescia impugnare atque exterminare, non cupiet demum discere, qui illa lege effectam interpretandi et licentiam et fluctuationem vel paululum senserit. In quantum autem dogmaticis quoque operae pretium faciant isti exterminatores, prae reliquis docebunt loca Io. 5, 21—29 et 8, 44 coll. 1 Io. 3, 8 ubi de Christo suscitatore deque diabolo regni divini adversario, concessa ista permutatione, sive opinionum iudaicarum mera commenta, sive christianarum allegoriarum umbras ac nebulas habebis.

Quae linguarum formae et regiones pessime quidem et perniciosissime erraret qui quales sint debeantque usurpari, philosophando anticipandum fingendumque sibi sumeret. Debent haec non ex animo utpote se in varias admodum formas et partes explicante, sed ex ipsa, quae obstinet ideoque stabilior expressiorque est, loquendi scribendique experientiâ tamquam e fonte suo peti. At non licet tamen in usu aliquo indagato acceptove unquam acquiescere, sed hoc animi humani analogia praecipit *alterum: omnium*, quae *in linguis* compareant verbis expressa, *appellandas explicandasque esse causas ac rationes* et logicas ac psychologicas et historicas. Unde, quamquam non placet, ubicunque vel paululum offenderis, ad *enallagen* aliquam dicendive negligentiam aufugere, non conducit tamen stabiles condi servarive figuras et appellationes, in quas certa dicendi genera propositionumque formas cogaris cogere. Est enim haec explicationis demonstrationisque externa tantummodo species. Ad interiora est descendendum indeque intelligendum, *ellipses* v. c. et *pleonasmos* ubertatem potius esse modo cogitandi modo dicendi, profectam ex animi celeritate nunc praegnantis nunc ambigui ac negligentis, *hebraismos* vero et quae finitima sunt, documenta et effectus singularis, quod unius alteriusve linguae sit, ingenii.

Sermonis humani duplex appellanda est celeritas ac festinatio, altera dictionis, altera cogitationis. Dictio ubi praevenit cogitationem, subest plerumque cogitationis *ambiguitas*, quae verborum gignit sive (haud sensa a loquente) *obscu-*

ritatem, sive (sensa et emendari tentata) *abundantiam*. Huius abundantiae documenta quum sint *pleonasmi*, intelligitur, cur in populari potissimum sermone, qui quemadmodum usu ita etiam origine hominum est cogitationis ratiocinationisque minus exercitatae, inveniantur, exercitatioribus (nisi forte reliquiae sunt illius sermonis negligenter traductae) docendo solum aliisque persuadendo inserviant, tritissimi sint aetate provectis. Exempla sunt Io. 2, 24 25 (Iesus non credidit se omnibus ipsius nomen professis *διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τὶς μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ*) et (impeditae simul orationis) 4, 44 45 6, 22—24 11, 1 2 13, 1—3. Item sine emphasi habet Io. 1, 20 quod Baptista *ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο καὶ ὡμολόγησε*, neque est cum Rosenm. Scholiis ita premendum: „*sine ulla haesitatione, palam, libere*“ [inest, quod huius generis voluit scriptor, in *ὡμολόγησε*] dixit „*bis terve, magna constantia atque asseveratione*“, imo conferenda 2 Rgg. 18, 36 (הֶחֱרִישׁוּ וְלֹא עָנוּ דָבָר) et Ies. 38, 1. Contra est in iis locis, ubi sive vis erat addenda sententiae, sive occurrendum declinationi a lectore facile committendae, ut (ubi totum notionis ambitum plene ac perspicue attinebat informari) Io. 1, 3 *πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν* [ubi tamen ne opineris verba *οὐδὲ ἕν ὃ γέγονε* diserte *Deum* excludere quippe *haud creatum*, neque quaeras principalem vim in *faciendo* idque ita cum Calixto apud Glass. Philol. S. p. 646 ed. Dath. torqueas, ut ipse quoque non fuerit nisi *per se factus* itaque *increatus*], 1 Io. 1, 5 *ὁ θεὸς φῶς ἐστι καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία* et Mt. 5, 18 *ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται* [ubi alterum *ἕως τλ* meram repetitionem prioris cum Fritzschio all. dicere vetat loci et logica ac rhetorica et historica ratio].

Cogitatio contra ubi dictionem praevenit, ubertas est sensuum cogitationumque, quae quominus in ubertatem quoque verborum exeat, impedit festinatio sentiendo cogitandoque se explicantis animi. Ea continentiae singula deinceps enarranti impar, postrema prima profundere gestiens, ut quam plurima eloquare quam paucissimis, urget. Ita fit, ut omnibus, quorum diserta expressio grammatice logiceve potest abesse, transmissis, et sententiae concidantur et argumentatio contrahatur. Unde *dicendi* ista *praegnantia* non solum in singulis relationibus notionibusque cernitur, sed etiam in integris sententiis sententiarumque seriebus. Quorum *trium* generum exempla sunt, *primum*: Io. 5, 36 *ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου* [quod quum Kuinoel. cum interpretibus sensum et significationem confundentibus dictum opinatus sit pro *μείζω τῆς τοῦ Ἰωάννου*, debebat idem ad locum quoque Mt. 5, 20 (ubi *ἡ δικαιοσύνη* iubetur *περισσεῦσαι πλεῖον τῶν φαρισαίων*) notare]; *deinde*: Io. 8, 58 *πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι* (ubi in *duratione*, quae praesentis est, inclusam haberi notionem *imperfecti*, *eram qui nunc sum*, recte iam apud Kuinoelium et inde in Scholiis est monitum); eodem pertinent Lc. 11, 7 (*εἶναι εἰς κοίτην*) cl. Mc. 2, 1 (*εἶναι εἰς οἶκον*) 5, 34 13, 3 Act. 2, 22 27 Io. 9, 7 all. aliena sunt (utpote aliter tantummodo cogitata) Mt. 2, 23 4, 13 (*κατῴκησεν* [transposuit habitationem] *εἰς*) Lc. 1, 20 Io. 1, 18 all.; *denique*: Io. 12, 27 (*τί εἴπω; πάτερ σῶσόν με; ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον*! [Non igitur hoc, id potius dicam:] *πάτερ δόξασόν σου τὸ ὄνομα*!) et Iac. 2, 19 (credis Deum *unum existere*; egregie! [at] *καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι*! [quod contra te sufficiet!] *θέλεις δὲ γνῶναι; τλ* at fortasse alia etiam voles exempla? ea etiam in promtu sunt ct).

Iam quidem et haec brevitas et ista abundantia tam late patent et in tot abeunt partes diversissimas (quod quale sit optime intelligetur e Wineri hac de re disputationibus in Grammat. N. T. I, p. 196 sqq. II, p. 181 sqq.), ut grammaticorum brevi manu scriptis limitibus ne paululum quidem apte et tuto queant contineri; id vero singulatim pertractare non est huius loci. At hoc annotandum nostrae disputationis corollarium, in disceptanda formarum permutatione aliter ampliores, aliter vero arctiores esse aestimandas, quum haud raro fiat ut hae illis sint inclusae. Ita *ἐν* (quamquam plenam aequationem vel *discrimen casus* additi vetat) dictum esse potest pro *εἰς* (ב pro ל et quod inde auctum est אֶל), *ἀπὸ* pro *ὑπὸ* et *παρὰ* c. genit. (Act. 11, 19 Io. 13, 3 cl. 8, 42 16, 27), *διὰ* c. accus. pro *διὰ* c. genit. (ut Io. 6, 57 qui fidem habet *ζήσεται δι' ἐμέ* [*propter*, definitius: *per me*] *καθὼς ζῶ διὰ τὸν πατέρα*· cl. 5, 26), *κρίνειν* pro *κατακρίνειν* (Io. 12, 47), *κρίσις* pro *κρίματι* (ubi noli obtendere Io. 9, 39), *δικαιοσύνη* pro *δικαιώματι* (Mt. 3, 15), *πνεῦμα ἅγιον* pro *πνεύματι* et *ἁγιότητος* et *ἁγιοσύνης* (quas voces noli v. c. cum Tholuckio ad Rom. 1, 4 synonymas opinari), praesens pro futuro et simil. (qua in re videmur nobis consentientem habere Winerum Studd.

exegett, I, p. 42); haud vero unquam vicissim: quamquam enim *finitius cogites et velis*, tamen haud raro *minus finite eloqueris*, negligentior modo, modo imperitior; quod vero *finitius* est *expressum*, debet etiam *finitius cogitatum* existimari, neque quaeri ab interprete, quid et quale *cogitari potuerit*, sed *cogitatum* revera *sit*.

Quomodo autem inclinationum, quas interpres in hisce formis admittat, ratio sit reddenda, haec docebunt exempla. Io. 15, 6 ἐὰν μή τις μείνῃ, ἐβλήθη ἔξω καὶ συνάγουσι τλ. ubi (quemadmodum Iac. 1, 11 24 all.) aoristus, pro quo praesens futurumve exspectaveris, est rem gerendam tamquam iam gestam ac praesentem concipientis. Difficilior paululum ratio est loci Io. 14, 7 ubi Christus discipulis: εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν καὶ ἑωράκατε αὐτόν· maleque intellectus (δεῖξον ἡμῖν, ait Philippus, τὸν πατέρα καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν!) addit (v. 9): ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα! Quae verba, ubi nec cum THOLUCKIO merum dogmaticum agere, nec cum KUINOELIO („mox *accuratius* cognoscetis et oculis quasi *videbitis*"), cum LUCKIO („ihr *könnet* den Vater *jetzt* erkennen", „ja ihr habt ihn in mir gleichsam gesehen und sehet ihn noch") et cum ROSENM. Scholiis („ut *jam nunc* cognoscere *potestis*", „ita intueri eum *potuistis*") linguae leges violare placuerit, explicari debent: nondum intellexistis; verum *abhinc intelligitis atque vidistis iam* i. e. *intelligetis quippe iam conspicati* atque ita intelligendi facultatem nacti. — Quod denique docent δὲ passim haberi pro γὰρ (ut Iac. 2, 15), subest hoc, quod *oppositio* sententiarum non semper plena est et pressa, sed haud raro in *appositionem* vergit, unde in orationis disputationisque continuatione prae reliquis ista voculae ratio comparet.

Ceterum quam recte hasce res *ex animo* principaliter hauriendas negarimus, intelligitur v. c. inde, quod praeverbiis ii etiam additi deprehenduntur casus, quos haudquaquam exspectaveris, ut (quae exempla sunt WINERI de praeverbiorum hebr. vera aestimatione praecipientis in *Studd. exegett.* I, p. 49 not.) *inter homines esse*, *nach einem gehen* et simil.

Iam quum praeter communes loquendi formas habeantur etiam, quae singularum linguarum sint propria, diligenter explorandum cauteque distinguendum est cuiusque linguae ingenium, suspensum a populi ingenio, historia, coelo. Qua in re, quum sermo nostrorum hominum graecus adscitum demum sit involucrum hebraici idiomatis nativi ideoque purus neque exspectari neque aestimari queat; quum porro nostri ex vitae communis usu hauserint transtulerintque graeca sua, ideoque non tam ex ingenio dialecti antiquioris puriorisque quam serioris potius, quae κοινὴ dicitur, sint intelligendi ac iudicandi; quum denique haec ipsa dialectus negligentiâ vitae communis inclinet ad idiomatis orientalis liberiorem naturam ac fere licentiam: redit res ad *Semiticarum linguarum analogiam* rite et indagandam explicandamque, et applicandam. Est autem singulare harum linguarum ingenium in *simplicitate* situm ea, ut partim sensorum cogitatorumque series, quemadmodum animo suboriuntur, plerumque etiam (repudiatâ aeque transpositione atque ratiocinationis accuratiore et artificiosiore connexione) proferantur, partim ipsa verba, quae illorum involucra comparent, corporea magis, symbolica et poetica sint. Inde *prima* sermonis sacri simplicitas *dictionis* dicenda erit poetico symbolicoque colore ac stilo conspicuae ita, ut externe magis habeat atque ad sensus afficiendos accommodatius quam ad intellectus ratiocinationisque legem. *Altera* erit *copulationis vocabulorum*, ubi momentum facit partim *sentiendi vigor*, qui quae variorum sunt temporum et modorum, haud recusat componere, partim ex illo vigore tamquam fonte suo oriunda *loquendi paupertas*, quae sententiis coniunctionum verbique modorum ope in varias partes, formas ac rationes multipliciter flectendis ac vertendis impar, iuxta ponere amat quae sibi subiungenda erant ac subordinanda. Accedit *denique* simplicitas

***formationis vocabulorum*, ab omni quippe concretione ac compositione, praeverbiorum singulatim, alienae, simplicis derivationis limitibus se continentis.**

Ex *postremo* hoc genere hoc fluxit, quod Hellenistis frequentantur verba *simplicia* pro *compositis*. Ita *κρίνειν* et quae inde oriuntur pro *κατακρίνειν* ct, *γινώσκειν* pro *ἐπιγινώσκειν* (*noscere* pro *cognoscendo agnoscendove*) et sim. quod tamen cavendum ne temere (ut in loca Mt. 7, 1 23 al.) extendas. Vicissim non quidem *composita* haberi *pro simplicibus* concedendum, at prudenter religioseque abstinendum ab omni compositionis, singulatim praeverbiorum, premendi torquendique artificio, quum non solum cogitari possit sed revera etiam cpgitetur quammaxime varia harum rerum relatio. Ita, ut his exemplis utar, in *ἐπιζητεῖν* praeverbium referri potest sive ad *ζήτησιν*, *intente* quaerere (ut Act. 12, 19) et *adhuc* i. e. *demum* quaerere (Hebr. 11, 14), sive ad *ζητοῦντα*, *ad se* quaerere (ut Rom. 11, 7), sive denique ad *ζητούμενα*, *in*quirere *in res* et *insuper* quid quaerere (Mt. 12, 39 16, 4); in *παραλαμβάνειν* vero propter maiorem praeverbii *) ambitum uberior adhuc est referendi facultas, ut 1 Cor. 15, 1 *εὐηγγελισάμην ὃ καὶ παρελάβετε*, (*a me ad vos*) admisistis, 15, 3 11, 23 *παρέδωκα ὃ καὶ παρέλαβον*, accepi, didici [ubi *ἀπὸ τοῦ κυρίου* latius patet, *a Domino* (sive mediate id factum fuerit sive immediate), et quamquam per se posset ita adstringi ut sit idem quod *παρὰ κυρίου*, non sufficit tamen huius finitionis causa haec, quod Paulus nonnisi *ἐξ ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ* sua derivet: id enim ad mere historica eaque singula Paulum vix translatum voluisse, docere poterit locus 15, 1 sqq. quem illius *ἀποκαλύψεως* appellatione (*ὤφθη κἀμοί* v. 8) finit]. — Quod autem Semitae coniugationibus suis magnam partem compensant, quae apud occidentales verborum compositionibus efficiuntur, id qui opinantur Hellenistas quoque ita esse imitatos, ut verba activa causative pro Hiphil, passiva pro Hophal usurparint: refutantur et rei naturà [quasi apud Hebr. Kal promiscue locari queat pro Hiphil!] et idoneorum exemplorum [vd Wineri Grammat. I, 105 sqq. II, 81 sq.] defectione. Quae fortasse speciem habere dixeris Iesu ad Paulum (Act. 26, 16) verba: *ὤφθην σοι προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα ὧν τε εἶδές ὧν τε ὀφθήσομαί σοι·* quamquam is sensus insit: eorum quae et *vidisti* et *videbis* (me *tibi monstrante*), hoc tamen, usu quoque bene graeco, significant: et eorum, *in quibus tibi videbor* = conspiciendum me praebebo, et eorum *quae iam vidisti* = in quibus me tibi conspiciendum iam praebui.

Quod *medium* genus attinet, *prioris* usus a nobis significati exemplum est Io. 13, 4 sqq. *ἐγείρεται* (Jesus) *ἐκ τοῦ δείπνου καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτόν· εἶτα βάλλει ὕδωρ.. καὶ ἤρξατο νίπτειν... ἔρχεται οὖν... ἀπεκρίθη τλ.* Cui quem addidimus morem, coordinandi quae erant subordinanda, varium admodum pro varia sententiarum ratione ac relatione, haecce illustrent. Ita Petrus e Christo (Mt. 18, 21) quaerens: *ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου καὶ ἀφήσω αὐτῷ;* nonnisi hoc vult: *ποσάκις ἀφήσω;* quoties condonare debebo? datà nempe condonandi opportunitate ab altero *εἰς ἐμὲ ἁμαρτήσαντι*. Ita Christus ipse, cur *parabolis* doceat interrogatus (Mt. 13, 11), causam hanc dicturus quod apertiori rationi impares sint: *ὅτι ὑμῖν*, inquit, *δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλ. τ. οὐρ. ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται.* Eodem modo aestimanda et *χάρις τῷ θεῷ* a Paulo (Rom. 6, 17) dicta *ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας τλ.* et Jesu precatio (Mt. 11, 25): *ἐξομολογοῦμαι σοι, πάτερ, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις* [ubi audiendus Chrysostomus: *οὐ τοίνυν διὰ τοῦτο (τὸ ἀποκρυφῆναι ἀπὸ σοφῶν) χαίρει, ἀλλ' ὅτι, ἃ σοφοὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἔγνωσαν οὗτοι*]. Prope abest enarrationis historicae ambiguitas haec, ut quae variis temporibus gesta sunt, componantur sine diserta illius discriminis notatione; unde est, quod v. c. tempus historicum pro plusquamperfecto locatum habetur Io. 12, 14 (*ἐκάθισεν* [antea] = *consederat*) 18 (*ὑπήντησεν ὅτι ἤκουσαν* = *obviam iverant* ct) 18, 24 (*ἀπέστειλεν* = *miserat*: causae enim Iesu unam tantum cognitionem eamque apud Caiapham, quemadmodum tria priora evangelia, ita etiam Ioannem narrare voluisse, docent v. 15 [ubi *αὐλὴ τοῦ ἀρχιερέως* nequit esse nisi Caiaphae v. 14] et 25 [ubi ipsis verbis

*) Quod novavit Schultheßius [*Theol. Nachrichten* 1827 p. 35 sqq.] *παρὰ* in *παραπορεύεσθαι*, *παράγειν* sim. valere [etiam apud graecos?] *einher*, *daher*, *herbei*, iuvat tetigisse, quo discas a nimia confidentia tibi cavere.

ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἐστὼς καὶ θερμαινόμενος ad v. 18 narrator rediens aperte satis loci unitatem expressit], quam nostram sententiam [apud WINERUM in *Diar. crit.* II, 361 sq.] gaudemus amplexatum quoque LUICKIUM) Mt. 14, 3 *(vinxerat)* 26, 48 *(dederat)* al. Ex eodem denique fonte fluxit, quod *articuli*, quibus ex linguae graecae lege accuratius definiendae referendaeque fuissent notiones, transmissi sunt ibi potissimum, ubi sive e loci nexu, sive e rei natura dicendive more satis expeditus erat verborum sensus. Ita v. c. Lc. 16, 10 (ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν [ubi ἐν ἐλαχ. ad sqq. ita referre: *si quis fidus est, fidem servat in minimo aeque atque in magno*, et contortum foret et ab altera commatis parte alienum] καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστι) et Eph. 6, 5 (ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα [ubi quum diserte iubeantur obedire (κατὰ πνεῦμα) ἐκ ψυχῆς, μετ' εὐνοίας, δουλεύοντες ὡς τῷ κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις, apparet sensum esse quem l. p. Col. 3, 22 verbis τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις expressit]. Agnovit pluribusque exemplis probavit WINERUS in Gramm. II, 45.. „*es finden sich.. unverdächtige Ausnahmen, wo ein (aus Nomen mit Praepos. bestehender) Zusatz, der mit dem Subst. im Grunde nur einen Hauptbegriff bildet, blos durch die Stimme an das vorhergehende Hauptwort anzuschliessen ist, das grammatische Bindungsmittel (der Art.) aber fehlt*", cui etiam subscribimus addenti: „*doch muss man vorsichtig in der Bezeichnung solcher Stellen sein und wird manche, die hierher zu gehören scheinen, bei genauerer Ansicht anders finden.*"

Ei denique simplicitatis generi, quod *primum* supra fecimus, qualia potissimum attribuamus, haecce habeto: Mt. 5, 22 (ἔνοχος ἔσται, ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ, τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ ῥακά, τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρέ, τῇ γεέννῃ τοῦ πυρός) 25 29 sq. (εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτόν τλ) 39 — 42 (μὴ ἀντιστῆτε τῷ πονηρῷ, ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν.. στρέψον καὶ τὴν ἄλλην τλ) 6, 3 sq. 6 17 sq. (νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν. ἵνα μὴ φανῇς.. νηστεύων τλ) al. Hoc genus quum per totum NTum frequentetur atque ab abusu etiam dogmatico haud prorsus alienum sit (ut 2 Io. 10 sq. χαίρειν μὴ λέγετε aliter docenti, alioquin κοινωνοῦντες τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τ. πονηροῖς), videbatur singulatim eo magis appellandum, quo singularius est atque a communi translationum more recedens, quoque maiorem interpreti iniungit diligentiam ac cautionem translationes non solum indagandi sed etiam ad sincerum suum sensum revocandi. Ita autem videtur differre, quod apud Semitas tropi et translationes non tam vocabulorum (formae) quam ipsarum sententiarum (materiae) sunt.

Semiticum hoc sermonis sacri ingenium, quod interpretibus ac dogmaticis penitus insinuare hoc potissimum tempore operae pretium foret, sponte nos traducit ad *alterum* idque *historicum* explicationis momentum ac praesidium.

Historia nempe aetatis apostolicae, cuius impeditam dudum varii diversique generis opinionibus ac coniecturis intelligentiam atque aestimationem nostrae aetati supra congratulabamur pleniorem ac veriorem, *tripartite* singulatim videtur explicationem sacram saluberrime moderari et posse et debere. Quod enim haec nostra aetas humanius cogitare consuevit Apostolorum rerum et gerendi et exponendi rationem ac provinciam, didicitque hac via singulorum distinguere ingenia in summa afflatus unitate varie tamen conformata ac conformantia: eius is faciendus est usus, ut praeter *notionum locorumque parallelismum* rectius imprimis aestimetur *dictionis sacrae et ingenium et argumentum.*

Ac primum quidem *in ingenio dictionis sacrae verius aestimando* nitendum est hoc fundamento, scriptores sacros non quidem de schola sed de plebe homines, verum eos fuisse qui non fervore solum orientalis coeli, sed sacro etiam pietatis afflatu incaluerint. Unde *duplex* cavenda opinio: *partim* ne philosophice omnia exigas, imo accipias populariter vitaeque communis usui convenienter; *partim* ne e vulgaribus tritisque linguae thesauris omnia derivare velis ac limitare. Quorum quidem praeceptorum *prius* quum late pateat

eiusque admodum proclivem temere extendendi abusum optime arceat *alterius* religiosa observatio: hoc sufficiat paucis illustrasse. Religione nimirum intimo animo calentibus ἄρρητα καὶ ἀλάλητα quemadmodum sentire, ita haud raro concessum etiam est eloqui. *Τὸ γὰρ πνεῦμα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ!* Ac ibi quidem nostro tempore vix cuiquam dubium est, quantopere deliquerit nocueritque *historica,* quae iactabatur, interpretatio omnia e temporum opinionibus ac commentis ita collustrans, ut praestantissima ac saluberrima Domini Apostolorumque effata, divinissima quaeque evangelii lumina in vanas diffluerent opinionum commentorumque umbras. Unde nec prorsus errarunt nec male meruerunt, qui in SSae explicatore, historicam sive grammaticam historicam interpretationem non sufficere cum b. Stauidlino Keilii impugnatore*) rati, prae reliquis flagitarent piam affectionem divinique spiritus participationem, quae divina quemadmodum sentire, ita etiam explicare valeret: in hoc uno lapsi, quod partim hanc pietatem non tam novum ac singulare interpretandi praesidium quam ex *historicorum* numero esse, non videbant, partim vero a genuino usu non distinguebant rerum historicarum abusum. Cuius quidem abusus nec duratio nec instauratio hodie vero metuetur. **) Singulare enim elementum christianum a recentioribus et hermeneuticae et exegeticae disciplinae factitatoribus est agnitum. Verum annon in contrariam partem hic illic peccarint viri docti? Quo certe lubentius Ioannem plerumque cum Luickio pie admodum sentientem ac ratiocinantem audiveris, eo aegrius feres eundem et Paulum apud Tholuckium dogmaticas fere saeculi XVI ex. disceptationes ventilare.

Cavendum tamen, ne sensum hermeneuticum quem dicunt praevertat sensus *religiosus.* Ita recte quidem negabis, *τὴν ζωὴν* a Christo loco *τοῦ θανάτου* suis partam NTi scriptores in eo tantum quaesivisse, quod christiani fato functi non sint in orco mortuive mansuri: verum non audiendus Schulthessius, qui [*Neueste th. Ann.* 1828 *p.* 782 *sqq. not.*] ex comparatione hebraici חַיִּים seq. genitivo causativo (vult obiectivum) *ἀνάστασιν νεκρῶν* valere edixit *sublationem in coelestem vitam,* quae *mortuorum* (*νεκρῶν* nonnisi *ἐν ὄψει ἀνθρώπων*) = *morientium* fidelium contingat *supremo vitae die* (*ἐν τῇ ἐσχάτῃ* [*suâ* = vitae suae] *ἡμέρᾳ*), qua *οὐ καταβαίνουσι εἰς ᾅδου ἀλλ' ἀνίστανται εἰς ζωὴν αἰώνιον* [cui explicationi quot caesae sint hostiae, vocabulorum nimirum et commatum, obelo notatae, videsis, si placet, ipse l. c.].

Quod autem sermonis *popularitatem* attinet, exempla haec sint. Praeoptantur fere dicendi formae ambitu ampliores, quae quidem fluctuatione sua aliquam quemadmodum dicendi facilitatem ita intelligendi difficultatem pariunt. Fit enim, ut verborum auctor, singulas tantum notionis partes et relationes animo complexus, in eadem haud raro disputatione plures modo, modo pauciores, hanc modo, modo illam magis velit. Ita voc. *πιστεύειν* Io. 12, 37 — 50. Porro disputatio haud raro

*) In programmate (Gott. 1807) *de interpretatione NTi historica non unice vera* adv. Keilii programma (Lips. 1788) *de hist. librorum sacror. interpretatione eiusque necessitate* scripto atque uberius retractato in Bertholdti *Neuem krit. Journ. der theol. Lit.* I, 321 — 48 II, 1 — 39 113 — 48 [1813 et 14]. Ceterum interpres historicus quamvis *arte* etiam eo facilius pietatis sensibus ac cogitationibus sese insinuare valeat quo exercitatior est, *magis tamen ac verius ipsâ naturâ adiuvabitur.*

**) Quamquam nuper admodum ad Philonem Iudaeum „*primum fontem totius nostrae theologiae*“ et „*patrem patrum ecclesiae christ.*“ nonnemo [*in Lit. Bl. z. AKZtg* 1829 *No.* 30 *p.* 242 *sq.*] omnem christ. sapientiam ablegavit; .. „*hauptsächlich nur Alexandria mit seinen Theosophen neuüdischen Glaubens .... bieten uns zuverlässige Aufschlüsse über die Entstehung des N. T., des christl. Dogmatismus und unsrer ganzen Ascetik dar*“!

continuatur eadem copulativa coniunctione, quamquam significatu in uno alterove ratiocinationis membro nonnisi ex parte servato, quid quod prorsus transmisso. Ita *quater* Hebr. 7, 11—14 per γάρ, Iac. 2, 14—16 per δέ procedit argumentatio.

Huc etiam pertinet scriptorum sacrorum vexatum tantopere ἵνα τελικόν. Eius enim quamquam ficta est ἐκβατική, quae apud nostros accedat, significatio, is tamen sensus nonnunquam erit. Ita ex nostrorum temporum ingenio aestimanda esse concessum est ea loca, ubi ab externo ad internum (sive ex imperitia aliqua, sive ex pietate) conclusione facta *eventus* et *consilium* mutantur miscenturve. Verum videtur etiam in formulis huius generis nonnullis multo usu accidisse, ut principalis vis τελική fere obliterata sit certe loquentibus, atque in ἐκβατικὴν versa. Retuleris huc tritum nostris ἵνα πληρωθῇ in locis qualia Io. 18, 9.32 19, 24 coll. ὅπως πληρωθῇ Mt. 12, 17 (ubi vera ac principalis *causa* [interdicendi, ἵνα μὴ φανερὸν Ἰησοῦν ποιήσωσιν] ab ipso narratore v. 15 est expressa: γνοὺς [ὅτι οἱ φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ] ἀνεχώρησε). Neque abest Io. 10, 17 ubi Iesus: διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν (quod ἵνα ratione *vitam ponentis* Christi aperte ἐκβατικόν, τελικὸν demum est ratione Dei *rem ipsam* volentis).

Porro historiae verioris usus faciendus est *in rectius aestimando notionum locorumque parallelismo*, ita ut non solum *interpretum VTi graecorum* sed ipsorum etiam *NTi scriptorum*, singulatim *evangeliorum* cautior instituatur *comparatio.*

Primum enim quum e liberiore vitae communis usu origo aeque atque usurpatio non apostolicae solum sed universae dictionis hellenisticae derivanda sit: et versionis omnino, et talis singulatim, qualis alexandrina est, nec perite docteque nec stricte et constanter satis factae, peior cogitari nequit usus, quam qui splendido philologiae sacrae nomine sese insinuavit hic, ut vocabulorum graecorum significatus et ambitus elicerentur explicarenturque ex hebraicis, quibus exprimendis reddendisque illa inservierunt.

Ita fuerunt qui Mt. 2, 6 γῆν dictam pro πόλει opinarentur etiam propterea, quod (ut ait KUINOEL.) „*in vers alex.* עִיר *urbs redditur* γῆ *Ier.* 29, 7, *contra* אֶרֶץ πόλις *Num.* 21, 31." Apud eundem ad Mt. 2, 13 hoc habetur notatum: „προέλαβε *cum vertendum; nam* לָקַח, *cui* παραλαμβάνειν *in vers. alex. respondet, iungitur verbis motum ad locum indicantibus ita, ut reddi possit et debeat" (!) „cum" (!?!).* Prope abest SCHULTHESSII [*neueste th. Ann.* 1828 p. 823] verborum Iesu (Io. 21, 5): παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; explicatio haec: „παιδία נְעָרִים, *ihr Knechte, Leute*" [ubi etiam quod addit Schol. ad Aristoph. Nubb. 731 τῇ τῶν ἀγρευτῶν λέξει χρώμενος· τοῖς γὰρ ἁλιεῦσιν ἢ ὀρνιθαγρευταῖς οὕτω φασίν· ἔχεις τι; doctae est redundantiae].

Speciosior quidem nec tamen verior est verbi ἐμβριμᾶσθαι (quod singulatim Io. 11, 33.38 [ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι s. ἐν ἑαυτῷ] de Iesu habetur et Lazari morte et sororum Iudaeorumque luctu graviter commoto) ex hebraico hebraicique interpretibus illustratio. Quemadmodum enim nemo non videt alienum esse quod KUINOEL. cum LAMPIO et STORRIO significatum *tristitiae* vocabulo abiudicans: „*ipsi etiam interpretes alex.*", ait, „*verba hebraica irascendi* זָעַף *et* זָעַם, *ubi tristitiae vim, quam interdum habent, iisdem subiiciunt, nunquam verbo gr.* ἐμβριμᾶσθαι *sed aliis verbis quae tristitiam aut omnino animi commotionem significant, exprimunt*": ita haud scio annon accurato scrutatori satisfaciant THOLUCKII verba haec: „*In der Lxx entspricht es den hebr. Wörtern* נָעַר, זָעַם, זָעַף, *welche alle die Bedeutung des Zürnens und Unwillens haben. In dieser Bedeutung kommt es auch sonst im N. T. vor*" [nempe, e sensu (de Apostolis Mariae Iesum ungenti indignatis), Mc. 14, 5; praeterea nonnisi Mt. 9, 30 Mc. 1, 43 (de Iesu sanationes suas divulgari interdicente) habetur], et paulo inferius: „*Das Richtige giebt der Sprachgebrauch, aus dem sich nachweisen lässt, dass im Hebr.* זָעַף *nicht blos vom Affect des Zornes sondern auch von der Unruhe, Verlegenheit, Betrübniss gebraucht wird.*" [Non habet quo probet nisi participium bis ita locatum Gen. 40, 6 (זֹעֲפִים = פְּנֵיהֶם רָעִים, AQUIL. ἐμβρασσόμενοι, LXX τεταραγμένοι, SYMMACH. σκυθρωποί, VULG. tristes, IARCH.

עֲצֻבִים [dolentes], Chald. נְסִיסִין „*sowohl zornig als traurig*“) et Dan. 1, 10 (פָּנִים זֹעֲפִים, Lxx. *πρόσωπα σκυθρωπά*, facies fame deformatae)]. „*Vergl. über* חָרָה *in der Bedeutung sich betrüben* Michael. *Suppl. p.* 915.“ [nonnisi 2 Sam. 6, 8 et 1. p. 1 Chr. 13, 11 ubi וַיִּחַר לְדָוִיד (ratione praecedentis וַיִּחַר אַף יְיָ) Mich. „vertere malit: *contristatus fuit*“, quum Davidem Deo *indignari irascive* non conveniat, addens: „sunt ira et tristitia ita cognati adfectus, ut soleant non una in lingua in verbis etiam haec pro illa poni“ — quod vero suis finibus circumscribendum!] „*Umgekehrt wird* הִתְעַצֵּב, *das eigl. sich betrüben heisst, auch vom Zorn gebraucht Gen.* 34, 7.“ [Quod non! וַיִּתְעַצְּבוּ וַיִּחַר לָהֶם, filiis nempe Iacobi vim Dinae illatam *aegre ferentibus*.] „*Im Arab. hat das Entsprechende* غضب *immer die Bedeutung zürnen.*“ Scilicet sunt voces hebraicae amplioris ambitus principalis eius qui ipsâ naturâ suâ et *indignationem* et *tristitiam* (quae est *interna aliqua indignatio* et omni sermoni humano, quippe corporeo, et vividiori singulatim, poetico ac symbolico, qualem Hellenismo nostro supra vindicavimus, Orienti vero omnes uno ore tribuunt) complectatur, עצב *aegre ferre*, זעף et זעם *aestuare*, *spumare* [cf. Ion. 1, 15 et Lexx. s. vv. זעם, זעף et (quod recentiores consenserunt esse a זעף immisso ל) זְלְעָפָה], חרה *ardere*. Quae quum omnino sint animi graviter (in malam partem) commoti, aeque quidem cadunt in indignationem iramque atque in tristitiam et desperationem, verum usus arbitrio alia in alium prae reliquis sensum sunt versa. Eadem ratio est vocis *ἐμβριμᾶσθαι animo fremere*. Quum enim *fremi* queat sive *interne* sive *externe* i. e. *cum fremitu* sive *sentiri* sive *agi*, *fremitus* autem *animi* non quidem omnino sed *adversus quid commoti* sit: accuratior finitio et e rei natura et e nexu est petenda. Inde vertendum Mc. 14, 5 *graviter indignari*, Mt. 9, 30 Mc. 1, 43 *graviter interdicere*, Io. ll. cc. *graviter commoveri*. Ibi certe *indignatio*, sive Iudaeos Mariamve sive ipsum Domini animum spectaverit, alienissima est; quominus vero vertas: *animo quasi interdixit*, imperavit i. e. *dolori comprimendo operam dedit* [ut lacrimas, quas quamquem se cum vi contineret, non potuit prorsus tenere (v. 35), cohibuerit rem ipsam aggressurus], impedit *appositum* [nisi forte, quod contortum foret, *oppositum* dixeris] *καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν, turbabat se ipsum*. Id enim prorsus esse = *ἐταράχθη* (13, 21), *turbatus est ipse*, qui credas? potius quod „*movebatur animo turbabatque se ipsum*“ vult *internum animi amore pleni impetum*.

Quid quod in iis etiam locis, quae e VTo sunt allegata, caute admodum instituenda est et textus hebraici et interpretis alexandrini comparatio, graecisque potius, quae scripta sunt, verbis negotium interpretandi regendum. Exemplo sit locus Mt. 12, 18—21 ex hebraicis Ies. 42, 1—4 expressus. Ibi quod Iesus Messias dicitur *κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖν*, ita vertendum: (iudicationem i. e.) *iudicium gentibus* [quas noli sive ex hebr. גּוֹיִם ad *gentiles* (quibus per Apostolos posthac exposuerit), sive cum Fritzschio ad *turbas tum praesentes* restringere] *annunciabit*, verum nequaquam clamosus altercator sed *summa cum modestia* [*οὐκ ἐρίσει οὐδὲ κραυγάσει τλ*] *et mansuetudine* [*κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει* (homines imbecillitatis conscientiâ iam fractos non praecipitabit in ruinam) *καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει*], *ita* (tamen) *ut* (consilio haud excidat, imo) *vincat iudicii severitatem* [*ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος* (sive removerit *victam* s. perduxérit *ad victoriam*) *τὴν κρίσιν*] *ita, ut eius nomine* (agnito) *confidant* (istae) *gentes*. Quod enim *κρίσιν* ex hebr. (לַגּוֹיִם יוֹצִיא) מִשְׁפָּט sive *causam* verteris quam obtinuerit, sive *poenam* adversus quam victoriam reportaverit, non minus a nexu sententiarum ideoque a mente scriptoris alienum est, quam sive *doctrina* sive (quam fieri par sit) *virtus* ad victoriam perducenda. Verbis autem *ἕως ἂν ἐκβάλῃ τὴν κρίσιν* expressa sunt hebraica עַד יָשִׂים בָּאָרֶץ מִשְׁפָּט (v. 4), addito explicationis causa (e v. 3) *εἰς νῖκος*, Lxx *εἰς ἀλήθειαν*, לֶאֱמֶת, pro quo nostrum aliud quid (fortasse לָנֶצַח) legisse commentum est.

Altera cautio est *comparationis scriptorum NTi ipsorum* rite et instituendae et adhibendae. Quum nempe *optimus sui ipsius interpres* et *quivis scriptor* et *quaevis aetas* recte existimetur, haec quidem valet lex hermeneutica, consulenda et comparanda esse prae reliquis alia eiusdem scriptionis aliarumve eiusdem auctoris loca,

quandoque id haud contigerit, e scriptionibus eiusdem quammaxime aetatis petendam cogitationis dictionisque intelligentiam: at cavendum, ne huius praesidii usum historicum eumque secundarium excedas. Potest enim et eadem sententia varie conformari atque edici, et eorundem verborum in diversa re diversoque sensu fieri usus. Atque liberior dictionis usurpatio idem ingenium variis formis spirans in aetatis apostolicae viris eo comparet explicatior et apertior, quo facti sunt in dies a literae singulatim mosaicae vinculis solutiores ac liberatiores ductore Spiritu.

Paucis quum defungendum sit in re ampla ac gravi, haec habeto exempla. Quemadmodum supra [p.12] iam iure contradixisse nobis videmur explicationi verborum ἐτάραξεν ἑαυτὸν (Io. 11, 33) ex ἐταράχθη (13, 21) ductae: ita in expediendis vv. ὕπαγε νίψαι εἰς τὴν κόλυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ (9, 7) non magis quam opinio „εἰς pro ἐν“ (Rosenm. et Kuin.) venditans, audienda est Luckii provocatio haec: „*offenbar ist εἰς mehr auf ὕπαγε als auf νίψαι zu beziehen, s. V.* 11“ (ὕπαγε εἰς τὴν κ. τοῦ Σ. καὶ νίψαι) „*und würde wohl ohne das ὕπαγε hier nicht stehen*“; imo vertendum: *abi teque laves, abluas* (non tam totum quam πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος oculis illitum) *in piscinam Siloam.* Quam autem supra [p. 4] repudiavimus interpretationem verborum (13, 3) εἰδὼς ὁ Ἰησ. ὅτι πάντα (= πάντας *omnes homines*) δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, eam omnium minime (quod opinatur Kuinoel.) „*sat evidenter confirmat l. parall.* 17, 2 ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον“. Imo quum illis verbis auctius tantummodo repetitum sit c. 1 εἰδὼς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου, comparandum potius 10, 18 ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν, καὶ ἐξ. ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν deque libera facultate vitae sive tuendae sive ponendae et recipiendae cogitandum.

Maiore adhuc cautione opus est in comparatione variarum non solum eiusdem aetatis verum etiam eiusdem auctoris scriptionum, si vel finitimi sint argumenti et consilii. Ita quod Col. 3, 22 servi iubentur ὑπακούειν κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις tamquam qui non oculis solum hominibusque placere cupiant sed Christo Deoque hac ipsa obedientia ministerium praestent, ideoque ἐκ ψυχῆς (v. 23), φοβούμενοι τὸν κύριον· id cum l. p. Eph. 6, 5—7 (ὑπακούετε τοῖς κυρ. κατὰ σ. μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐν ἁπλότητι τ. καρδίας.... ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐκ ψυχῆς μετ' εὐνοίας δουλεύοντες τλ) ita poterat componi, ut φόβος καὶ τρόμος ad *Deum verecunde colendum* referri, ἐκ ψυχῆς vero singulatim locatum esse existimaretur; sed rectius, opinor, verba μετ' εὐνοίας componuntur verbis ἐκ ψυχῆς ad Col., eadem vero verba ad Eph. antecedentibus ita iunguntur, ut ii demum δοῦλοι τοῦ Χρ. dicantur, qui Deo *ex animo* obtemperent, φόβος contra καὶ τρόμος id exprimere censetur momenti, quod ad Col. est κατὰ πάντα, ut nempe praecipiatur *verecunda erga ipsos dominos observantia*, quemadmodum recte iudicavit Koppius usu dicendi Paulino (2 Cor. 7, 15 Phil. 2, 12 1 Cor. 2, 3) adiutus: qua utraque relatione mirifice augetur et oppositionis et sententiae vis. Non magis recte Eph. 3, 19 4, 13 πληρώματος τοῦ θεοῦ sive Χριστοῦ tamquam *coetus* corpori comparabilis eiusque *divinitus impleti* interpretatio, e loco 1, 23 certa, translata est (ut a Wahlio) in ll. quae viderentur pp. Col. 1, 19 2, 9 quorum prior quidem in hunc sensum possit torqueri, posterior vero ipsius *plenitudinis* [*divinitatis in Christo τῷ εἰκόνι τοῦ ἀοράτου καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως* (1, 15) *plenissime habitantis*] notionem flagitat non solum eo quod πλήρωμα dicitur θεότητος atque σωματικῶς κατοικεῖν ἐν Χριστῷ [quod ita informare, ut *in Christo tamquam in corpore s. tamquam corpus contineri* dicatur *christianorum universitas divinitus coacta*, vetat saltim interpretandi simplicitas], sed eo etiam quod adduntur christiani ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι [ubi quum αὐτῷ ad πλήρωμα referri ex ipsa sententiae compositione nequeat ideoque vel contorta haec explicatio: *in quem* (coetum) *estis impleti* (i. e. tamquam in in hominum copiam coacti) concidat, verti deberet: *in quo (Christo) impleti i. e.* πλήρωμα *s.* πλῆθος *estis facti*]. Apertior paululum est ratio loci Col. 3, 10 cum ep. ad Eph. non tam 2, 10 quam 4, 24 componendi.

Caeterum cautionem huic comparationi adhibendam apprime illustrabit locus Act. 20, 24—27 ubi formulae διαμαρτύρασθαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ et ἀναγγεῖλαι πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ, quas alioquin facile comparaveris parallelas, quum *iunctae* habeantur, docent eandem quidem rem verum varie conceptam et spectatam dici.

Accedit *denique* cautius longe quam consueverunt facienda *comparatio evangeliorum, singulatim synopticorum.* Quemadmodum enim diversos earundem rerum narratores, nisi de composito agunt, in singulariore expositione invicem recedere necesse est, ita etiam rerum Iesu narrationes nec possunt nec debent in plenam perfectamque singulorum quorumvis unitatem cogi, idque eo magis quo apertior est huius omnis negotii et fluctuatio et violentia. Neque enim contigit grammaticas logicasque linguae regiones satis servare, neque quo ordine quove (s. scriptionis s. traditionis) vinculo singula evangelia cohaereant, ad eam potuit perspicuitatem firmitatemque perduci, quae satis certam suppeditaret normam, partim ex utro alterum explices, partim quousque extendas singulorum sive verborum sive rerum comparationem.

Ita quod Lc. 7, 2 centurionis a Christo sanatus παῖς (Mt. 8, 6) definitius dicitur δοῦλος, conclusum esse possit ex argumento quo miles votum a domino impetravit; quod vero centurio supplicio praepositus exclamatione sua: ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος! (Mt. 27, 54) *Dei filium* dixerit sensu judaico, *Messiam* prae reliquis pium Deoque carum, id e loco certe p. Lc. 23, 47 ne contendet quidem Kuinoel, cui „*dicebat etiam centurio:* ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιός ἦν!“ Non magis recte e se invicem explicata sunt ll. pp. haec:

Luc. 16, 16: Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου. ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τ. θεοῦ εὐαγγελίζεται καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.	Mt. 11, 12 sq: Ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Ἰω. τ. βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασ. τ. οὐρανῶν βιάζεται καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν· πάντες γὰρ οἱ προφ. κ. ὁ νομ. ἕως Ἰω. προεφήτευσαν.

Ita enim procedit Matthaei disputatio: *Ioannes Baptista* περισσότερος προφήτου *(v. 9) est; verum quamquam nemo hucusque maior generi humano apparuit, regni tamen messiani inferiores adeo cives**) *praestant (v. 11). Namque viris VTi sanctis nonnisi (e longinquo) vaticinatis (v. 13), Io. demum* τὴν πλήρωσιν *vidit e propinquo locutus. Vidit vero nonnisi primordia; abhinc enim usque ad hoc temporis momentum [postero tempore haud excluso] magno hominum concursu invaditur regnum coeleste ita ut haud desint qui avide arripiant.* Ibi τὴν βασιλείαν τ. οὐρανῶν βιάζεσθαι (Hesych. βιαίως κρατεῖσθαι) *cum vi tractari*, non tam *ad homines avide excipientes*, quam *ad doctores magna vi praedicantes* referendum esse, neque e Luca [ubi non tam εὐαγγελίζεται quam πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται esset comparandum] licet asserere, neque cum Fritzschio e nexu, quod caeteroquin „*vv.* καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτὴν *idem efferrent*“ contra vero „*bella oriatur oppositio haec: a Ioa. inde aetate usque ad hoc tempus proxime abfuturi regni mess. nuntius et propagatur magna contentione et excipitur*“; continent potius vv. extrema priorum explicationem, in qua scriptor βιασταῖν appellatione cavit ne alii cogitarentur quam per quos τὴν βασιλείαν voluerat βιαζομένην. Lucae autem orationem quominus e Matthaeo expleas: (ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου) προεφήτευσαν, impedit, quod non προφῆται primo ac principali loco appellati sunt, sed ὁ νόμος, cuius non est προφητεύειν sed ἐντέλλεσθαι atque τηρεῖσθαι. Certe non hoc, sed verbo substantivo addito existeret, quem Rosenm. vult, sensus: „*institutio in religione, qua Moses et prophetae usi sunt, duravit ad tempora usque Ioannis*“; lex nempe eiusque per prophetas explicatio ad Ioa. usque *est* i. e. *valet s. valuit*: abhinc regnum messianum cum vi et successu praedicatur. — Quod vero ne in oratione

---

*) Quominus τὸν μικρότερον cum Fritzschio all. censeas Christum se dixisse ipsum, minorem quippe coram hominibus, maiorem vero ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρ., impedit non solum hoc, quod interposita haec maioris suae dignitatis vindicatio aliena est et exilis, Baptistae vero exaggeratio nimia, sed id potissimum, quod verborum dispositio nimis patitur suadetque, partim ἐν τῇ βασ. τ. οὐρ. ad μικρότερον referre, partim ubi ad μείζω traxeris, ita opponere ut dicatur inferior quisque (quales sec. v. 11 omnes!) eo in regno mess. maior. Consentientem habemus Winerum Gramm. II, 78. Cum Kuinoelio tamen non possumus facere, cui „*non posse intelligi omnino quemvis disciplinae christ. alumnum, sed intelligendum esse religionis christ. doctorem, ipse contextus flagitat.*“

quidem aperte defectiva concedebatur, id multo minus sententiae licet intrudere et grammatice et logice plenae atque absolutae. Unde v. c. VAN HENGELUS (*Annotat. in ll. nonn. NTi p. 7 sqq.*) non debebat locum Mt. 28, 34 e Luc. 11, 49 ita explere: *διὰ τοῦτο [λέγει ἡ σοφία τοῦ θεοῦ s. λέγει ὁ θεὸς s. ἔφη τις] ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τλ.* imo relictis CALVINI, SEGARII, PAULI, SCHOTTI all. vestigiis audiendus erat KUINOELIUS, non quidem quod ad v. 34 praecipit „*διὰ τοῦτο, ut hebr.* לָכֵן *Iudd. 8, 7 Ier. 49, 26, esse meram transitionis formulam adeoque in versione omittendam, ut 13, 52 add. Mc. 12, 24 coll. Mt. 22, 29*“, sed quod „*ellipsis perquam dura!*“ ad v. 35 exclamat.

Addendus est synopticae narrationis abusus in evangelio Ioannis explicando factus. Quod nempe apud hunc 6, 21 discipuli [*ἀνέμου μεγάλου πνέοντος* (v. 18) *ἐληλακότες* (v. 19) *τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον*] *ἤθελον λαβεῖν εἰς τὸ πλοῖον· καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς*· id cum Syriaca aliisque versionibus, quid quod cum CHRYSOSTOMO nemo dubitasset vertere (quae THOLUCKII sunt verba): „*sie beabsichtigten ihn aufzunehmen, indess waren sie schon ganz nahe am Lande, und so geschah es nicht*“ — nisi in ll. pp. Mt. 14, 32 Mc. 6, 51 Christum revera navigium intrasse diserte narratum esset. Iam quum aliud alius temporis *σημεῖον* cum eodem CHRYSOST. opinari non minus alienum sit quam sive cum BOLTENIO voci *θέλειν* meram redundantiam, sive cum recentioribus nonnullis narratori abruptionem *) obtrudere, MICHAELIS vero *ἤθελον* in *ἦλθον* mutari suadens argumentis aeque ac successu careat: hoc unum reliquum est, sive discrepantiam utriusque narrationis agnoscere, sive formulae *ἤθελον λαβεῖν* vim: *volente animo receperunt*, quam BEZA partim ex comparatione Mti et Mci, partim ex oppositione v. 19 (*καὶ ἐφοβήθησαν*) duxit, ex usu linguae vindicare. Tentavit post alios LUICKIUS; verum quamquam usum graecum satis (singulatim a STURZIO in Lex. Xen. s. v. *ἐθέλειν*) firmatum censet, ipse tamen eius ad nostrum l. applicationem non quidem prorsus repudiandam, at vero addubitandam pronunciat partim quod praeterea neque apud Io. neque omnino in NTo habetur, partim quod absque synopticorum comparatione nemo in hanc sententiam inciderit; quid quod ad SEMLERUM *synopticam narrationem interpretando auctam* opinatum haud parum inclinat.**) A quo recedens in reliquis tamen prope abest THOLUCKIUS: „*Allerdings zeigen mehrere Stellen .... dass ἐθέλειν, sofern es so viel wie bereit sein heissen kann, auch dem folg. Zeitworte den Nebenbegriff des Gernthuns mittheilen kann.... Indess muss eben schon sonsther ganz gewiss sein, dass das Factum wirklich geschehen ist, nur dadurch erhält ἐθέλειν diese Bedeutung, an sich hat sie es nicht. Dabei ist nun doch auch noch die Frage, ob Io. hier diesem seltneren griech. Sprachgebrauch folgte*“ (quae sequuntur vd in nota). Sed videtur ipse loquendi usus paulo aliter habere. *Volentis* nimirum, quo quid facias, *animi* significatio graecis aeque ac latinis non exprimitur nisi *volendi participio ad alia verba apposito* [quo etiam pertinet LUICKII et a THOL. et ap. ROSENM. repetitum exemplum Xenoph. Cyrop. 1, 1, 3 *Κύρῳ ἴσμεν ἐθελήσαντας πείθεσθαι* (volentes = *lubenter* paruisse) *τοὺς μὲν ἀπέχοντας τλ.* cl. paulo superius: *ἀγέλας ἐδοκοῦμεν ὁρᾶν μᾶλλον ἐθελούσας πείθεσθαι τοῖς νομεῦσιν ἢ τοὺς ἀνθρώπους τοῖς ἄρχουσι*]. Ubi vero *volendi verbum* ipsum appositis aliorum vv. infinitivis habetur, diserte expressa est nonnisi *volendi actio*, quae cuius temporis cogitetur, in verbi declinatu inest. Haec autem *voluntas* praeter amplum admodum notionis ambitum (ut insit: *sentire, agere, postulare, optare, probare*) dupliciter etiam *cum vi* potest dici ita ut *volentem* sive *agenti* sive *coacto* opponas *voluntatemque* velis sive *meram* sive *liberam*.

---

*) Ita v. c. THOLUCKIUS: „*Vielleicht lös't sich die Schwierigkeit und wir können die Erzählung .... vereinigen, wenn wir annehmen, Io. erzählt nur anschaulich den ersten Eindruck, den das plötzliche Erkennen Iesu auf sie machte. „Als er aber sich zu erkennen gab, waren sie sogleich bereit, ihn in das Schiff aufzunehmen.*“ — *Dabei bräche die Erzählung ab.*“ [Quod non! addit enim Io. ipse: *καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τ. γῆς*].

**) Quam LUICKII fluctuationem ingeniose profecto ROSENMUILLERI scholiastes in suam rem convertit sic: „*θέλειν h. l. indicat .. discipulos magna cum voluptate eum recepisse.... Neque tamen Semleri interpretatio spernenda est: itaque .. recipere optabant: statim vero .. ripae proxima fuit navis ... Cf. Mt. 14, 32 Mc. 6, 51. Vd. Glass. in Philol. S. p. 276 ed. Dath.*“ [Quae scilicet ll. faciunt contra SEMLERUM!

Iam pleraque loca ita habebunt, ut expressa sit nonnisi θέλησις (volitionem dixerint dogmatici), ea autem utrum in actionem cesserit necne sive transmissum [Io. 1, 43 (ἠθέλησεν Ἰησ. ἐξελθεῖν) 5, 6 21 (ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ) 40 6, 11 67 9, 27 12, 21 16, 19 17, 24 21, 22 sq.] sive aliis demum verbis additum [7, 1 44 (ἤθελον βιάσαι ἀλλ' οὐδεὶς τλ) 15, 7]. Ut vero ab hoc sententiarum genere recedas, causa sufficiens adesse debet in *rei natura orationisve nexu*, unde etiam, utra voluntatis relatio optanda sit, unice iudicari potest. Ita Io. 3, 8 (τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ) et 21, 18 (περιεπάτεις ὅπου ἤθελες τλ) expressa est *libertas arbitrii*, contra huius *arbitrii usurpatio* 7, 17 (ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα θεοῦ ποιεῖν [*voluerit modo*, quod potest, *obtemperare;* quo neque exclusa obtemperatio ipsa, neque inclusa notio *lubenter faciendi:* quis enim hoc posuerit *κριτήριον*: *modo lubenter facias atque intelliges verum esse?*] γνώσεται τλ) 8, 44 (τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν [τοῦ διαβόλου] θέλετε [*s. iam in eo estis s. omnino cupitis*] ποιεῖν) cl. Gal. 4, 9 (πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν [v. 21 ὑπὸ νόμον εἶναι] θέλετε, quam voluntatem includere etiam *actionem* sponte ac temere commissam, docet totius epistolae expositio). Propius ad nostram rem accedit Io. 5, 35. Quod ibi Iesus Baptistam idoneum doctorem professus: ὑμεῖς δέ, pergit, ἠθελήσατε ἀγαλλιαθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ· eo ludaeos quidem castigari apparet e voc. δέ, at non id dici, eos *voluisse tantum laetari* sed revera *laetatos esse*, ita tamen ut haec laetitia temporaria tantummodo idoneaque duratione destituta fuerit, probabile est ex addito πρὸς ὥραν, certum fit e v. 33 ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην. Verum in vv. ἠθελήσατε ἀγαλλ. hoc unum inest: *placuit laetari*, e sensu (qualem nexus iubet): *laetati estis ipsi, sponte vestra*, non vero (quod alio in nexu vix differret): *laetati estis lubenter;* quod autem non satis recte et constanter *laetati sunt* ideoque etiam *laetari voluerunt*, item e nexu demum accedit. Eiusdem generis sunt loca e scriptoribus graecis allegata. Ita Xen. Cyrop. 1, 5, 19 κινδυνεύειν σὺν ἐμοὶ ἐθελήσατε *mecum pericula subire voluistis*, quum dictum sit (non ab *hortante* [*voluistis, itaque facite!*] neque a *castigante* [*voluistis quidem, at non fecistis!*] sed) a *laudante*, sensus hic est: *voluistis, quod sane vestri erat arbitrii, mea pericula participare, laudanda igitur et participatio et voluntas* [quam *lubentis* fuisse etsi concluseris, non licet tamen verbis inferre]. E latinis adscribere placet Cic. Cluent. 7 (unum ex multis fortuna reliquum esse *voluit*) et Tusc. 5, 13 (alias bestias natantes aquarum incolas natura esse *voluit*) ubi verborum auctor res vult quae *factae* quidem sint verum non humani sed *divini arbitrii*. Non recedit Xen. Cyrop. 1, 1, 3 (quocum verbis etiam convenit Anab. 2, 6, 7) ubi postquam Cyro *lubenter paruisse* (vd supra) dixit *homines* admodum varios, τοὺς μὲν ἀπέχοντας παμπόλλων ἡμερῶν ὁδόν, τοὺς δὲ καὶ μηνῶν, τοὺς δὲ οὐδ' ἑωρακότας πώποτε αὐτόν, τοὺς δὲ εὖ εἰδότας ὅτι οὐδ' ἂν ἴδοιεν, addit: καὶ ὅμως ἤθελον αὐτῷ ὑπακούειν, *voluerunt i. e. non recusarunt parere, non subiecti demum atque coacti paruerunt sed* (ut scriptor ipse initio sententiae locutus est) ἐθελήσαντες, *tanquam qui voluerunt*. Nec denique abest Xen. Hier. 7, 9 ὅταν ἄνθρωποι ἄνδρα ἡγησάμενοι .. ἱκανὸν .... στεφανῶσι κοινῆς ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἕνεκα καὶ σωρεῖσθαι ἐθέλωσι [ubi nonnisi ipsa verborum compositio docet nec *meram actionem* sufficere nec *meram voluntatem*, sed ut *faciant volentes, non coacti*, e nexus sensu: *lubentes*], οὗτοι ἔμοιγε δοκοῦσι τιμᾶν τε τοῦτον ἀληθῶς. In quo locorum genere si Ioanneum ἤθελον τὸν Ἰησοῦν λαβεῖν putatur, ita debet expediri: *perterriti antea* (φοβηθέντες), *certiores facti* (ἐγώ εἰμι) *voluerunt iam in navigium recipere*. Iam quum, utrum revera *receperint* necne, verbis ipsis neque exclusum sit neque inclusum, aliunde est petendum. Ibi *oratio contexta non diserte quidem refutat receptum;* quod enim scriptor pergit: καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, id quantumvis *ex rei natura* videatur *oppositio* [*atque* = *atqui statim appulit:* receptione igitur et per se et περιπατοῦντι ἐπὶ τῆς θαλάσσης (utramcunque velis voculae ἐπὶ explicationem) non opus!], possit tamen *appositio* esse [*atque, vix recepto, appulit*]; verum quum non solum verba simpliciter scripta atque quod, eos autea *haud voluisse*, nec dictum nec satis significatum fuerat, sed *rei* etiam *natura* iubeat *non receptum* cogitare, in hac sententia et lectori et interpreti subsistendum est, quia alioquin negligentiae ipsam verborum intelligentiam necessario impedientis scriptor foret incusandus. Si volebat *sententiâ mutatâ receptum* narrare, poterat et debebat definitius loqui, v. c. καὶ λαβόντες εὐθέως ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς. Quae tamen negligentia mitigatur admodum ac fere tollitur, siquidem scripsit hominibus, quos sciebat aliunde iam (ut e Mto) *veram historiae rationem* ita edoctos, ut nulla verborum ambiguitate impediri possent, quominus Christum *revera receptum* cogitarent. Iam nos quidem, quamquam Ioannem agnoscimus hominibus scripsisse in

christiana et doctrina et historia non amplius novis, id tamen nunquam nobis persuadebimus, virum eximium, ut singularum quarumvis rerum, earum etiam quae nullius prorsus momenti essent, accuratam illis notitiam fore poneret, unquam admittere potuisse; THOLUCKIUM vero non quidem (ut nuper opinatus est censor in ephemeridd. Ienenss. 1829 No. 45) θέλοντα ποιεῖν et θέλειν ποιεῖν confudisse, sed in hoc uno peccasse censemus, quod in agnita synopticae narrationis auctoritate haud acquievit.

Tertius denique historiae verioris usus faciendus est *in argumento dictionis sacrae rectius aestimando.* Quum partim trium priorum evangeliorum quamquam ingenio una, reliquo tamen habitu tripertita sit narratio, partim Ioannea historiae christianae conformatio haud parum recedat et formâ et indole ac re; quum quod vel ex his discriminibus intelligeretur, aliunde etiam constet haberi quidem Domini verba verum a narratoribus graece concepta et in unum coniuncta ac conformata; quum denique, quemadmodum Christi ipsius humanissimi quippe eiusdemque divinissimi *) summa veritas ac vis corporis vitaeque humanae limitibus aegre ita continebatur ut historiae demum luminibus plena elucesceret tamquam δόξα ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, ita eius etiam doctrina in tantum comparuerit intimae humanitatis summaeque divinitatis, ut non solum sacri Hebraeorum sed cuiusvis humani sermonis formas tamquam mera involucra ac velamina ingenio suo longe superet excedatque ideoque interius ac gravius violari nequeat quam verborum pressione et iactatione male sedula: apparet, cautius longe quam hucusque factum instituendam esse verborum Christi et explicationem et ad res dogmaticas applicationem. Quantumvis vero hac historiae disciplina obstrictos nos agnoscamus, verborum rerumque singulatim Christi sensum quam verissimum dignissimumque et indagare et optare: cavebimus tamen religiose, et a vi *applicationis* ergo *explicationi* s. grammaticae s. historicae inferenda, et ab utriusque expositionis confusione admittenda. Id contra nunquam non recordati, quae explicanda veniunt verba diserte et primo loco esse narratorum, quorum igitur rationes historicas et externas et internas explicator tanquam legitimum explicandi praesidium debeat adhibere, componendum demum atque comparandum cum Christi ingenio et historia: nos haud parum adiutos habebimus et in re dogmatica et vero in ipsa etiam interpretatione, attendentes quippe, si quae sese insinuaverint, et *imbecillioris sententiae ac ratiocinationis* et *seriorum temporum efficientiae vestigia.*

Summa interpretationis lex est veritas grammatica. Eam ut temere faceret qui v. c. Io. 7, 52 propter errorem caeteroquin a Synedris Nicodemum Iesu faventem castigantibus aperte commissum cum KUINOEL. all. vellet laedere [esse nempe vv. προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται (quum *Galilaei* certe *fuerint* Ionas, Elias et) de *prophetis tempore messiano exspectandis* accipienda ex „*enallage Ioanni admodum frequente*“ praeteriti „*pro praesenti* ἐγείρεται“]: ita nec probari v. c. potest qui Mt. 24, 29 quo sententiam sibi veriorem efficeret, εὐθέως μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται τλ) verteret: *posthac, posteriore aliquo tempore.* Quid quod interpretationis iam facilitati hoc dandum, ut sensum minus simplicem ac facilem, si vel magis arrideat, repudies, ut Io. 12, 48 hunc: si qui Christum spernat, eum *secum ferre iudicem*

*) Τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπε ἀρχιερεύς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος· διὰ παθημάτων τελειωθείς, ὁμοιωθεὶς κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, πειρασθεὶς κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας, δυνάμενος τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι, συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις· διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένος, ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος!

suum (ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν), *internam animi conscientiam*, ubi vv. addita (ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ) possent certe ita expediri: *mea doctrina* (quippe vera) *eum arguet* (conscientiae stimulos excitando iisque pungendo) *si vel novissimo demum die.*

Verum non magis in verbis haerendum. Imo quum Christus et Apostoli, indaicis scholae et vitae formulis necessario quidem locuti, spiraverint tamen longe altiora ac diviniora, τὸ πνεῦμα sectandum. Singularia hac in re visa sunt ll. Mt. 17, 21 19, 28 de quorum altero cum Liebio (in Wineri *Studd. exegett. I*, 59 sqq.) εἰρωνείαν asserente consensimus, alterum vero expedire atque aestimare studuimus ipsi in nota isti commentationi (p. 89 sqq.) subiecta. Primum enim quod Christus: ὑμεῖς, ait, οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· id eum, utut translate, serio dixisse, quis audet conciliare cum divini doctoris partim sapientia partim humanitate? Quem quaevis fere historiae evangelicae plagula docet per totum, quod in docendo exegit, triennium nil aegrius molestiusque tulisse, quam terrenae rerum messianarum institutionis opinionem non popularium solum sed discipulorum etiam animis alte infixam; nil antiquius habuisse, quam ab hac ipsa opinione veram virtutem tantopere impediente ad sublimiorem spiritalioremque de Deo eiusque natura et voluntate sententiam aequales evocare; nil denique intentius egisse, quam ex Apostolorum singulatim animis praecipuorum in regno messiano honorum ambitionem et rectae evangelii intelligentiae et mutuae vero concordiae tantopere perniciosam indefessâ monendi, hortandi, castigandi severitate exstirpare: *hunc eundem* quis credet ad suos locutum *his ipsis imaginibus*, ad quas mirum quantum inclinabant et *proprie concipiendas* et *ad vivum exornandas atque exaggerandas*; locutum *sine omni addita explicandi castigandique cautione*; locutum denique Petro *satis arroganter* (ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν;) *provocanti*, quid quod *eandem animi sententiam verbis prodenti*, quam modo in iuvene virtutis iactatore (v. 20: πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου· τί ἔτι ὑστερῶ;) graviter *castigaverat*, quam statim arcteque addita parabola de operariis in vinea (19, 30 — 20, 16) *denuo perstringit*, quam denique (20, 20 sqq.) et in filiis Zebedaei (id instigante matre expetentibus ἵνα καθίσωσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ εἷς ἐκ δεξιῶν εἷς ἐξ εὐωνύμων) et in reliquis (de isto voto indignatis) *taxat* tanquam absonam et a suo discipulo alienam?! Nos certe, siquidem Christus serio dixit, hos potius mirabimur quam Salomen eiusque filios; quem vero solum nobis relictum videmus sensum: *quemadmodum ipse tali throno nunquam sedebo, vos etiam tales nunquam occupabitis!* eum optare vetat Christi dignitas alios verborum involucris fallere nescia. Quam contra defendimus εἰρωνείαν, quamquam graeca singulorum conformatio non ita iuvat ut a scriptore etiam sensam demonstrare possis, commendat tamen praeter rei naturam et narrationis cohaerentiam *sententiae exaggeratio* ut in translatis (v. 28) aperta, ita etiam in propriis (v. 29) facile agnoscenda. Verba certe: ἑκατονταπλασίονα λήψεται καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει, quid impediverit hoc accipere sensu: *centuplicia sane praemia reportabit atque accessionis loco vitam adeo aeternam?* Ita certe Apostolis *veram vitae aeternae rationem* nondum assecutis apte responsum. Caeterum Lucas, qui (18, 28 — 30) rem quidem verum sine utrorumque verborum exaggeratione habet, si cui nobiscum sensisse videbitur, non nisi Petri provocationem non satis dederit refutatam.

Alterum quod diximus Christi effatum*): τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ ita vertere placuit: *hoc hominum genus non procedit nisi cum precatione et ieiunio i. e. non prodit in vitam Deumque colit nisi precando et ieiunando, non verâ, quae interna est, pietate, sed cultu externo, precationum formulis inediaque indicta!* Hunc sensum, quamquam et e vocum ipsarum et e declinatuum principali ac genuina vi demonstrari posse quovis pignore contendimus, noluimus *explicationem* dicere, quoniam in contexta scriptoris oratione ἐκπορεύεσθαι respicit ad ἐκβαλεῖν (v. 19) et ἐξελθεῖν (v. 18). Quominus autem de *diabolis precando et*

*) Agitur de *daemone* ab Apostolis frustra impugnato, a Christo contra statim pulso, cuius rei causam quaerentibus ἀπιστίαν Dominus exprobrat, πίστιν commendat, qua vel pertenui (ὡς κόκκον σινάπεως) montes adeo moveri queant.

ieiunando demum ex hominum corporibus movendis cum vulgata loci explicatione cogitemus, etiamnum impediunt causae l. c. dictae. Quomodocunque enim partim τοῦτο τὸ γένος (s. ad diabolos aliis naturis oppositos s. ad singulare ipsorum diabolorum genus) partim τὴν προσευχὴν καὶ νηστείαν (ad praeced. πίστιν et ἀπιστίαν) referas — non habebis nisi *sententiarum seriem vere christianam in opiniones distinctionesque iudaicas transpositam.*

Sunt denique, quae quamquam magis ad applicationem faciant, explicationis etiam facilitatem ac firmitatem iuvent. Huc pertinet notissima evangelii Ioannei disputatio de *paracleto divinitus largiendo ea demum conditione, ut ad patrem Dominus abierit.* Ita postquam de re ipsa uberius dictum est (14, 25 sqq. 15, 26 cl. 16, 12 sqq.) diserte habetur 16, 7: ἐὰν μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. Quid igitur? utrum hoc Dominum dices voluisse: *ad patrem demum, penes quem hoc animi vitaeque praesidium largiendi facultas est, mihi abeundum, quo possim vobis impetrare?* an Ioannem certe censebis opinatum, *a praesente demum in coelis Christo illud* πνεῦμα ἅγιον *efficienter a Deo potuisse expeti?* Utrumque profecto ab evangelio πνευματικῷ satis alienum. Videndum potius, quamnam rationem impertitae Apostolis divinae ἱκανότητος historia testetur. Atque eâ quidem teste novae, quae Apostolos penetrabat regebatque, vitae primum momentum primusque impetus externus fuit Spiritus Sancti effusio in Actis narrata, fundamentum mors Iesu divino suscitationis miraculo splendidissime comprobata, principium vero abitus Domini e terris, quo ab adspectabili praeceptoris praesentia ad invisibilem spiritalemque coniunctionem traducti didicerunt demum viribus suis et confidere et magis magisque in dies uti. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν... ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. Ἕως ἄρτι οὐκ ἠτήσατε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου· αἰτεῖτε καὶ λήψεσθε! Io. 16, 23 sq. Quod autem hac potissimum via, de cuius psychologica veritate et efficientia revelationis consilio convenientissima non est huius loci uberius disputare, providentiae divinae placuit Apostolos τελειῶσαι, id Ioannem, quum scriberet, satis docuerat experientia. Id demum ubi recordatus fueris, quarti evangelii sententias, quae caeteroquin facile videantur (quemadmodum revera visae sunt eius impugnatoribus) languidae atque alienae, senties verissimas esse atque efficacissimas.

Finitimum hoc est, quod praedixisse Dominum et *mortem* suam et *intra triduum resurrectionem*, cum omnium evangeliorum narratione [πολλὰ παθεῖν, ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τλ, παραδοθῆναι τοῖς ἔθνεσι, σταυρωθῆναι, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι Mt. 16, 21 20, 18 sq. (Lc. 9, 22 18, 32 sq. Mc. 8, 31 10, 33 sq.) cl. ὑψωθῆναι Io. 8, 28 cl. 12, 32 — 34 3, 14 — 16] consentit historia [Mt. 27, 63 cl. 26, 61 (Mc. 14, 58) Io. 2, 19]; verum verbis minus apertis ac disertis, quam synoptici habent, eum usum esse, hoc docet, quod caeteroquin Apostolis, quantumvis a Messiae morituri cogitatione habendâque Iesu mortem suam significanti fide alienis [Mt. 16, 22 sq. (Mc. 8, 32 sq.) Lc. 18, 34 cl. Io. 14, 1 sqq. Mt. 26, 37 sqq.], *resurrectio* certe magistri (ipsa quippe *morte* sat praeparatis) non potuisset ita prorsus inexpectata contingere, ut factum esse testantur et alia multa [ut Mt. 26, 29 28, 1 et lt. pp.] et disertum Ioannis (20, 9) effatum hoc: οὐδέπω ᾔδεισαν τὴν γραφὴν ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Unde quum probabile fiat translate dictum fuisse, est profecto faciendum cum Ioannis et narratione (2, 13 — 22) et verborum (λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν accipiendorum περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ) explicatione. Quod si vero, quemadmodum post Henkium, Herderum all. recentissime Luickius, de *templo hierosolymitano* interpretaris ita, ut pars pro toto, *templum* pro *cultu universo* habeatur, eversi autem *instauratio* opposita sit *purgationi* a Christo modo tentatae (hoc sensu: *quin toti vertro cultui everso sufficere valerem brevissimo tempore novum cultum spiritualem*): repugnat grammatica loci conformatio (qua in re praeter momenta a Tholuckio recte provocata, τὸν ναὸν τοῦτον [satis incommode et difficiliter in ipso templo appellatum sensu haud parum singulari] et ἐν τρισὶν ἡμέραις [quibus inesse *simplicem brevis temporis notationem* neque e cogitandi loquendique legibus neque e locis (ut Hos. 6, 2 cl. Am. 1, 3 Ies. 17, 6 Luc. 13, 32 33) potest probari], singularis vis ponenda est in imp. λύσατε [quo conditio posita esset Iudaeis *nulla* atque *absona*, Christo *periculora*]), impedit historia damnationis (ubi Mt. 26, 60 sq. haec ipsa verba Christo exprobrata tamquam aperte detorsa ac perversa eo significantur quod simpliciter tamquam ψευδομαρτυρία sistuntur, quum proprie de templo dicta sane aliqua certe excusatione egnissent). Ipsa autem *tridui* appellatio recte quidem

VTo illustrabitur, verum non e Ps. 16, 8 sq. [putredine *tertio* die fieri solita] sed e comparatione Ionae [2, 1 cl. Lc. 11, 29 sqq. Mt. 12, 40].

Hisce disputationibus ac disceptationibus dilucidatâ enarrationis nobis propositae qualitate, ipsum quod extremum tractavimus momentum ad alteram cum viris doctis communicandam notitiam nos traducit. Ex iis enim, quae de historicae librorum sacrorum explicationis ingenio et usu deque attendenda critica et dogmatica applicatione dicta sunt, iudicetur constituaturque necesse est et universae exegeseos ratio, et eius quam nos meditamur

INTERPRETATIONIS AMBITUS.

Omnis explicatio non tam propriae est, quae per se stet, causae quam praesidium alii demum fini ac consilio inserviens. Quod enim in verborum qualiumcunque sensum inquiritur, id propositam sibi habet aliquam qualemcunque *applicationem;* fit non tam simplicis scientiae quam usus faciendi gratiâ. Ac *prima* quidem et consueta haec est causa, ut partâ intelligentiâ eorum, quae aliis sensa gestave fuerunt, ambitus eruditionis ac doctrinae augeatur. Cui accedit *altera* haec, ut intelligendi explicandique sensim sensimque parandâ dexteritate ipsa etiam cogitandi dexteritas iuvetur. Quemadmodum enim singularius praestantiusque intelligentiae praesidium non habetur facultate ac consuetudine perspicue et ordinatim cogitandi, ita vicissim eorum, quae alius quis verbis expressit, perscrutatione cogitationis dictionisque ambiguitas mirum quantum vitatur ac tollitur. Unde si quae aliis explicanda sunt, mancum foret atque alienum, verborum explicationes ac sensus tradere si vel accurate additisque in utramque partem argumentis enumeratos. Imo, quemadmodum philosophici magistri haec demum genuina est disciplina, qua non tam *philosophia* quam *philosophari* discatur, ita explicatori id potissimum agendum, ut ipso explicationis suae exemplo eiusque insinuatâ discipulis imitatione, eorum in tantum acuat iudicia exerceatque mentes, *ut ipsi interpretari potius discant quam interpretationes.*

Atque utrumque momentum in *explicatione* etiam *sacra* religiose tenendum. *Primum* enim hoc nunquam non agendum, ut qui scholasticâ scriptorum profanorum tractandorum exercitatione praeparati firmatique ad scriptiones sacras audiendas accedant, haud traducantur ad interpretationem, quae sive contraria prorsus praecipiat sive formâ saltim tota discrepet, imo in hisce etiam scriptionibus intelligendis suis viribus recte prospereque uti discant ita, ut vel in curtâ commentariorum memoriaeque supellectile non admodum difficulter concipere ac percipere verba valeant. Id quod eo magis curae cordique habendum, quo apertius in sensu scriptionum sacrarum eruendo res agitur dogmatica, in qua quanta sit necessitas et salubritas firmae, quae sua vi nitatur, persuasionis, nemo non videt. Atque hoc ipsum *alterum* est, in harum scriptionum tractatione nunquam obliviscendum negligendumve, quod *sacrae* sunt. Quae quum divinae sint non solum argumento sed etiam auctoritate: non minus iis religiosa ad vitam moresque translatio atque applicatio debetur, quam pia veneratio ac verecundia. Unde explicatori primo potissimoque loco ponenda ac tenenda est pietatis simplicitatisque lex, quam ipsa ceteroquin historia aperte scribit.

Quum genuini interpretis sit simpliciter, quid scriptor verbis suis voluerit, anquirere; quum Apostolorum ut pietatem ita simplicitatem quaevis fere historiae plagula contestetur: cavenda, quae modo e rerum divinarum negligentiâ contemtuve, modo e coniectandi libidine originem habet, frivola res perscriptas expediendi iudicandique temeritas; cavenda suas opiniones inferendi licentia, sive ea malâ arte sive imbecillitate sensuum ludibriis deceptâ nitatur; cavenda „enallages turpem excusationem semper in ore gerendi levitas" qua „*suam* negligentiam, *suam*que linguae graecae inscitiam viris divinis temere obtrudunt"; cavenda denique quaelibet artificiosa affectatio, sive ea in subtilitatis, quae in verbis verborumque formis haereat, exuberatione, sive in eruditionis et doctrinae dissolutâ effusione cernatur. Uno verbo, quemadmodum ab omni novaturiendi fingendique pruritu, religiose non minus a *mere theologica* quam a *mere philologica tractatione* abstinendum; illa nonnisi ancillam servamque ducit philologiam, haec quod secundarium est et merum praesidium, rem ipsam facit et primarium. In philologicis etiam agendus theologus!*)

Inde rationes ac fines, quibus moderari circumscribique debebit commentarii nostri expositio, facile sentientur, difficillus dicentur. Id nempe totius operis primarium erit momentum ac consilium, ut quam brevissimo, quo facilior sit conspectus, spatio omnia quae ad plenam intimamque scriptionum nostrarum intelligentiam vere faciunt, comprehendantur ita, ut nec fastidium creetur iis qui erectioris exercitatiorisque ingenii sunt, nec deserantur „qui non magno florent interpretandi usu atque solertiâ". In quo consilio ita singulatim versabimur. *Primum vocabula* vocabulorumque declinatus et continuationes, *significatibus ac sensibus* ex ipsorum proprietate graecaeque linguae lege accurate evidenterque explicitis, illustrabuntur. *Deinde rerum* verbis expressarum et *natura* atque *historia*, et in mentem animumque *vis* vere et dilucide monstrabitur. *Denique interpretationis historia* aperietur *recensu* addito *variarum explicationum*, quae aut e probabilitate specieve subtilitatis, aut e momento historico aliquam habent commendationem. **)

Brevitati vero ut consulatur, *primum singulae sententiae*, omissis absonis atque insulsis, exhibebuntur et revocatae ad *sua genera*, et firmatae partim succinctâ *argumentorum* in utramque partem notatione, partim auctorum disertâ appellatione. Hac enim posteriore adscriptione non minus notitiam historicam adiutum iri speramus quam gratum factum tironibus, quorum nimirum fluctuationi regendae *nominum* quoque pondus, caute scilicet adhibitum, non poterit non utiliter inservire. *Deinde* quum *demonstrationes ac probationes* ab aliis (ut Winero, ut Fritzschio, ut Luckio) institutas nec necessarium nec facile concessum sit *integras* repetere: *breviter summatim-*

*) Id prae reliquis dictum velimus philologo, quem fama est apud nos novam textus graeci funditus castigati recensionem moliri. Haecce volumina qui velit castigare, debet ipse multis studiis et, si placet, annis castigatus esse ac firmatus. Minime vero sufficit, feliciore iudicandi coniectandique dexteritate instructum, unum alterumve codicem nactum esse, et versionem fortasse alexandrinam — quam satis emendatam exhibere, operosissimum est minimeque iuvenilis celeritatis! — primoribus gustasse labris.

**) Qua in re *antiquiores* singulatim interpretes, non graeci solum sed etiam ecclesiae evangelicae instauratores, a recentioribus religiosius in usum sunt vocati ut qui „sententiarum nexum saepe acutius perviderunt rerumque notiones religiosius explicuerunt" (sunt verba Winerl praef. ad Ep. ad Gal. ed. 3 p. VI).

que percensere, quod istis studiis effectum evictumque sit, satis nostra enarratio habebit; ablegatis, si qui fidem habere recusent velintve aut ipsi sibi persuadere aut uberius doceri, ad istos ipsos probationum auctores. Qua in re quum religiose curandum ducamus, ut lectores ad scriptorum commentatorumve nonnisi eos locos ablegentur, quibus non obiter solum quid notatum, sed diligentius altiusque tractatum: quanta allegationum (ut Fritzschii, ut Wahlii) strages sit facienda, dici vix potest. *Denique* abstinebitur a verborum in concinnas periodos disponendi copulandique artificiis, *dicendique ratio* tenebitur non tam continua, qualis oblectationi etiam inserviat, quam *abrupta*, qualis scholiorum esse solet et debet. Luce enim clarius est, tali brevitate intelligendi certe facilitatem non modo non impediri sed adeo iuvari. *)

Ut denique cum hac brevitate stet enarrationis *perspicuitas*, *primum* institutâ singularum scriptionum veriore, quam quae vulgarium capitum est, distributione, et toti scriptioni et singulis sectionibus *argumenti* praemittetur *descriptio* in tantum patens, ut non solum universa rerum et sententiarum continuatio brevi in conspectu posita sit, sed notata etiam *principaliora momenta* et expositionis a viris divinis factae et enarrationis ab interprete faciendae. Unde in orationibus singulatim epistolisque potissimus harum descriptionum erit ambitus et usus. *Deinde* quam facile „longis vocabulorum rerumque explicationibus interpositis aut aliorum hominum opinionibus fuse examinatis series atque ordo obscuretur magis quam illustretur“ (Winer. Ep. ad Gal. praef. p. II ed. 2), *uberiores altioresque* e genere historico et dogmatico *expositiones*, quae a pleno commentario abesse nequeunt et vel tamquam *excursus*, quos dicunt, libro ipsi subiunctae non prorsus commode habent, partim *in unum quammaxime locum conspectumque* cogentur, partim ita a reliquis *distinguentur*, ut oculos mentemque quam minime impediant. Contra si quae ita sunt comparata, ut in *plurium* scriptionum interpretationem *paris* sint momenti (ut disquisitiones de evangeliorum origine et necessitudine, de ἀδελφοῖς Christi, de scriptionum Ioannearum et Paulinarum authentia, de aetatis apostolicae chronologia et), ea *singulari volumine* placet complecti atque eo lectores unoquoque loco remittere, adscripto nonnisi rei conspectu ad loci intelligentiam sufficiente. *Denique* ut nostra interpretatione non memoriae solum sed imprimis *interpretandi exercitationi* inserviatur, in verborum continuatione expedienda non tam loci quam *cogitationis ordinem* sequemur, difficilioribus vero in locis varias demum, quae *grammatice* cogitari queant, explicationes deinceps persecuti sententiam feremus. Eodemque hoc etiam pertinet, quod quamquam textum graecum praemitti interponive integrum vetat brevitatis ratio, in ipso tamen enarrationis singulorum commatum principio *paraphrasis* principalia vocabula graece intertexta exhibens ponetur, ut vel non inspectis graecis non ita difficile intueri atque complecti possis orationis tenorem.

*) Ita, ut hoc (quod simul normae loco esse queat) utamur, Matthaei enarrationem nobis videmur exhibere posse, quae Kuinoelii et Fritzschii commentariis tertia parte brevior, tamen et auctior sit et utrumque ita complectatur, ut illo facile prorsus supersederi possit, hunc vero is demum, qui academico munere fungatur curiosiorve sit, opus habeat adire.

Quas autem supra monstravimus explicationis singulatim sacrae rationes longiore usu nobis ita probatas, ut operi nostro tamquam suprema lex ac norma proponendae viderentur, eas ipse etiam

INTERPRETATIONIS SERMO

quem elegimus, latinus haud parum visus est iuvare ac firmare. Eum nempe non latiori solum faciliorique etiam ad exteros propagationi gratificati sumus, sed *deliberato consilio* optavimus, non minus exegeseos quam totius theologiae commodis consulturi. Quum enim sermonis vernaculi praeter idoneam e genere grammatico ambiguitatem ea sit usurpatio, ut sensum, quo illum deinceps inscii quasi didicimus, sequamur magis minusve obscurum: id semper visum est disciplinae scholarum nostrarum *latinae* potissimum momentum, ut aliunde adscito atque in proprium usum proprià demum vi converso sermone ipsâ discendi exercitatione *ingenii vis ad eam virtutem ac perfectionem eveheretur, quae efficeret et universae dictionis et quae inde tota pendet cogitationis partim dexteritatem, partim perspicuitatem ac firmitatem.* Unde ab eo demum tempore, quo a pristina linguae latinae aestimatione deflexum est modo ad graeca (quorum tractatio in tantum caruit successu, in quantum a pertractatione non poterat non abesse), modo ad scientias ipsis vitae necessitatibus inservientes: emerserunt inter eruditos adeoque in ipsis academiis portentosa sensorum cogitatorumque spectra ac monstra, qualibus recentissima aetas tantopere, proh dolor! exuberavit.

Ac potest profecto quovis pignore contendi, placita v. c. recentissimae quae mirifice nostris hominibus arrisit philosophiae, ut Schellingii, ut Hegelii, aliter prorsus conformata ac confirmata in lucem proditura fuisse, siquidem sermone latino primum fuissent et concipienda et tradenda. Ita enim quae nunc quidem involucrorum sive obscuritate sive pulcritudine facile elabuntur animisque sese insinuant, ipsis statim auctoribus non potuissent non verâ sua luce comparere, aut vana prorsus, aut admodum incerta satisve vulgaria. — Sed in hosce philosophos, quantumvis, ni fallimur, et religioni (abusu demum) et evangelio (ipso usu) perniciosissimos, non est huius loci fusius invehi. Imo redeundum, unde digressi sumus.

Latini nempe sermonis usu accuratior verborum notionumque consideratio postulatur ipsâque hac postulatione et interpretationis et intelligentiae obscuritati, ambiguitati, levitati denique haud parum occurritur. Inde partim tutius ac verius habebit *nostrum interpretandi negotium;* minus verbis, quae quamquam sensum suaviter fere afficiant ideoque aliquid dicere videantur, revera tamen sive omnino nihil sive nil certi dicunt, et ipsi elabemur et nobis quid elabi patiemur; partim ipsis etiam *nostro commentario usuris* maiorem diligentiam atque exercitationem extorquebimus. Atque ita nostri singulatim temporis necessitati consultum iri speramus. Quamquam enim raro admodum ac fere tum demum, ubi antiquo mori obtemperandum est, *libri latini* eduntur; quamquam rarius adhuc in academiis singulatim *scholae latinae* habentur (unde v. c. hoc, quod unam certe scholam latinam singulis semestribus alternare aliquibus in academiis theologos publice iussos esse accepimus): ipsi tamen civitatum moderatores rei gravitatem necessitatemque et bene assecuti et multis modis testati, variis recentius praeceptis ac praesidiis disciplinam latinam iuvandam curarunt. Iam non conducit quidem sermonem latinum in academicas philosophorum singulatim theologorumque scholas omnino revocare; ut

enim disciplinae culturaeque nostrae conditioni longe explicatissimae ita par esset haec lingua, ut rei certe ipsi detrimentum impediendo haud inferret, operosissimâ opus foret tractatione, quae ceteroqui non eius solum castitatem sed omne etiam nativum ingenium prorsus tolleret.

At rebus exegeticis salvo primario consilio latina adhiberi possunt; quid quod haud parum ei adeo favent. Ut igitur theologiae etiam magistri saluberrimam magistratuum voluntatem pro virili iuvent; ut nostri certe theologi, non latino solum ore aliquando tentandi sed in hodierna etiam et philosophiae et, si placet, SSae tractatione mentis dilucidae atque exercitatae indigentissimi, ut, inquam, neque a latinis intra stadii academici cancellos prorsus desuefiant, neque in sensuum effusissimam licentiam pronius adhuc ruant, neque denique Christum (ut cum Paulo loquamur) „ἁμαρτίας διάκονον" sistentes, humane admodum foedeque scriptiones sacras pervertere pergant: exegesis certe sacra ore latino factitanda atque ad vernacula hic illic admiscenda tum demum confugiendum, quum perspicuitatis causa id flagitat.

Ceterum in hac factitatione latina hanc sermoni romano reverentiam deberi, ut antiquam dicendi castitatem haud negligas speruasve, vix est quod demonstretur. At hoc videtur notandum, in ipsa latinitatis aestimatione hanc ingrediendam esse viam, ut principalem quidem normam ingenium linguae facias e sensu potissimum latino exigendum, parto „legendis iterumque repetendis optimis, qui in hoc genere excelluerunt, scriptoribus, ut Cicerone, ut Varrone, ut Quinctiliano" (WINER. l. l. p. IV); verum quo sensus pronior est ad deflectendum a veritate, eo religiosius auctoritatis praesidio utaris. Qui tamen usus cavendum, utne in superstitiosam servilemque agnitionem abeat.

Quid enim attinet, vocabulum aliquod in illorum scriptis hoc ipso significatu sensuve non haberi positum? Nonne quod vocabula vocabulorumque continuationes satis castae illic non legantur, accidisse potest nunc culpâ scriptoris reive scriptae, nunc iniuriâ temporis? Certe praeterquam quod non ubique omnium vocabulorum locandi est opportunitas, scriptores etiam alios aliis vocabulis ac formulis gaudere constat. Ita, ut exemplis defungamur, quid tandem moveat, Ciceroni *consensionem* et *consensum* pariter frequentanti auctoritatem in eo concedere, quod *dissensionis*, non vero *dissensus* vocabulo usus deprehenditur? quod *indagationem* et *indagatricem*, nec tamen *indagatorem*, vicissim vero *adstipulatorem*, non item *adstipulationem* et *adstipulari* scripsit? Satius videtur in hisce etiam facilitati ac simplicitati cum brevitate coniunctae in tantum operam dare, ut verba etiam sive rarius sive omnino non obvia haud recuses, siquidem genuinae radicis et (nativo linguae ingenio et mori convenientis) formationis sunt. Atque isti perspicuitati singulatim usu *substantivorum*, quae omnino scriptoribus latinis usitatiora dixeris quam in scholis tralatitium est, salubriter admodum inserviri et poterit et debebit.

Sequitur quarta cum viris doctis communicanda notitia, pendens ea ex iis potissimum, quae de interpretationis ambitu ac sermone modo disputavimus:

OPERIS AD ALIA RATIO

quae similis consilii, his ipsis diebus sive retractata sive recens tentata sunt. Quorum operum utne sententiâ nostrâ universe propositâ iudicia non tam rite definivisse ac firmasse, quam praeripuisse videamur, addendus est singulorum cum nostro compositus recensus.

Agmen ducant Io. GEO. ROSENMUILLERI, patris, *Scholia in NTum*, sextâ editione inde a T. II [EVV. Lc. et Io.] suasore ERN. FRIDR. CAR.

Rosenmuellero, filio, retractata [Norimbergae 1827 sqq.] a Io. Chph. Sgmd. Lechnero, Conc. ad aedem acad. vesp.. Quam retractationem, ut recte iudicavit censor Halensis [*Journ. f. Prediger* 1828 II, 182 sqq.], nec prorsus attigisse nec constanter tenuisse emendatiorem interpretationis formam, quum ipsa in hermeneuticâ disputationis nostrae parte passim allata exempla abunde probent: notandus superest operis ambitus. Primum enim nec firmo ac certo consilio nec propriâ virtute enarrationis Rosenmülleriae emendatio est instituta, id quod quemque vel comparatio amborum vol. IIdi evangeliorum docebit; Lucae certe accessiones minoris longe et momenti et ambitus sunt quam Ioannis. Deinde vero enarratio ipsa tam prolixe profuseque et literis est scripta et typis expressa, ut voluminibus sat amplis mancus admodum curtusque habeatur apparatus et criticus et exegeticus.

Scholia in Ev. Lucae implent 283, in Io. 571 pagg. 8 mai.. Tamen haud pauca, quae sive brevi notatione sive uberiore adeo explicatione egebant, alia prorsus sunt transmissa, aliâ certe neque ad liquidum perducta neque plene satis exposita. Singulatim desiderantur, qui vel paululum satisfacerent, et critici interpretationum recensus, et historici vitae Iesu excursus. Ita explanatio parabolae de *οἰκονόμῳ ἀδικίας* vexatissimae [Lc. 16, 1—9], vix appellatâ, nedum aperte expositâ unâ alterave explicatione, continetur 7 pagg. admodum prolixe exscriptis; gravissimum vero multisque modis impeditum Domini effatum *de destruendo atque intra triduum instaurando templo* [Io. 2, 19—21 cl. supra p. 19] absolvitur 4 pagg. ita ut eorum, quae recentissime disputata sunt aestimatio his addita sit verbis: „*eruditissime de h. l. disputavit Luickius, cuius verba Kuinoelius si legisset, fortassis aliter de sententia sua iudicasset. Et sane Christus initio muneris sui Iudaeos, ut eum interficerent, incitare noluit. Si vero dum loqueretur, digito monstrasset corpus suum, certe proxime adstantes Iudaei*“ [e legibus grammaticis: Iudaeos] „*id animadvertisse nec omnes de templo intellexisse necesse est. Neque profecto opus erat, quo se Messiae potentia instructum esse ostenderet, ut, etsi necatum tamen se e sepulcro resurrecturum esse polliceretur, cum vivens alia satisque multa ederet miracula. Verbis v.* 19 *ἐν τρισὶν ἡμέραις inest proverbiale aliquid. Cf. Hos. VI*, 2. *Hebraeorum* יָמִים שְׁלֹשֶׁת *saepe significat id, quod brevi tempore fit*“; quae disputatio exemplo simul esse potest verbosae et ambiguae horum Scholiorum enarrationis. Unde si quis nondum intellexerit causam tantae inopiae tantum spatium occupantis, hoc addiscat, scriptorum aliorum simplici adeo appellatione lineas fere impleri integras, quid quod *plures*, ut *sex*, p. 2 [„*Sm. Glo. Frischius (de ratione dicta factaque Iesu et Apostolorum commemorandi, qua Lucas in utroque commentario usus est, dissertatio*, quae nunc repetita est in *Commentationibus* Theologicis a *Rosenmüllero*, *Fuldnero* et *Maurero* editis Lips. 1825. Tom. I. Part. I.)“] et p. 3 [„hanc assertionem impugnavit *D. Iosias Frider. Christian. Loeffler*, in dissert. *Marcionem Pauli epistolas et Lucae Evangelium adulterasse dubitatur*. Traiecti ad Viadrum 1788 inserta quoque Commentationibus theologicis editis a Velthusen aliisque, Tom. I. 180 sqq.“].

Sequitur Io. Valent. Henneberg, Philos. D., parochus (Eberstedtensium et Sonnebornensium) Gothanus. Is novam totius NTi enarrationem vernaculam [„*philologischer, historischer u. kritischer Commentar über die sämmtlichen Schriften des N. T.*“] (Goth. impensis Henningsii) superiore anno ineunte palam professus, in ipsa evulgata notitia recte ad historiam provocavit interpretationis sacrae et antiquiorem (a Rosenmuillero potissimum patre et Glo. W. Meyero illustratam) et recentiorem, largâ errorum copiâ distinctam; minus recte ad suam ipsius interpretationem, quae aliis iam commentariis *)

*) „*Philol. hist. u. krit. Commentar üb. die Gesch. der Leiden u. d. Todes I. nach den Evv. d. Mt. Mc. u. Lc.*“ (Lips. 1822 impensis Engelmanni) et: „*phil. hist. u. krit. C. üb. d. G. des Begräbnisses, d. Auferstehung u. Himmelfahrt I. n. d. Evv. d. Mt. Mc. u. Lc. nebst e. Beilage*“ (Lips. 1826 impensis Hartmanni).

factitata virorum doctorum assensum tulerit. Id sane non potuit non probari, quod interpretationem grammaticam historicam professus fundamentum posuit linguae leges ex historicis demum scriptorum lectorumque rationibus in ipso usu faciendo recte moderandas; quod linguam NTi graecam neque ex graecis promiscue, nedum ex Atticismo illustratam voluit, sed (STURZIO potissimum et PLANKIO auctoribus) e *diulecto* quae dicitur *communi* singulatimque e Polybio et Herodiano; quod aramaicae quoque indoli et origini intentus et syriaca in usum vocavit et Hebraismi universique Orientalismi rationem habuit; quod denique varias interpretum sententias ita comparavit, ut haud raro non solum eos suo loco loquentes induceret sed antiquiores etiam recentioribus praeferret: iusta enim et idonea fuit haec rei existimatio. Verum in ipsa usurpatione eiusque modis haud parum est peccatum. *Primum* enim in ista aliorum appellatione nec perspicuitati nec brevitati ac delectui (cf. Commentarii passionis et mortis Iesu pagg. 63 73 75 ct) operam satis dedit; *deinde* orientali singulatimque hebraico ingenio non tam ex intimarum rationum et cum NTi libris necessitudinum pervestigatione quam e *sensu* potius magis minusve obscuro in ipsa interpretatione usus est; *porro* ad syriaca saepe confugit appellatione nec necessariâ nec satis idoneâ; *denique* in graecis quoque non omnino satisfecit, quippe in testimoniorum quae viderentur auctoritate facile et errori et perversioni obnoxiâ fere haerens, philosophicae vero vocabulorum et declinatuum explorationis aestimationisque negligentior.

Ita quod de *Orientalismo* in praefat. prioris commentarii p. XII edixit: „*er erinnert, dass der Ausdruck des Orients so häufig praegnant sei*“, non illustravit nisi ad sectionem libri quintam (p. 60—86, de coenae sacrae institutione) provocando, ubi quod fortasse ad istam *recordationem* referre possis, genuinae certe exegeseos specimen nemo dixerit. Haec nimirum p. 70—73 commentatur: „*κλᾶν ἄρτον* = פָּרַס לֶחֶם, 1) *Brod von einander brechen ..... involvirt aber sehr häufig* 2) *den Begriff der Mittheilung an andere aus menschenfreundlichem Mitleid. Ies.* 58, 7. פָּרֹס לָרָעֵב לַחְמֶךָ *Klagl.* 4, 4. עוֹלָלִים שָׁאֲלוּ לֶחֶם פֹּרֵשׂ אַיִן לָהֶם *Lxx. ὁ κλῶν οὐκ ἔστιν αὐτοις.* 3) *bedeutet κλᾶν ἄρτον denen, die um geliebte Todte trauern, zur Erheiterung und Beruhigung ein Mahl bereiten. Ierem.* 16, 7. וְלֹא יִפְרְסוּ לָהֶם עַל אֵבֶל לְנַחֲמוֹ עַל מֵת וַיַּשְׁקוּ אוֹתָם כּוֹס תַּנְחוּמִים עַל אֲבִיו וְעַל אִמּוֹ: *Lxx. Καὶ οὐ μὴ κλασθῇ ἄρτος ἐν πενθεῖ αὐτων εἰς παράκλησιν ἐπι τεθνηκοτι· οὐ ποτιουσιν αὐτον ποτηριον εἰς παράκλησιν ἐπι πατρι αὐτου καὶ ἐπι μητρι αὐτου. Um die Leidtragenden zu zerstreuen und aufzuheitern, gaben die Freunde des Verstorbenen nach Beerdigung der Leiche eine Trauermahlzeit* 2 *Sam.* 3, 35 *ff., welche* לֶחֶם אוֹנִים *Brod der Trauer oder der Schmerzen (Trauermahl Gesenius) Hos.* 9, 4 (*ἄρτος πενθους*) *u.* כּוֹס תַּנְחוּמִים *Becher des Trostes, hiess s. oben Ierem* 16, 7..... *Die verschiednen Bezeichnungen des κλᾶν ἄρτον scheinen sich in jenem ernsten Augenblicke in Jesu Geiste vereinigt zu haben. Getrennt von ihm traten die Jünger in eine Welt voll Feinde, wo sie keinen* פָּרַשׂ לֶחֶם *zu erwarten hatten (vergl. Luc.* 22, 35 *ff.)*“ [*ἀλλὰ νῦν .... ἀγόρασάτω μάχαιραν!*] „*Und diess stand ihnen so nahe bevor! Das Mahl, das er jetzt noch mit ihnen genoss, war ja das letzte, war gleichsam das Trauermahl, das er, weil kein Freund es ihnen bereiten würde, ihnen gleichsam selbst bereitete (vgl. Mt.* 26, 12)“ [*βαλοῦσα τὸ μύρον .... πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν!*] „*Aber traurig u. niedergeschlagen, wie sie waren, sollten sie nicht bleiben. Auch der Tod, daran sollte sie das dargereichte Symbol der Liebe u. Treue erinnern, werde das heil. Band, das sie umschlang, nicht zerreissen, vielmehr befestigen. .... ἄρτον κλωμενον δίδοναι* 1) *so viel als Jemand seiner aufrichtigen Liebe u. Freundschaft versichern;* 2) *mit Jemand eine enge Verbindung knüpfen oder erneuen. Brod so wie Salz sind dem Morgenländer Symbole der Bundestreue*

u. der wechselseitigen Freundschaft. ..... Brod war ein Symbol des, zwischen Gott u. dem israel. Volke, geschlossenen Bundes. 3 *Mos.* 24, 5 — 8." [ubi בְּרִית עוֹלָם dicitur nonnisi *duodecim panum* tribuum nomine *coram Iehova* singulis hebdomadibus collocandorum *oblatio*, *ipsi* vero *panes* (non לֶחֶם לִבְרִית עוֹלָם sed) לֶחֶם לְאַזְכָּרָה אִשֶּׁה לַיהוָה].

Aeque ambigua sunt verba eiusdem praefat. p. XI de *Hebraismo* eiusque ad aramaica singulatimque syriaca ratione: „*dass der ursprüngliche Text der Evangelien nicht in griech. sondern in aram. Sprache aufgenommen worden sei*" [utrum nonnisi vivae vocis traditione an etiam, quod p. 85 docere videtur, scriptione?] „*darüber kömmt man immer mehr und mehr zur Gewissheit, je häufiger man bei Dunkelheiten des Sinnes und Ausdrucks*" [annon haec duo certe invertenda?] „*sich jenes Sprachgebrauchs als eines leuchtenden Führers*" [quali face?] „*bedient. Allerdings leistet dabei der diesem Sprachgebrauch so sehr verwandte Hebraismus die trefflichsten Dienste, und kann ohne Nachtheil nicht von der Hand gelassen werden; allein er ist doch nur beiräthig und zustimmend, nicht aber wie jener, entscheidend.*"

Si vel aramaici sermonis eo usque faciendus esset usus, ut (quod quemadmodum in dissert. *de trium priorum evv. necessitudine* p. 68 sq. negavimus, etiamnum negamus) vitia ex falsâ aramaicorum interpretatione derivanda liceret in graecis nostris evangeliis statuere atque indagare: vehementer certe dehortandum, ne quis exemplum p. 85 obvium imitetur. Ibi nempe vir doctus in verbis Lc. 22, 20 (τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον!) *soloecismum* agnoscens, quo ἐκχυν. cum Kypkio „iungendum sit phrasi: ἐν τῷ αἵματι μου", eum ipsum ortum dicit „*nicht durch die Schuld des ersten Concipienten, sondern durch die des Uebersetzers und zwar wohl durch dessen zu ängstliche Genauigkeit in der wörtlichen Uebertragung*"; haec addens: „*wahrscheinlich stand auch im Original wie in der Peschito:* ܕܐܬܐܪܩ ܕܡܐ ܕܝ ܥܠ ܟܘܢ ܕܡܝ ܕܐܢܐ ܡܫܬܦܟ ܥܠ̈ܝܟܘܢ ܘܥܠ̈ ܣܓܝܐ̈ *Das Participium nach welchem* ἐκχυνόμενον *übersetzt ist, stehet wie im Hebr. u. Aram. häufig statt des verbi finiti* (ἐκχυνεται) *und dieses hier selbst wieder, wie oft, statt des nahen Futurum.*" Praeterquam quod extremâ hac formarum permutatione nostris temporibus sat proscriptâ quid interpres lucretur, nemo facile dixerit: graecus ipse, non mere anxieque se participium hebr. redditum voluisse, aperte demonstrasset addito articulo, verbi ad ποτήριον relati diserto indice. Itaque quod Syrus finitius expressit [*hocce poculum est testamentum novum in sanguine meo* (tamquam tertio comparationis) *qui pro vobis profusus est*], id graece concise ac si velis negligenter dictum est. Debet enim τὸ ποτήριον sive cum Moro accipi *poculi haustio* quae sit *novi foederis susceptio* (bibere ex hoc calice est novum foedus ingredi), ubi tamen quod ἐν τῷ αἵματι pro ἡ ἐν τ. αἵμ. dictum esse atque τὸ ἐκχυνόμενον (poculum) *libatum* verti deberet, durius habet; sive cum plerisque explicari *vinum poculo contentum*, ubi verba ἐν τῷ αἵμ. item additum continent tertium comparationis, extremis vero τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον inest trita satis rei illustrantis et illustrandae permistio: *calix effusus* (= *vinum profusum*) pro *sanguine* (*qui vino assimilatur*) *profuso*. — [Caeterum ad h. quoque l. quemadmodum Scholia ambigua veraque falsis mixta („τοῦτο τὸ π.... *μου brevis locutio; nam poculum h. l. est id quod in poculo continetur, et vinum per metonymiam dicitur ipsum foedus, quum duntaxat sit foederis symbolum*") habent, ita retractator additâ suâ recentiorum tentaminum notatione per integram paginam protensâ conspicuum exhibuit negligentiae inopiaeque specimen].

Graeca vero quod attinet, utut iudicio regendo iam sufficit notata modo disputatio de participio ἐκχυνόμενον, addere tamen haec lubet: p. 67 (ad Mt. 26, 22): „μητι ἐγω εἰμι *suppl.* αὐτος. *Das Pronomen* αὐτος *wird weggelassen, wenn es der Prädicatsnominativ seyn sollte, wo wir im Deutschen sagen es. Vgl. Haab hebr. gr. Gramm. z. Gebr. f. d. N. T. S.* 300 *f.*" [at confer latt. „*num ego sum?*" (ubi utrum sensus sit: *num existo?* an: *sum quem dicis?* unice e nexu pendet) et „*egone?*" vernac. „*ich?*"]; p. 68 (ad v. 24): „παραδιδοται *für* παραδοθησεται" [certe (quum rectius adeo habeat praesens) temere!] ib.: „καλον *hier in d. Bdtg des Rabbin.* נוּחַ *quies, placidum, tolerabile, bonum*" [egregiam vero linguae ubertatem in *quiete* tam multa et diversa complexam!] „נוח ליה אם לא נברא *Medr. Koheleth c.* 9 *v.* 10 *ei satius esset, si non creatus vel natus esset*" [ubi nota notionum permutationem et formarum gramm. (καλον, *bonum*, *satius*) negligentiam]; p. 77 (ad v. 28):

„*περι* = *dem hebr.* יַעַן אֲשֶׁר *oder dem aram.* חֲלַף ܚܠܦ *pro, loco, vice*“ [qui tandem et cur?]; ib.: „*ἀφεσις* = דְּרוֹר *Befreiung aus Gefangenschaft od. Leibeigenschaft* 3 *Mos.* 25, 10... *Polyb.* 22, 9, 17.“ [in alius aperte naturae re!] „*In dieser Bdtg kömmt d. W. im A. T. am häufigsten vor*“.... [quid inde?] „*Dass es so auch hier zu verstehen sey, beweiset die Parallele Mt.* 22, 26 *λυτρον ἀντι πολλων*“ [Scilicet? certe non *excluderet* sublatae peccatorum *culpae* notam!] „*Sehr passend übersetzt die Peschito* ܦܘܪܩܢܐ ܕܚܛܗܐ *Trennung von der Sünde*“ [quod non! Partim enim aramaico ד et דִּי respondet apud Hebr. אֲשֶׁר haud vero מִן, partim aram. שׁבק non valet *separare*, sed *relinquere*, *remittere*, *condonare* (unde adhibuit v. c. Syrus Mt. 6, 12 2 Cor. 2, 10 12, 13 al.); inde שׁבקנא דחטהא (*remissio peccatorum*) neque *includit* neque *excludit* notam quae in *ἄφέσει ἁμαρτιῶν* sive *exclusa* sive *inclusa* haberetur]; p. 78 (ad v. 29): „*καινος* = חָדָשׁ *noch nicht gewöhnlich, vorzüglich*“ cl. p. 83 (ad Lc. 22, 16): „*πληροω* = ܫܠܡ *perficio, ad summum perfectionis gradum perduco.... Es entspricht der oben bei Mt. v.* 29 *angegebenen Bdtg des καινος*“; p. 84 (ad Luc. 22, 19): „*διδομενον Perf.*“ [sic!] „*f. d. Futur. Διδωμι* = ܝܗܒ“ [vox graecâ nihil finitior] „*in d. Bdtg v. ἐπιδιδοναι Act.* 27, 15. *und προδιδοναι*“; p. 85 (ad v. 21): „*πλην ἰδου praeterea sciatis. Schleusn. Ἡ χειρ κ. τ. λ.* = *ὁ ἐσθιων μετ' ἐμου. Mc. v.* 18.“

Ceterum hanc largam exemplorum messem suppeditavit una sectio sat brevis eaque ab auctore ipso in praefat. provocata. Neque in historiae resurrectionis commentario in universum noster recessit, quamquam castigatior est enarratio duplici nomine hoc, quod et ab adspergendâ lectionis varietate, qua in priori libro absque omni fructu multum chartae consumsit, et (Wineri singulatim libro notissimo cautior factus) a disputationibus grammaticis prorsus sese abstinuit. Exempla habeto haec: p. 8. (ad Mt. 27, 58): „*τοτε.... nach dem aram. Sprachgebr. de praeterito vel futuro aliquo celebri*“; p. 13 (ad Mc. 15, 42): „*Ἠδη da schon*“ cl. p. 55 (ad Mt. 28, 4): *Σειειν h. erschrecken, in Furcht gerathen* = *ταράττειν*“; p. 16 (ad Mc. 15, 43): „*Offenbar stand in der syr. Syngraphe, welche unserem griech. Mt. u. Mc. zum Grunde liegt, an der fraglichen*“ [?] „*Stelle* ܥܬܝܪܐ“ [hebr. עָשִׁיר], „*dieses übersetzte der Verf. des gr. Mt. durch πλουσιος, der des Marc. durch εὐσχημων, und jeder glaubte, da das syr. Wort beide Bdtgen hat*“ [quod non! Inde certe hoc non sequitur, quod Syrus Act. 13, 50 gr. *εὐσχήμων* reddidit ܥܬܝܪܐ], „*hier die passende gewählt zu haben*“; p. 23 (ad v. 45): „*γινωσκειν hier erfahren, Nachricht einziehen* = *ἠκριβωσαι*“ [sic!] „*Mt.* 2, 7.“

Debebat autem iudicium ex his duobus commentariis peti ac regi, quamquam emendatiorem adhuc interpretationem in evulgata novi commentarii notitia auctor est professus his verbis: „*Er versichert jedoch, nach einem mehrjährig fortgesetztem Studium des N. T., noch manche Mängel in der Erklärungsweise entdeckt, ihnen abgeholfen, und dabei mehrere Resultate gewonnen zu haben, welche gewiss, bei der Stellung in welcher sich jetzt die ev. Kirche gegen die röm. befindet, von bedeutendem Interesse, aber auch nicht viel weniger wichtig für d. systemat. Theologie der Protestanten sind.*“ Nondum enim vol. I (Ev. Matth.), intra superioris anni limites promissum, quid quod in indice nundinarum Lipsiensium vernarum inter libros typis iam exscriptos appellatum *), publici iuris factum est. Id unum dicendum, ambitum infra notatum eius chartae atque impressionis, quae est evulgatae notitiae, nullo modo sufficere Matthaei plenae enarrationi si vel longe concisius ac pressius exaratae, praesertim quum rerum etiam dogmaticarum, a quibus duo priores commentarii diserte abstinuerunt, promissa sit consideratio.

---

*) „1r *Bd Matthaeus. gr.* 8. *Gotha Hennings.* [23] 1½“ (23 *Bogen* 1½ *Thlr.*)

Tertius denique appellandus est Aug. Rud. Gebser, theologus Ienensis (nunc Regiomontanus), qui enarrationem Ep. Iacobi nuper editam [„*d. Br. d. Jak. mit genauer Berücksichtigung der alten griech. u. lat. Ausleger übersetzt und ausführlich erklärt. Berlin* 1828“] specimen esse voluit operae in totum N'Tum conferendae [„*den Vorläufer eines vollständ. exeget. Werks üb. das N. T.*“ praef. p. VIII]. Hic interpres quamquam pluribus prooemii locis *) in suspicionem desertae et cum licentia poetica permutatae viae grammaticae historicae facile incurrerit: in ipsa tamen enarratione non minus caute ac diligenter quam eleganter est versatus. Nec minore studio ac successu in sententiis verborum explicandis ad moresque applicandis elaboravit, consulturus eorum etiam necessitatibus, quorum est verba pro concione sacra facere [„*es wird Zeit, dass wir... es uns mit zur Hauptaufgabe machen, gerade den prakt. Gehalt der h. Schr. bei der Erklärung derselben vorzüglich ins Auge zu fassen*“ (p. VI) et (p. VIII): .. „*da in gestrebt .. überall die sittliche Theilnahme u. das relig. Gefühl zu wecken*“]. At a culpa nimiae prolixitatis, in oratione aeque atque in enarratione conspicuae, eo minus virum doctum possumus solvere, quo magis (non solum brevitati sed etiam) perspicuitati haud raro offecit; quam in ipso scriptore hic illic desiderandam ipsa praeterquam interpretatio vernacula visa est minus iuvisse.

In singula descendere, non est huius loci; sufficiant haec. Ad 1, 1 per tres fere paginas de appellationum δούλου et ἀποστόλου in rebus christianis vi et necessitudine disputatur plus quam verbose (ut p. 2: *dem zufolge könnte man nun wohl schliessen, dass Jakobus kein Apostel gewesen zu seyn brauche, indem er sich im Beginn seines Briefes nicht ἀπόστολος, wie es wohl gewöhnlich.... sondern blos δοῦλος nenne, indess würde das doch gewiss zu viel geschlossen seyn, und niemand wird dem, was Pott sehr richtig bemerkt, widerstreiten*“); non secus ad v. 2 p. 8—10 de πάσῃ χαρᾷ (nec tamen utriusque, quem vox πάσης admittit, sensus vera ratione ad liquidum satis perducta). Ad v. 13 occupat pagg. 55—57 prolixa de vv. πειράζειν, πειρασμός ct. disputatio e Potto exscripta. Alibi quod iunctim et brevius et apertius poterat dici, variis locis disiectum habetur; ut quod de πίστει nonnisi passim (ut p. 15 29 ct) agitur, plena vero notionis et in universum et apud Iac. descriptio, unde certe finitum ac verum indicium de Apostoli Paulique dissidio notissimo unice pendet, prorsus desideratur. Quemadmodum autem in hoc genere logico sive si mavis dogmatico, ita etiam in grammatico omissiones hic illic deprehenduntur, quae interpretationis subtilitatem ac firmitatem in suspicionem facile vocent. Ita ad 2, 1 et 8 ab articuli defectione erat ordiendum, unde profecto non solum verborum τῆς δόξης vera relatio, sed νόμου etiam βασιλικοῦ vera vis pendet; certe si regiâ lege Iacobus voluit „*das vorzügliche, herrliche, unvergleichliche Gebot, das gleichsam die Königinn der übrigen ist*“ (p. 150), nonne τὸν νόμον dicere debebat? Non minus offendet quod v. 19 (πιστεύεις ὅτι ὁ θεὸς εἷς ἐστι) omissa

*) Ita statim ab init.: „*Nach dem glanzvollen Tage, den Christus, wie eine alles belebende Sonne, ins Dasein rief, zieht Jakobus wie ein milder Mond, an einem erquickenden Abend, in himml. Feyer an unsrer Seele vorüber.... Und wo sie naht, diese himml. Erscheinung, da träufelt aus ihren Worten Wohllaut, Freude, Friede, Geduld, Hoffnung und Segen herab, und erquickt die bedrängte Seele, wie der Thau der Nacht die von der Schwüle des Tags erschöpften Gefilde.*“ Item p. VI ubi de antiquiorum interpretum perlustratione his utitur verbis: „*manche unwirthliche Steppe ... aber ... auch freundliche Gefilde .. wo hier und da manche schöne Blume blüht, die sich in den Kranz, den ich gewunden, verflochten*“, antiquissimum singulatim aevum (p. VII) celebrans: „*ein schwacher Nachhall .. weht freundlich zu uns herüber ... wir bewundern prächtige Ruinen einer alten, herrlichen, ehrwürdigen Zeit.*“

est accurata utriusque momenti (*unitatis* et *existentiae* Dei) exploratio et comparatio; posterius certe (quod nostrum fecisse arguit textus graeci praemissi haec distinctio: εἷς ἐστι) non licebat transmittere; quemadmodum etiam ad v. 24 de formularum ἐκ πίστεως μόνον et ἐκ πίστεως μόνης et discrimine et necessitudine singularem disputationem iure expectaveris.

Sed quidquid hoc est, ambitus certe 416 paginarum, quemadmodum iam per se spectatâ Iacobi epistolâ nimius fuerit, in NTi scriptiones pari proportione extensus omnem excederet modum. Itaque quum iuxta latinam vernacula etiam enarratio temporis necessitate videatur flagitari, talis vero, qualis a Gebsero coepta est, non possit non salutaris medicina esse aequalium non minus credulitati quam incredulitati: optanda et commendanda eius evulgatio, suadenda adstrictior pressiorque et verborum sententiarumque et typorum exscriptio.

His triumviris totum NTum amplexis addendus paucis est alius triumviratus singularum tantummodo partium explanationem professus. Agmen ducat, qui *quatuor NTi evangelia* *) *recensere et cum commentariis perpetuis edere* coepit, Car. Fridr. Aug. Fritzsche, Theologus Rostochiensis. Is multis modis NTi interpretationem emendando firmandoque adiuvit. Quam enim praecivit enarrationem, eius prima ac summa virtus in insigni subtilitate cernitur, qua se, si vel in historica exegetici officii parte quaedam desiderari passus est, non minus sagacem comprobavit inveteratorum errorum indagatorem quam simplicioris veritatis felicem inventorem.

Agnoscenda quidem, quae ingeniosi esse solet, aliqua luxuriatio, modo animi (ut p. 53 et [de magorum stella] 59 sqq.), modo eruditionis (ut in scriptorum exterorum non solum uberrima allegatione sed explicationibus etiam atque emendationibus [v. c. p. 21 sq. 24 42 47 52 54 singulatimque p. 59 med.] absque re interpositis) et subtilitatis (ut p. 62 ad Mt. 2, 2 9 [ἐν τῇ ἀνατολῇ]; p. 81 ad 2, 12 [ἀναχάμψαι]; p. 90 ad 2, 16 [ubi ἀπὸ διετοῦς pro genit. neutrius generis accipi potuisse non *miratur* solum sed *paene indignatur*]; p. 115 sq. ad 2, 3 [ubi quum ἐστί, non ἦν locatum sit, *vehementer improbantur* qui Evangelistae potius quam Baptistae verba habent] ct): verum plerumque tamen res ad liquidum perductae sunt (ut p. 2 sq. [κατὰ *Ματθαῖον* et *Ματθαίου*], non item p. 4 sq. [historica notionis εὐαγγελίου explicatio]; p. 17 sq. [ellips. in ἡ τοῦ Οὐρίου et sim.]; p. 30 sqq. 38 sq. [λέγεσθαι, καλεῖσθαι, εὑρεθῆναι pro εἶναι] 99 sqq. [plur. pro sing.] ct). Et si vel modum subtilitas passim excesserit, ipse usus ipsaque exercitatio abusum sponte tollit, quum contra in eius neglectione ac defectione ipsa interpretandi ars pessumdetur atque ad merum opificium deprimatur. Quod autem genus historicum attinet, in eo vir doctus nec satisfecit nec sibi constitit. Neque enim variarum explicationum, quae sufficeret et certâ ubique proportione regeretur, instituta est enumeratio, neque mythica, quam interpres sibi informavit, enarrationis evangelicae aestimatio omni ex parte explorata ac servata. Imo inter historias et mythos ita fluctuat iudicium, ut modo historiae, modo narratoribus iniuria inferatur. Quod enim rerum gestarum veritatem non satis distinxit a conformationum exornationumque accessionibus, id effecit ut haud pauca omnino ficta putaret ab iis, qui iudaicas rerum messianarum opiniones (de Davidide divinitus generando, Messiae stellâ, praecursore ct) vellent exprimere aliisque insinuare.

Pergimus ad duumviros exegeticâ ut scientiâ ita exercitatione claros, Henr. Aug. Schottum, Ienensem, et Iul. Fridr. Winzerum, theologum Lipsiensem, *enarrationem epistolarum NTi latinam* nuper in ephemeridibus eruditorum publicis pollicitos. De qua quum nihil definiverint ipsi, id unum dici potest, quod bibliopola hos commentarios continuationem esse voluit *commentarii in libros NTi historicos* a Kuinoelio exarati. Utut igitur virorum doctorum et universum interpretationis consilium et singulas interpretandi leges ac modos non poterimus non nostra facere: recedent tamen, ad Kuinoelianae scriptionis ambitum ac formam adstricti, a nostri commentarii ratione ube-

*) Prodiit Tom. I (*Ev. Matth.*) Lips. 1826 872 pgg. 8; Tom. II (*Ev. Marc.*) typis fere exscriptus est.

riorem, certe continuae orationis enarrationem exhibendo. Ceterum si vel illorum ope contigerit continuo commentario totum NTum et (absoluto scholiorum ROSENMUELLERI opere) Vetus etiam complecti: detrimentum non posse non capere interpretationis sive proportionem sive causam, nemo facile negabit qui ultra mercatum existimat.

Restat tertio loco qui, quod ante hos octo annos professus est, nunc ipsum repetiit, GEO. BENED. WINER, Grammaticae NTi conditor. Quam enim primo loco *novi in Epistolas Pauli commentarii specimen* inscripserat notissimam epistolae ad Galatas scriptae enarrationem*), tertium in lucem emisit hac praefationi subiuncta nota: „*Nunc omisi haec verba, non quo abiecerim omnino istud consilii, sed quod, si ad ipsum commentarium perscribendum aggredi licuerit, aliam enarrandi rationem inire decrevi. Etenim primum omni, qui dici solet, apparatu critico denuo pervestigato graeca diligenter refingere et emendatius exscribere signisque distinguere in animo est. Deinde glossarium Paulinum conficere statui, in quo vocabulorum proprietas et graeco et Paulino usui convenienter explicabitur, significationum necessitudo accuratius demonstrabitur, notiones etiam rerum copiose pertractabuntur. Denique graecis perpetuam annotationem subiiciam, quae, quantum fieri poterit, presse omnem sententiarum Paulinarum vim e singulis verbis verborumque continuatione dilucidet. Haec autem dicendi brevitas et lectoribus, spero, utilis erit et non aliena ab interpretandi subtilitate, siquidem plurima paucis verbis tangere lectoresque ad glossarium Paulinum remittere licebit.*“ Recte vero. At nos, utut a cordato quoque interprete haec ratio et vehementer probabitur et quam primum perfici optabitur, non potuimus tamen eam ingredi: partim quod idoneo, quo totum NTum comprehenderetur, glossario caremus idque demum condere et virium et temporis angustiâ vetamur; partim quod in evangeliis singulatim multa historice (ut de miraculis eorumque explicatoribus) disputanda sunt, quae neque glossario neque annotationi perpetuae graecis subiectae salvâ expositionis perspicuitate ac proportione commode possunt intexi.**)

Fusius de causis ac modis operae nostrae in NTi enarratione collocandae ratione iamiam reddita, superest quae quinto loco cum viris doctis communicanda erat

LABORIS DISPOSITIO

atque ad finem strenue perducenda executio. Scilicet *interpretationis* qualitatem et ambitum iteratis demum studiis ad probabilem per-

*) „*Pauli ad Gal. epistola latine vertit et perpetua annotatione illustravit G. B. WINER*“ Lips. 1821; auctius et emendatius ed. IIâ [praemisso versionis latinae loco textu graeco] 1828; IIIâ [cum versione lat. absque textu gr.] 1829.

**) Ceterum ab altero quod ante aliquot annos professi sumus instituto, ipsum NTum cum perpetua annotatione graecis subiuncta brevibusque indicibus (ad instar editionis VATERI, verum ratione quae et aequabilior sit et magis sufficiat) edendi, ita recedet Venerandi praeceptoris enarratio, ut nostra, totum quippe NTum comprehensura, pressior longe esse debeat, glossarii autem omnibus partibus absoluti loco breves tantummodo conspectus vocum ambitu ac vi dogmatica singulariorum exhiberi queant. Speramus vero hanc editionem prius in lucem emittere posse, quam terminos Commentario scriptos emensi simus.

fectionem emergere posse, quum nemo ignoret: imbecilliorem quidem formae animo obversantis effectionem illo Ciceronis „non tam perficiendi spe quam experiundi voluntate“ cum WINERO excusatam habere poterimus. Verum magis priusque premit *scriptionum interpretandarum* ambitus. Is enim non solum per se, sed eo etiam quod, sive temporis reique, sive instituti nostri rationes spectes, maturato opus est, vires excedit hominis *unius*, quid quod multum occupati ac distracti. Quamquam igitur ab uno adeoque aequabili ratione conscriptam interpretationem erant quae commendarent, hanc tamen *interpretis unitatem* istis necessitatibus posthabere eo facilius impetratum est, quo magis in coniunctis etiam plurium viribus ac studiis *interpretationis* non solum *unitas* obtineri posse, sed *veritas* adeo ac *firmitas* augeri deberi videretur.

Iam quum viros, quorum in literis singulatim sacris fama est et publice probata exercitatio, ad societatem invitare operis, cui *unitatis proportionisque* lex nostro consilio gravissima plenam certe libertatem praeriperet, nonnihil arrogantiae necessario habeat; quum ipsos etiam, quominus nobis operam suam gratificarentur, alia negotia coeptave impeditura fuerint: acquiescendum videbatur in iis, quos ipsa muneris academici ratio subministrabat formatos *Societatis exegeticae* virtute, quam a Venerando WINERO a. 1817 conditam diligentissimâque integri sexennii institutione corroboratam ab a. 1823 moderatus sum, eo magis, quo felicior eorum fere semper contigisset corona. Quae tamen notasse sufficiat, quum nec de *singulis nominibus* nec de *singulorum edendi ordine* satis tuto decerni possit, ipsa vero executio monstrare debeat, quo versati simus iure.

Ceterum quum enarrationem, quae *quam brevissimo tempore* exhibebitur, ad voluminum proportionem revocare vehementer certe fluctuare deberet, satius duximus viam ingredi ceteroquin etiam commodiorem hanc, ut singulae scriptiones suis (ambitus sane diversissimi) voluminibus singulatim venalibus in lucem emittantur; exemplum praeeunte enarrationis manualis sat notae*) auctore. *Ambitum* vero quod attinet, quamquam accurate definiri nequit, is certe, qui interpretationi impendetur**), *vix excedet ambitum Scholiorum* ROSENMUELLERI.

---

*) *Exeget. Handbuch des NTs*, 19 fasciculis [Lips. 1788—1809] saepius repetitis [fasc. 1 ex ed. IVâ 1822]; enarratio a nostris diebus prorsus aliena.

**) Distribuimus ita: Voll. I (*Introductio hermen. et crit.; grammat.; exeget.* — breves conspectûs, quales simul compendiorum instar inservire possint lectionibus acadd.) II (*Mt.*) III (*Mc.*) IV (*Lc.*) V (*Jo.*) VI (*Excursus Evglior.*) VII (*Act.*) VIII (*Rom.*) IX (1 *Cor.*) X (2 *Cor.*) XI (*Gal.*) XII (*Eph. et Col.*) XIII (*Philipp.*) XIV (1. 2. *Th.*) XV (*Epp. pastorales*) XVI (*Philem.* cum *Excurss. historiae ap.*) XVII (*Hebr.*) XVIII (*Jac.*) XIX (1. 2 *Ptr. et Jud.*) XX (*Epp. Jo.*) XXI (*Apoc.*).

PROLEGOMENA

IN

EPISTOLAM IACOBI.

Catholicae a) **Ep., quam** *Ἰάκωβος θεοῦ κ. κυρίου Ἰησοῦ Χρ. δοῦλος* **inscripsit** *ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τ. διασπορᾷ*,

SCRIPTOR

non appellandus videtur *A) Jacobus quidam ignotus* [Lth.: *irgend e. guter frommer Mann* (vd. not. 92); Schr. (Is. 383): doctor xt., Hellenista, extra Pa-

---

a) *Epistolarum catholicarum* appellatio, qua deinceps septem insignitae sunt scriptiones (*Jac. Ptr. Jo. Jud.*) singulari collectione comprehensae, quum ipsae nec argumento nec consilio conveniant, a potioribus ducta atque abusu demum ad reliquas translata esse debet. Quam vero designatio involvit notionem *universalis*, ea exorsa videtur a *communitate argumenti* [Oec. Leont. de sectt. 2; Gt. Wf. Wtst. Mr; Berth; Pt. dWett. Schr] qua *καθ' ὅλου* scriptae Epistolis paull. ad certos homines coetusve datis opponerentur (1 Jo. 1 [2] Ptr. Jud. Jac.; 2. 3 Jo.). Inde facilis erat transitus ad *communitatem usûs* [Eus. HE. 2, 23 extr. 3, 3 ctt.] *auctoritatisque canonicae* [Cassiod.; Justinian.; Hammond. Bens. Nöss. Ziegl. Eichh.] *argumentique* (*catholici*) *orthodoxi* [Salmero, Tirinus, Corn. a Lap.; Schmidt]. Ita quae ab initio *ἐγκύκλιοι*, eae deinceps informatae sunt *canonicae*; quod si vicissim habuisset, ipsaeque primo loco tanquam *ὁμολογούμεναι* oppositae fuissent *τ. φερομέναις* (quod concludi posse videbatur ex Eus. 6, 25. 7, 25), non potuissent ap. eundem etiam *ἀντιλεγόμεναι* in *catholicis* numerari. *Catholicae* etiam audiunt Epistola Act. 15, 23 sqq. (ap. Clem. Al. *Strom.* 4, 512), Ep. Barnabae (ap. Orig. *c. Cels.* 1, 63), Epp. Dionysii Cor. aliis quam Corinthiis scriptae (ap. Eus. 4, 23). Usu loquendi eccles. prorsus destituuntur, qui nonnisi *nomen technicum* esse statuunt [Sml. Agsti; Hug] Epistolis paull. oppositum; item Pt. (ed. 2) qui explicuit *τὰς λοιπὰς ἐπιστολὰς καθόλου*, *reliquarum Epp.* (*sc. non paulinarum*) *summam s. universitatem*. Add. Eus. 2, 23 extr.: *Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰάκ., οὗ ἡ πρώτη τ. ὀνομαζομένων καθολικῶν ἐπιστολῶν εἶναι λέγεται. ἰστέον δὲ ὡς νοθεύεται μέν· οὐ πολλοὶ γοῦν τ. παλαιῶν αὐτῆς ἐμνημόνευσαν, ὡς οὐδὲ τ. λεγομένης Ἰούδα, μιᾶς κ. αὐτῆς τ. ἑπτα λεγομένων καθολικῶν. ὅμως δὲ ἴσμεν κ. ταύτας μετὰ τ. λοιπῶν ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένας ἐκκλησίαις.* Oec. *prolegg. in Jac.*: *Καθολικαὶ λέγονται αὗται, οἱονεὶ ἐγκύκλιοι. οὐ γὰρ ἀφωρισμένως ἔθνει ἑνὶ ἢ πόλει, ὡς ὁ θεῖος Παῦλος τ. Ῥωμαίοις ἢ Κορινθίοις, προσφωνεῖ ταύτας τ. ἑπτ. ὁ τῶν τοιούτων τοῦ κυρίου μαθητῶν θίασος, ἀλλὰ καθόλου τ. πιστοῖς, ἤτοι Ἰουδαίοις τοῖς ἐν τ. διασπορᾷ, ὡς κ. ὁ Πέτρος, ἢ κ. πᾶσι τοῖς ὑπὸ τ. αὐτὴν πίστιν χριστιανοῖς τελοῦσιν.* Hier. *de studio Scripturar. ad Paulinum* (T. IV P. II p. 568 ed. Bened.): *J. Ptr. Jo. Jud. Apostoli septem Epp. ediderunt tam mysticas quam succinctas, et breves pariter et longas: breves in vbis, longas in sententiis, ut rarus sit qui non in earum lectione coecutiat.* — Quod communi consilio, fortasse ex imitatione Epp. Pauli scriptae sint, non in omnes pari sensu et jure cadit; vd. de singulis, singulatim ad Petrinas; magis certe attendi debebat, quod in antiquiss. monumentis priores locantur paulinis. Quod autem Ep. J'i primum earum locum jam ap. antiquos tenet, inde (cum Schol. ap. Wf) duci potest, *ὅτι τε πρῶτος ἐπίσκοπος ἦν, κ. ὅτι τῆς Πέτρου καθολικωτέρα· ταῖς γὰρ ἀνὰ πᾶσαν τ. γῆν διεσπαρμέναις ἐγράφη δώδεκα φυλαῖς,*

laest. vivens, cuj. mentio in NF. omnino non facta est]; nullâ enim necessitate extorta est haec conjectura, in cujus favorem nihil afferre potuit SCHT. quam 'quod auctor ne verbulo quidem auctoritatem sibi vindicat ap.' et quod 'nomen 'Ιαχ. tum temporis haud inusitatum' fuit: unde non dubitavit hunc suum J'um *quartum* numerare eorum qui in NTo commemorentur (cf. not. *f*); — neque *B*) *Jacobus ἀδελφὸς κυρίου* [a]) [serioribus etj. *ἀδελφόθεος* et *διάδελφος* dictus], s. uterinus s. Josephi vitrici ex alâ uxore filius, qui in (XII certe) Apostolorum numero haud fuerit [HAMMOND WHISTON RSIM. HERD. c) DMICH.

---

DIDYMI ALEX. (saec. 4.) enarratio in Epp. cathh. (vd. LÜCK. *quaestiones ac vindiciae Didymianae s. DIDI Al. enarratio in Epp. cathh. latina graeco exemplari magnam partem e graecis scholiis restituta*; Gott. 1829. 30. 4°; quarum P. II enarrat. in *Epp. J'o.*, P. III enarrat. in *Epp. Ptr.* continet); **CALVINI* in Epp. NTi cathh. commentarii (ed. noviss. Hal. 1832); *HORNEJI* in VII Epp. cathh. expositio literalis. Brunsv. 1652. 54. II 4°; *ZACHARIAE paraphr. Erkl. der Brr. Jac. Ptr. Jud. u. Joh.* Gott. 1776; *BENGEL erkl. Umschreibg d. kathh. Brr. u. d. Off.b. Joh.* Tub. 1788; *CARPZOV* Epp. catholicar. septenarius. gr. c. novâ vers. lat. et scholiis gramm. atque critt. Hal. 1790; *GÖPFERDT d. sog. kathh. Brr. der App. übers. mit Anmm.* Lps. 1791; *AUGUSTI d. kathh. Brr. neu übers. u. erkl. mit Excursen u. einleitenden Abhdlgen.* Lemg. 1801. 8. II (1⅓ *Thlr*); **GRASHOF d. Brr. d. h. App. Jac. Ptr. Joh. u. Jud. (als Probe e. neuen Ausg. der h. Schr. NTs) übers. u. erkl.* [*Paraphr. mit einzelnen Anmm.*] Ess. 1830 (⅓ *Thlr*).

προσηύξ.). Nihili est 12 (ἦτω) cll. 1, 19 (ἔστω): vd. modo 1 Cor. 16, 22 cll. 2 Cor. 12, 16. Gal. 1, 8 sq. [vv]) Computavit 55 vcbla Ep'ae peculiaria, quorum quum (notante SCHNK. 61 sqq.) 28 in LXX et Apocrr., 9 in ipso NTo (ex parte aliis formis grammatt.) occurrant, J'o nonnisi 16 restant, quorum nonnulla rem insuper significant alibi in NTo haud obviam. Verum admisso adeo integro 55 numero, quum *Ep'ae* sint 99 versus, duobus unum circiter ἅπ.λεγ. attribuendum foret, unde in *appendicis* 8 versus 4 circiter convenirent, quae profecto large nequabuntur iis quae *app.* singulari partim sensu partim copulatione habet (ἐνεργουμένη, ὑπὸ χρίσιν πίπτ., εὐθυμεῖν, βλασιάνειν, ἐγείρειν, ὀμν. ὅρκον, προσεύχεσθαι ἐπί τινα, ἐξομολογεῖσθαι παραπτώματα). Plurima res ipsa imperabat, atque - quippe in NTo usitata - certe in suspicionem traductionis ex usu loquendi eccles. saeculi 2di temere sunt vocata (298). — Quod vero *Ep.* magis delectetur *Participiis*, eo magis fluctuat, quum et J'us saepius iis uti potuerit (ut 2, 2 sq. 14 sq. 19 al.) et ea in *app.* non desint; certe 2, 4-11 nonnisi *tria*, 14-26 nonnisi *quatuor* Partt. habentur. — Ceterum haud paucis *appendix* c. *Ep.* convenit, ut 17 sq. cll. 5, 10 sq. 2, 20 sqq.; 19 sq. (translatione *viae* ctt.) cll. 1, 11. 3, [6] 13; 15 (Vb. subst. c. Part.) cll. 2, 15; 19 (τις ἐν ὑμ.) cll. 2, 16. 3, 13; 15 (εὐχὴ πίστεως) cll. 1, 23. 25. 3, 6. 7. 13 al.; 14 (ἐπί) cll. 2, 7; 20 (γινωσκ.) cll. 1, 3; 15 (σωζ.) cll. 1, 21. 2, 14; 17 (ἄνθρ.) cll. 1, 7 sq. 19 sq. al. [ww]) Vd. supr. not. *s.* et (de sensûs ap. Mt. et Jac. discrimine) Comm. p. 267. [xx]) Cf. supr. not. *ff.*

Herder Brr. zweier Brüder Jesu [Jac. u. Jud.] in uns. Kanon Lemg. 1775 (*Sämmtl. Werke; zur Rel. u. Theol.* XI p. 187-309. ed. Cottanae 12°); *Schirmer d. Brr. d. App. Jac. Jud. u. Ptr. übers. u. erkl.* Vratisl. 1778; *Seemiller* SS. Jac. et Jud. App. Epp. cathh. lat. redd. et perpet. annotat. illustratae. Norimb. 1783; **Morus* Praelectt. in Jac. et Ptr. Epp. ed. Donat. Lips. 1794 (⅔ *Thlr*); *Hottinger* Epp. D. Jac. atque Ptr. l. c. vers. germ. et commentario lat. Lips. 1815 (⅔ *Thlr*).

Althamer Commentar. in Ep. Jac. Argentor. 1527; *Brochmand* Comm. in Ep. J. (Havn. 1641. 1706. 4°); *Bensonii* Paraphr. et nott. philoll. in Ep. Jac. lat. vertit et suas ubique obss. addidit *J. D. Michaelis*. Hal. 1747. 4°; *Damm Br. des Ap. Jac. von neuem übers. u. mit ein. Anmm. nebst e. Ank. erl.* Berol. 1747; *Baumgarten Auslegg des Br. Jac.* Hal. 1750. 4° (c. append.: Examen variantium lectt. in Ep. Jac. obviar.); *Semler* Paraphr. Ep. Jac. c. nott. et latt. translationum varietate, Hal. 1781. (*teutsch mit manchen Abändrgen u. Erweitrgen.* Postamp. 1789); *Storr* Diss. exeg. in Ep. Jac. [vers. lat. c. nott.] Tub. 1784. 4° (rep. Opuscc. Vol. II. Tub. 1797); **Pott* [Epp. cathh. graece perp. annotat. illustratae; Rd. Kopp. Vol. IX; Fasc. I] Ep. Jac. Gott. (1786. 99) 1816; *Rosenmüller* (*E. F. K.*) *d. Br. Jac. übers. u. mit* [*ein. wenigen*] *Anmm. erl.* Lps. 1787; *Hensler d. Br. d. Ap. Jac. übers. u. erl.* Hamb. 1801; *Schultheß* [yy]) Ep. Jac. commentario copiosissimo et vbor. et sententiar. explanata. Turici 1824 (⅓ *Thlr*); **Gebser der Br. des Jac. mit genauer Berücks. der alten grr. u. latt. Ausleger übers. u. ausf. erkl.* (Prolegg. alii tempori reservatis) Berol. 1828 (1⅓ *Thlr*); *Schneckenburger* [zz]) annotatio ad Ep. Jac. perpetua c. brevi tractat. isag. Suttg. 1832.*)

---

yy) Notata nonnulla a censore anonymo in Win. *N. krit. Journ.* IV (1825) p. 57-72 et a *Fritzschio* Rostochiensi (*üb. einige Stellen des Br. J. u. üb. R.* 1, 26) ibid. V (1826) p. 1-20. defendit in diario suo: *Neueste thh. Annalen* 1828 (*Mai*) p. 395-437. et (*zwei mal sieben Fehlstriche von Fr. auf den Schechen Comm.* ctt.) ib. *Thh. Nachrichten* 1828 (*Jun.*) p. 209-35. quibus addidit (p. 236-39) *e. paar grammatical. Erläutrr. zu Jac.* 3, 17 *u.* 5, 18 *veranlasst durch Hagenb.* (vd. not. *a*).

zz) Singulares nonnullas ejus commentationes vd. sup. not. *a*.

*) Add. *Heisen* Novae hypotheses intptandae felicius Ep'ae J. Ap. 27 Dissertatt. adsertae. Brem. 1739. 4° (1: de canon. auctoritate Ep. 1-83; 2-4: de 1, 1. 84—195; 5: ordo et analysis Ep. 196-249; 6: de 1, 2. 249-72; 7: de 1, 3. 273-98; 8. 9: de 1, 4. 299-371; 10. 11: de 1, 5. 372-428; 12: de 1, 6. 429-61; 13: de 1, 7. 462-69; 14: de 1, 8. 470-90; 15: de 1, 13. 491-523; 16: de 1, 14. 524-40; 17. 18: de 1, 17. 541-92; 19: de 1, 19. 593-606; 20: de 1, 20. 606-14; 21-23: de 1, 21. 615-760; 24: de 2, 1. 761-80; 25: de 2, 4. 781-818; 26: de 3, 6. 819-880; 27: de 4, 5. 6. 881-928); *Flatt* Spicil. obss. ad Ep. J. Tub. 1806. 4°; *Kuinöl* Spic. obss. in Ep. J. Giess. 1807. 4°; *Schmid* (versio alex. optimum intptationis praesidium (Spec. II. in Ep. J. cath. Lps. 1764. 4°); *Meyer* Obss. ad Ep. J. maxime e vers. alex. collectae. Dresd. 1796 (rep. in Velth. ctt. Commentatt. theoll. IV p. 289-348); *Faber* Obss. in Ep. J. ex Syro. Cob. 1770. 4°; *Winer* Obss. in Ep. J. e vers. Syr. Erl. 1827. 4°; — *Flachs τὰ ἀπ. λεγγ.* Ep'ae J. animadversionibus philoll. illustrata. Lps. 1730. 4°; — *Knapp* Commentat. in perioch. Jac. 1, 22 — 2, 26 (1784. 1804) 1823 in ed. 2. Scriptt. var. arg. II p. 459-540. et: de dispari form. docendi Xti, Pauli atque Jac. ctt. ib. p. 413-56 (cf. not. 97).

COMMENTARIUS
IN
EPISTOLAM IACOBI.

I) 1, 1—27.

Iudaeoxtianos inter gentes dissipatos 1. *scriptor hortatur ad strenue sustinendas varii generis tentationes.* 2. *Namque fidem virtutemque demum probantes, perseverantiam gignunt eamque operibus quoque conspiciendam praebere debent quam perfectissime.* 3. 4. *Qua in re si quis idoneâ sapientiâ caret, ea a Deo, nec difficili nec beneficia exprobrante, et petatur et accipietur* 5. *immotae fidei conditione* 6—8. *ita ut vel afflictus habeat suam, qua glorietur, sublimitatem* 9. *dives vero in summâ fortunarum instabilitate animi demum demissione certo niti possit.* 10. 11. *In ipsis autem tentationibus, quae superatae aeternam afferunt felicitatem* 12. *tanquam mali exitus causa non Deus est incusandus* 13. *sed propria cuiusque sensim invalescens libido* 14. 15. *adeo ut bona quaevis accepta referantur numini omnibus numeris absoluto* 16. 17. *inprimis praestantissimum religionis xtianae beneficium.* 18. *Hoc beneficio digne etiam vivendum, ita quidem, ut homo xtianus non solum animo modesto ac facili doctrinam salutarem admittat* 19—21. *sed eam actione quoque suâ exprimat* 22. *animi vitaeque faciem in evangelii speculo conspectam ad hanc eandem normam vere corrigens* 23—25. *Veram enim salutisque effectricem pietatem in factorum cerni praestantiâ vitaeque puritate.* 25—27.

1. *Iacobus, Dei et Domini* nostri *Iesu Messiae minister, duodecim tribubus* per exteros *dissipatis* dicit *salutem.*

Χαίρειν] Salutandi formula ut *Graecis* vulgata [1]) ita *Hellenistis* haud inusitata. Ies. 48, 22. 57, 21. Lxx. pro hebr. שָׁלוֹם — etiam in epp. 1 Macc. 10, 18. 25. 15, 16. al.; Act. 15, 23 (in decreto hieros.) et 23, 25 (in ep. Lysiae Trib. ad Felicem Procur.) cll. Lc. 1, 28. Quanquam igitur ad imitationem hebr. שָׁלוֹם לָכֶם usitatiora sunt *χάρις, εἰρήνη* [Io. 20, 19. 21. cll. 14, 27.], *χάρις καὶ εἰρήνη* (ubi singulatim *χάρις* antecedens est, bonitas div., causa efficiens salutis hum.) — noli tamen *τὸ χαίρειν* 1) origini apostolicae [tanquam profanum? Lth. Caiet.] obijcere; nec vero 2) ex decreto illo hier. [Iacobi auctoritate et manu scripto? Webeb.] defendere; nec denique 3) ob seq. demum *χαρὰν* locatum putare [Mich. Schulth.; vicissim (*χαρὰν* propter *χαίρειν* ex antanaclasi) iuberet cogitandi lex]. Inf. non tam pro imp. [*χαῖρε, χαίρετε*, ut solet in compellatione dici, v. c. Mt. 26, 49. 27, 29. (l. p. Mc. 15, 18. Io. 19, 3.) 28, 9.], quam

1) *Ἀρχαῖον ἔθος τὸ ἐπιστολαῖς προτιθέναι τὸ χαίρειν.* Suid. Quo eodem auctore falluntur qui (e traditione antiqua) dicunt Cleonem demum Ath. Sphacterianam de Lacedd. victoriam civibus per literas nunciantem occasionem praebuisse vitae communis formulam in epp. exordio ponendi; maluisse constat Platonem *εὖ πράττειν*, Epic. *εὖ διάγειν*, Pythag. *ὑγιαίνειν*. Iuxta posuerunt 2 Macc. 9, 19 (*τοῖς Ἰουδαίοις πολλὰ χαίρειν κ. ὑγιαίνειν κ. εὖ πράττειν Ἀντίοχος*) et Hor. Epp. 1, 8 in. (Celso *gaudere*, et *bene rem gerere* Albinovano Musa rogata refer). Plenissime harum formular. originem, vim, rationem excussit Heis. p. 96—144.

substantive: *gaudere* sc. iubeo, laeta apprecor; unde *χαίρειν λέγειν salutem dicere, salutare.* 2 Io. 10 (falso doctori *χαίρειν μὴ λέγετε*) cll. 3 Io. 2 (*εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι κ. ὑγιαίνειν*).

Ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ] *in dispersione* = dissipatim viventibus, dissipatis. Np. *διασπείρειν* de Israelitis *per gentes dispergendis* frequentant Lxx. (hebr. זָרָה, זֵרָה; דָּחָה, נָדַח, הִדִּיחַ; נָפַץ, נִפֵּץ, הֵפִיץ vd. Lexx.), participia vero Ni. נִדָּח et נִדְחִים (*Flüchtling, Flüchtlinge ausserhalb Iudaea's*) reddiderunt (abstract. pro concreto) *διασπορὰν* et *διασποράς* Deut. 30, 4. Ps. 147, 2. al. Dr. addito genitivo a) *regionis* (1 Ptr. 1, 1. *Πόντου τλ.*) per quam, b) *hominum* (Io. 7, 35. *τῶν Ἑλλήνων*) inter quos dissipati sunt. *Duplex* fuit *dissipatio.* I) *Orientalis* s. transeuphratensis. Impetratâ a Cyro (imperio babyl. debellato) veniâ in patriam remigrandi urbemque ac templum restituendi: multi tamen *Iudaeorum* (quos Nebucadnezar Babyloniae rex in Mesopotamiam aliasque imperii sui provincias exules abegerat) satius habuerunt manere, ubi bene vel non male saltem esset, ubi domicilia fortunasque maiores minores (52 annis) acquisivissent, quam longinquo itinere desertam petere terram atque dubiam sortem sequi: longe plurimi vero *Israelitarum* (decem tribuum, quas Salmanassar in Assyriam atque adeo in Mediam deportaverat) per 200 annos sedibus peregrinis adsueti patriam ignotam posthabuerunt exilio, ubi nati et educati erant (Sch.). II) *Occidentalis.* Quum Macedones s. Graeci Alexandro M. duce Persarum opibus potiti essent, Israelitae atque Iudaei volentes magis quam coacti per Asiam minorem, Africam atque insulas et oras maris mediterranei ab oriente in colonias deducti sunt vel ultro profecti quaestus et lucri causa, ita ut fere nulla felicior terra, nullum opportunum ac frequentius oppidum inveniretur per imperium et parthicum et romanum, i. e. per cognitum orbem, ubi non aliquid huius illiusque dispersionis degebat. Graecus autem sermo Iudaeis atque Israelitis extra Palaest. habitantibus erat vulgaris quippe per totum orbem mercatoribus usitatus. Addiderunt minus commode *tertiam*, *Xtianorum*, ab obitu *Stephani* protomartyris per Iudaeam et Samariam (Act. 8, 1.) indeque per exteras etiam terras factam. N. l. generatim: *ἡ διασπορά universa* per gentes qualescunque *dispersio*, unde Syr. addit ܒܥܡܡܐ cf. הֵפִיץ בָּעַמִּים, בַּגּוֹיִם Deut. 4, 27. al. *Δώδεκα φυλαῖς*] = *τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν* Act. 26, 7. Drr. A) *Iudaei*, suetâ et honorificâ gentis circumlocutione etiam post exilium, tribubus non amplius integris, servatâ; B) *Iudaeoxtiani*, e Iudaeis et promiscue congregati et nondum vere ac plene segregati; C) *Xtiani* omnino, appellatione ab Israele terrestri ad coelestem quem dicunt s. mysticum translatâ. est np. familia demum xtiana (*ἡ ἐκκλησία, τὸ σῶμα* cuius caput Christus Col. 1, 18. cll. 1 Cor. 10, 17. 12, 12 sqq.) *vera Dei familia* (*οἶκος θεοῦ* 1 Tim. 3, 15. cll. Hebr. 3, 6. 10, 21.), *gens Deo sacra* (*ναὸς, λαὸς θεοῦ* 2 Cor. 6, 16. cll. R. 9, 25 sq. 1 Ptr. 2, 9 sq. al.), *verus Israel* (*Ἰσραὴλ τ. θεοῦ* Gal. 6, 16. ex opp. *Ἰσρ. κατὰ σάρκα* 1 Cor. 10, 18. cll. R. 9, 6. Hebr. 8, 8. 10). Quos singulatim Iacobus voluerit, disceptatum vd. in Prolegg. de lectoribus ep.; consenserunt fere de *Iudaeoxtt.*, recentissime *Xtianos* maluit Koester. in: *Studien u. Kritt.* 1831, 3, 581-88.

Ἰάκωβος [vd. Prolegg.] *θεοῦ κ. κυρίου Ἰησ. Χρ. δοῦλος*] Appellatio *δούλου* involvit nonnisi notionem *ministrandi, operam praestandi*, sive id fiat a) *inserviendo* [*zu etwas dienen*, si vel nolis nesciasve, quo sensu v. c. Nebucadnezar עַבְדִּי a Iehova dr. Ier. 25, 9.], sive b) *colendo* [q. d. *Gottesdienst;* ita *δοῦλοι τοῦ Χρ.* de Xtt. Eph. 6, 6. cll. עַבְדֵי יְיָ de Israell., singulatim piis Ps. 113, 1. al.], sive c) *docendo* [q. d. *Lehramt;* ita Phil. 1, 1. *Παῦλ. κ. Τιμ.*

δοῦλοι Ἰησοῦ Χρ. cll. עַבְדֵי הַנְּבִיאִים Jer. 7, 25. al. utrisque et prophetis et apostolis virisque apostolicis Deo κατ' ἐξ. *ministrantibus*, eius quippe intptibus atque ad homines legatis]. Apostolum igitur nec *diserte innuit* [HEIS. AGSTI JASPIS] nec *excludit* [GROT. HERD.]; eum enim diserte se appellare (quod v. c. Paulus fere non negligit adversariorum causâ) non opus erat. Appellationes ipsas quod attinet, quanquam 'δοῦλοι *inprimis* respectu *Dei omnino* . . ἀπόστολοι vero *potissimum* respectu *Christi* . . *initio* vocati fuisse videntur cf. Tit. 1, 1. *II.* δοῦλος θεοῦ ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χρ. . . non desunt tamen exempla huius discriminis *postea* neglecti R. 1, 1. Gal. 1, 1. Jud. 1. 2 Petr. 1, 1. al. . nusquam tamen ἀπόστολος soli θεοῦ in NTo iungitur . . . ἀπτ. in NTo κατ' ἐξ. *duodecim illi primarii discipuli et Paulus*, rarius *religionis Xt. doctores omnino* R. 16, 7.' [? at Act. 14, 14.] 'δοῦλοι vero τοῦ θ. s. Χρ. praeter XII app. *omnes* tum *omnino Xtiani* 1 Ptr. 2, 16. Eph. 6, 6. tum inprimis *religionis xt. doctores* 2 Tim. 2, 24.' (POTT). Quod autem ὑπὲρ πᾶν κοσμικὸν ἀξίωμα οἱ τοῦ Κυρίου ἀπόστολοι τὸ δοῦλοι εἶναι τοῦ Χρ. profecto καλλωπίζονται (OECUM.) quodque fortasse 'non se nominavit *apostolum*, quod nomen est dignitatis, sed *servum*, quod est nomen subiectionis, (humilitatem) volens simul verbo docere utiliter et exemplo' (HUSS): id non magis attinet intptem, quam quod 'Iac. frater Domini (Gal. 1, 19.) Hierosolymis ecclesiae moderator per legatos literasve egit apud exteros, non autem *legatus* i. e. apostolus ipse terras obire solebat' (SCH.). Non profecto minor fuit eius provincia et auctoritas, qui 'unus praecipuus eorum qui Iesu consuetudine et familiaritate intimâ per omnem vitam usi fuerant, Hierosolymis evangelio vacabat, ubi quotannis undecunque terrarum innumerabilis multitudo et Iudaeorum et metuentium Dei ex praeputio confluebat rursusque ad suos discedebat.' Quodsi denique cum dogmaticis placuerit argutari, non tam cum OECUM. argumentaberis: εἰ ἐξ ἴσου πατρὸς κ. υἱοῦ δοῦλος, ὁμότιμός ἐστι τῷ πατρὶ καὶ ὁ υἱός, quam veterum iam Xtianor. usu loquendi praeeunte θεοῦ ad Xtum referes. Grammatice certe tripliciter verti potest: A) *Deus* pater *et Dominus Iesus* [ita post Syr.^{2}) plerique omnes]; B) *Deus* idemque *Dominus Iesu* [SCH. cll. Mt. 11, 25. et 21, 30.]; C) *Deus* idemque *Dominus Iesus*. Nec rem decernunt quae in optione faciendâ attendi oportet, a) quod articulus deest, etiam ante θεοῦ [vd. 1, 27. 3, 9. 2 Ptr. 1, 1 sq. Iud. 4. Eph. 5, 5. 1 Tim. 1, 1. Tit. 2, 13. cll. 1 Tim. 2, 3—5. 4, 10. Tit. 1, 3. 3, 4—6.]; b) quod ἡμῶν non ut 2, 1. additur; c) quod in Epp. initiis Deus et Xtus separatim appellari solent; d) quod Deus pater potius quam dominus Xti dr.; e) quod *Iudaeis* minus facile et prudenter *Xtus Deus et Dominus* praedicaretur quam s. *Deus et Xtus* s. *Deus pater ac dominus Xti.*

2—4. Non ignoro sortis vestrae aerumnas; verum *si vel circum incideritis variis* calamitatum *tentationibus*, nolite, *fratres mei*, animum despondere, imo quicquid vobis propter desertam consuetudinem pristinam accidat, *existimate* πᾶσαν χαρὰν, *rem* non solum utcunque ferendam sed *omnino laetam* ac salutarem. *Reputandum quippe est, quod* afflictiones experimenta sunt et adiumenta virtutis et perfectionis interioris et quod *hoc* demum *probamentum vestrae fidei*, haec quasi flamma purga-

---

2) Exhibuit ܡܪܢ *dominus noster*, addito pronom. non quasi legerit ἡμῶν [cf. WINER. *obss. critt.* p. 4.] sed explicationis causâ, non solum complens orationem, sed ad *Xtum* etiam eam referens. Ubi enim *Deum* intelligi vult, ponere solet ܐܠܗܐ. Ita 1, 7. 4, 10. 15. 5, 4. [7.] 10. 11. cll. (ubi alterum habetur) 1, 1. 2, 1. 5, 8. 14. 15. Cf. WINER. *de sensu vocum κύριος et ὁ κύριος in Actt. et Epp. App.* [Erl. 1828. 4.] p. 9. (qua disp. demonstratum est [p. 25]: 'Paulum . . uni propemodum Xto domini nomen imponere, sive addito sive — quod certis rationibus fit — omisso articulo, reliquos Deum pariter ac Xtum *dominum* vocare, ita tamen ut non insit in articulo utriusque sensus discrimen' — id quod post GABLER. haud pauci opinati erant). De appellationum ipsar. origine ac usu vd. ad Mt. 23, 7 sqq.

toria ac probatoria *efficit* maiorem in dies *tolerandi perseverantiam, quae tamen persererantia facta* etiam *perfecta* sibi adiuncta *habeat* necesse est, *ut ipsi* quoque *sitis* et fiatis *perfecti et integri, in quibus nihil desideretur* quod ad absolvendum evangelicae pietatis orbem pertinet.

Ἀδελφοί] non solum *gentis* sed etiam *religionis* vinculo. Cur praecipue de *doctoribus* (SML.) intelligatur, non sufficit quod hos ‘scimus, sicut apostolos, prae aliis vexatos atque male habitos fuisse’. De *Xtianis* in universum frequentant et NTum (‘vel simpliciter .. vel addito ἐν κυρίῳ’ POTT.) et antiqua ecclesia. Iac. quindecies habet ‘inprimis ineunte nova periodo’. Ἀδελφοὺς ὀνομάζει ἀλλ᾽ οὐ τέκνα οὔτε υἱούς, sec. Schol. ap. MATTH.: εἰς τελειοτάτην ἀνδρείαν κ. χαρτερίαν προτρέπων (DIDYM.: ‘ad perfectionem virilem et patientiam simul invitans’, quod np. ‘non solum sine tristitia sed etiam cum gaudio’ calamitates propter Xtum ferant), sec. OECUM.: *μετριοφρονῶν (aus Demuth, sein liebreiches Gemüth zu erkennen zu geben und gleiche Gemüthsfassung zu verursachen* BMG.).

Πειρασμοί] (= πειράσεις) *tentationes*, drr. omnia[3]) quibus aliqua facultas virtusve *exploretur*, s. ea *interna* sint s. *externa;* prouti autem *malo bonove* consilio fiunt, distinguuntur a) *Versuchungen*, sollicitationes, irritamenta ad peccatum; b) *Prüfungen*, explorationes, virtutis incitamenta, experimenta ac firmamenta — quae quatenus *homini humanâ* demum naturalique viâ (per semet ipsum aliosve) veniunt, ipsae etiam recte dicentur *sollicitationes, Anfechtungen.* Earum in numero praeter *cupiditatum illecebras* in tantum eminent *aerumnae divinitus immissae*, ut πειρασμὸς et πειρασμοὶ simpliciter eximieque dicantur *calamitates* (vid. Lexx. singulatimque Mt. 13, 21. et Mc. 4, 17. θλῖψις ἢ διωγμὸς διὰ τὸν λόγον cll. Lc. 8, 13. καιρὸς πειρασμοῦ); quas n. etiam l. solas cogitari, docet 1) quod iubentur *gaudio ducere* nec vero *ingemiscere* (cll. R. 7, 24); 2) quod drr. iis περιπίπτειν (cf. ad h. v.); 3) quod postulatur ὑπομονή (cll. v. 12): ita quidem ut v. demum 13 sq. pergat ad ‘*sollicitationes atque illectamenta pravae concupiscentiae*, quae illas *afflictiones fidei*

---

3) Est np. πειρασμὸς et *tentatio ipsa* (ut Lc. 4, 13; 1 Ptr. 4, 12; Hebr. 3, 8. cll. Ps. 95, 8.) et *id quo tentatio fit* (cll. מַסָּה de morbo divinitus inflicto et מַסּוֹת de portentis in deserto exhibitis: Iob. 9, 23; Deut. 4, 34. 7, 19. 29, 2). Verbum autem πειράζειν (cll. quod eiusdem fere ambitus est hebr. נָסָה) significatu suo *periculum faciendi, tentandi*, dr. a) in *bonam* partem, sensu *experiendi* (utrum quid verum sit fierive possit: Apoc. 2, 2; Act. 16, 7. 24, 6. cll. πεῖραν λαμβάνειν Hebr. 11, 29) experiendoque *firmandi* ac *probandi* (ita de Xto Philippum, de Deo Abrahamum tentante, saepiusque de virtute calamitatibus divinitus exerceri probarique solitâ: Io. 6, 6; Hebr. 11, 17; 2, 18. 4, 15. itemque de hominibus suam invicem virtutem explorantibus ac firmantibus 2 Cor. 13, 5. ubi ἑαυτοὺς πειράζετε fere = additum ἑαυτοὺς δοκιμάζετε); b) in *malam* partem, sensu *irritandi* ac provocandi, id quod non verbis solum sed factis etiam adeoque sine diserto irritandi consilio fieri potest spectatque α) *homines* ad peccandum abripiendos (ut de Iudaeis Xtum irretituris, de Satana [τῷ πειράζοντι sensu exim. Mt. 4, 3. 1 Th. 3, 5.] Xtum Xtianosque pelliciente, de universâ denique peccandi instigatione: ut Mt. 22, 18. 35. al.; Lc. 4, 2. 13. ll. pp.; 1 Cor. 7, 5; Gal. 6, 1. Iac. 1, 13 sq.), β) *Deum* peccando offendendum et quasi provocandum (ut repugnantiâ, ut inobedientiâ, ut diffidentiâ: 1 Cor. 10, 9. Act. 15, 10; Act. 5, 9; Hebr. 3, 8 sq.). Caet. cf. POTT Exc. I. (de vocc. πειράζειν, πεῖραν λαμβ. et πειρασμ. in NTo significatione) ad Ep. Iac. p. 297—305.

causâ intentatas in argumentum *desciscendi a fide* convertit' (HEIS.). Variae satis gravesque erant. 'Iudaeorum, pertinacium religionis avitae defensorum, odia iam accedebant odiis, quibus gentes solebant Iudaeos persequi', adeoque qui gentibus 'clades et calamitates inusitatas', sibi vero 'diuturnum felicitatis et voluptatis usum' expectabant, non solum abstinere debebant 'a vario pristinarum voluptatum genere' sed etiam 'novas varias calamitates ferre seque ad experiundas res adversas ultro quasi parare (SML.); quibus omnibus per 'insidias a falsis doctoribus structas' (POTT), si vel non 'praecipue' spectatae sint, haud exiguum momentum est additum. Quod autem non θλίψεις, διωγμοὶ simm. drr. sed πειρασμοί, id aptissime involvit et *finem*, propter quem Deus afflictiones irruere in fideles permittit, et *animum*, quo et persecutores affligant et eas ferant fideles (HEIS.). Ποικίλοι] 'quia aliis in urbibus alia erat opportunitas vexandorum Xtt.' (SML.); *weil nur durch versch. Stufen u. mannigfalt. Arten der Leiden, — damit auf mehre, ja allerlei Arten, selbst zugleich, gefasst ohne irre zu werden oder eigensinnig zu wählen und zu wünschen* (BMG.): 'criminationes, blasphemiae, accusationes iudiciales (2, 6.) bonorum confiscationes, flagra, vincula, exilia, tormenta, dein invectae missiones ad metallifodinas, lapidicinas, aliaque plurima et ipsa denique mors vivicomburio ceterisque dirissimis aggravanda modis' (HEIS.) 2 Cor. 6, 4 sq. cll. 11, 23-27. R. 8, 35 sqq.

Περιπίπτειν πειρασμοῖς] e sensu = ἐμπίπτειν εἰς πειρασμούς (cf. Lc. 10, 30. ubi qui λῃσταῖς περιέπεσε dr. v. 36. ἐμπεσὼν εἰς τοὺς λῃστάς), sed fortius expressum: '*medium quasi incidere*', ita ut in quae incidas, sint περὶ, circum te, totus iis cingaris, elabi nescias, '*mitten hinein gerathen*' (BRETSCHN.) — quanquam haec, quae compositionis est, vis in ipso verbi usu faciendo haud raro prorsus evanescat, ex dicendi partim translatione [4]) partim negligentia [5]). Frequentissimum est Graecis, hac ipsâ qua Iac. utitur constructione [6]), involvitque a) notionem *adversi;* non solum 'sinistris ac tristibus casibus' (HEIS.) additur sed etiam 'solum et per se notat *in fortunam adversam incidere*', quid quod 'sola vocula περὶ eâ pollet virtute, ut *adversi aliquid* denotet et cum vocibus quibus praeponitur eam communicet' [7]); b) notionem *inviti* [8]) *atque inopinati*, 'in calamitatem

---

4) Undique *quasi* obrui, prorsus, revera incidere (ut κακοῖς, ἀτυχίαις, φθόνῳ ctt.); ἀλλήλοις, *invicem* quasi concidere, misceri atque implicari; ἑαυτῷ, *secum* quasi concidere, sibi a) *nocendo* (Hdt. 1, 108), b) *contradicendo* (Lucian. diall. Mortuor. 26, 2. quod Aeschin. dixit τοῖς ἑαυτοῦ λόγος περιπ.). 5) Ut νόσῳ, λέοντι (Plut. Themist.); περιπ. οἷς ἐφοβούμεθα opp. τυγχάνειν ὧν ἐπιθυμοῦμεν (Stob.). 6) Raro admodum dr. περιπ. εἰς, περὶ, πρός τι et ἔν τινι. Exempla collegit HEIS. p. 266 sqq. De universo verbi apud Graecos usu praeter eund. p. 258 sqq. largi potiss. sunt WTST. et RAPHEL. 7) 'Notat, uti notum est, *circum*. Quoniam igitur pericula et calamitates ita quasi *circum* nos sunt atque cingunt nos, ut exitum invenire nequeamus ... περίστασις, περίστασις, περιστατικός, quae proprie tantum significant *circumsto*, *circumstantia* et *circumstantias habens*, designant etiam in *deteriorem partem vertor*, *miseria* et *miser*' (HEIS.); affert praeter alia Arrian. Epict. hoc: κλαίοντες κ. στένοντες πάσχομεν ἃ πάσχομεν καὶ περιστάσεις αὐτὰ καλοῦντες. ποίας περιστάσεις, ἄνθρωπε; εἰ περιστάσεις λέγεις τὰ περιεστηκότα, πάντα περιστάσεις εἰσιν, εἰ δ' ὡς δύσκολα καλεῖς, ποίαν δυσκολίαν ἔχει, τὸ γενόμενον φθαρῆναι; 8) Galen. τὸ περιπίπτειν, quod ἀβουλήτως fiat, opp. τῷ αὐτοσχεδιάζειν quod ei significat *ultro et consulto ad experimentum venire* (HEIS.). —

non suâ voluntate sed vi humanis viribus maiore adactum incidere', ut adeo Xtianum haud oporteat 'in tentationes semet *temere iniicere*, nec *incidere* etiam, si vitare eas atque effugere salvâ queat conscientia'. — Ceterum quanquam verum est, Xtum non docuisse 'suos deprecari tentationem ac subterfugere, sed orare Deum, ne quam tentationem nisi humanam (cui tolerandae et superandae pares simus) nos incessere sinat' (Sch.) Mt. 6, 13. cll. 1 Cor. 10, 13. inde tamen non magis quam ex comparatione hebr. הֵבִיא בְיָד adducere, permittere *in potestatem* alicuius', consequitur εἰςελθεῖν et εἰςφέρεσθαι εἰς πειρασμὸν ita differre a περιπεσεῖν πειρασμῷ s. ἐμπεσεῖν ut sit eius qui quod iniit periculum non sustinet', adeoque in hunc modum 'vetustissimos Xtianorum sermonis latini' distinxisse *induci* et *adduci* in tentationem; e *rei* demum *natura* hocce discrimen accedit, quod si placeret in vocc. ipsis quaerere, vicissim certe iuberet nativa eorum vis (*in Versuchung fallen — kommen*).

Χαρά] non affectus ipse sed obiectum, *res de qua gaudendum*, gaudendi causa ac materia. *Πᾶσα*] Intendit notionem. In quod utut rei natura intptesque consentiunt, ipsius tamen intentionis accuratius definiendae quatuor habentur modi diversi. A) *Omnis generis gaudium*, '*omnia* vel *multifaria gaudia*' (Heis.); B) *Omnino* (i. e. *revera* s. *verum*) *gaudium*, q. d. πάντως s. ὅλως χαρά [Carpz.]; C) *Merum, nil nisi gaudium* [Luth. ('*eitel Freude*') Wtst. Raph. Sml. Stolz ('*lauter Fr.*']; D) *Summum gaudium* [Bez. Grot. Hott. Sch. Gbs. Grashof]. Omnium sane idem est sensus. *Verum gaudium* exprimitur, ita ut singulatim efferantur *huius affectus* a) variae partes ac species, b) idonea causa, c) puritas ac perpetuitas, d) summus gradus, utque adeo in censum prae reliquis vocetur *calamitatum* a) varietas, b) c) angor, d) fructus.

Quum tamen partim aliena partim satis diversa sint quae in utramque partem et antiquiores et recentiores attulerunt; quum Gbs. etiam haud parum fluctuet (ut componens et comparans Polyb. 1, 39, 3. εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν et 3, 77, 4. ἐν τῇ πάσῃ φιλανθρωπίᾳ) atque ad falsa denique abripiatur (πᾶσαν χαρ. pro μεγίστην χ. recte nunc plerumque ['*jetzt wohl von allen Erklärern*'] accipi contendens); quum denique Lexica quoque non omni ex parte satisfaciant, Wahlio (II, 270–76. et in ed. min. p. 254 sq.) signiff. παντὸς prorsus miscente, Bretschn. (II, 242–45) articulum in disputationis breviter subtiliterque institutae alterâ parte diligenter attendente, in alterâ vero transmittente: rem paulo altius pleniusque investigare operae pretium visum est eo magis quum 1, 17. (πᾶσα δόσις, πᾶν δώρημα) et saepius formula recurrat.

Notio np. *universitatis* (כֹּל, *All*) s. ad *quantitatem* vergit s. ad *qualitatem*, ideoque partim *extensionis* est, ambitus aliquis complexusve *plurium* s. rerum efficientium genus quoddam s. partium rei, partim *intensionis*, indoles aliqua virtusve illius s. generis s. rei [1) *Allheit* a) *der Individuen*, b) *der Theile*; 2) *das Ganzsein* a) *der Gattung*, b) *des Individuums*]. Quorum significatuum quum haec sit ratio, ut illic in unitate praeponderet multitudo, hic in multitudine unitas: apparet alterum latius patere altero (ipsâ naturâ suâ definito) ideoque singulorum distinctionem regi potissimum debere *articuli* consideratione. Inde haec consequitur vocabuli παντὸς partitio: 1) πᾶς *omnis quisque* [*jeglich*]; 2) πᾶς ὁ *omnis universus* [*sämmtlich*]; 3) ὁ πᾶς *omnis totus* [*gänzlich*]. In plurali autem numero (quo etiam redeunt πᾶς, πᾶς ὁ, π. ὅς et π. ὅςτις collective locata) πάντες sunt *omnes*, *cuncti*, qui quidem ubi certa aliqua definitaque multitudo sunt, drr. πάντες οἱ, ubi vero iam appellati cogitative erant, οἱ πάντες (etiam Act. 19, 7. 27, 37); nunquam οἱ πάντες sunt *toti*, *partibus suis integri*.

Ad hanc significationum distinctionem illustrandam firmandamque haec singulatim sunt notanda. 1) *Posterior quaeque significatio priore est definitior*. Ὁ πᾶς per articulum prorsus est et ipsum definitum et substantivo suo adstrictum

---

Grotii (a tentationibus) 'circumveniri' sensum bene exprimit, etsi repudiandum sit quod praemittit 'est sono neutrum, sensu passivum.'

(ita ut v. c. *Η ΠΑΣΑ χαρὰ* sit certa aliqua laetitia eaque *tota*, omnibus partibus suis absoluta); non latior est adstrictio ubi subst. c. articulo praemittitur (ut ἡ κρίσις πᾶσα Io. 5, 22. et ἡ ἐξουσία πᾶσα Ap. 13, 12), quo etiam refer quale ap. Hom. Il. 15, 536. πᾶς χαμᾶζε κάππεσεν ἐν κονίηισι (tanquam *totus* concidit); in πᾶς ὁ finitionis certe, quae per articulum substantivo accedit, particeps fit adiectivum per se indefinitum (ut *ΠΑΣΑ Η χαρὰ* sit certa aliqua laetitia eaque *universa*, quae utrum etiam *tota* cogitetur, aliunde pendet); πᾶς denique nullâ quippe disertâ notâ definitum adstrictumque, latissimo patet et rerum et notionis ambitu (ita ut *ΠΑΣΑ χαρὰ* neque una numero neque una qualitate diserte cogitetur sed in universum sit *omnis, quaeque laetitia, alle, jegliche Freude*). II) *Minus finita significatio haud raro pro finitiore, nunquam vero finitior pro minus finitâ locatur*, e negligentiâ in simplicissimis quibusque linguis frequentatissimâ. Raro in rebus, quae *universae* dicuntur, hoc diserte cogitatur exprimiturque, quod ipsâ multitudine suâ unum efficiunt; plerumque s. hoc solum in censum vocatur s. prae reliquis interest sufficitque attendi, quod salvâ complexus unitate multae sunt ac multiplices. Inde Ὁ ΠΑΣ, quod *totum* significat omni ambiguitate et cogitationis et dictionis exclusâ, rarius habetur; in NTo nonnisi ter: ὁ πᾶς χρόνος (per quem P. ἀπὸ πρώτης ἡμέρας cum Eph. fuit) Act. 20, 18; ὁ πᾶς νόμος (qui ἐν ἑνὶ λόγῳ amoris np. mutui πληροῦται) Gal. 5, 14; ἡ πᾶσα μακροθυμία (quam *totam* quasi plenissimamque — *seine ganze Langmuth* — Xtus commonstrare voluit in *uno* conversionis Pauli exemplo longe locupletissimo) 1 Tim. 1, 16. Frequentatissimum est *ΠΑΣ Ο*, sensu plerumque vix diverso. Ita v. c. πᾶσα ἡ ἀγέλη (Mt. 8, 32) *omnis ille grex*, quum quanquam *multorum* porcorum tamen ex vi articuli nonnisi *usus* sit *certusque*, est sane *totus grex* (*alle die Heerde, die gesammte = die ganze Heerde*), ita quidem, ut ἡ πᾶσα ἀγέλη nonnisi definitius foret expressa, fere ut Plauti (Trin. 1, 2, 34) illud: 'gregem *totum* voluit *universum* avertere. Talia saepissime recurrunt. Haec deligantur exempla: πᾶς ὁ ὄχλος, πᾶν τὸ πλῆθος, πᾶσα ἡ Ἰουδαία (ubi non tam *totam* quam *omnem* Iudaeam cogitandam esse Mt. 3, 5. vel inde apparet quod profecto incolas vult non *totos* sed *cunctos*), πᾶσα ἡ δόξα (Salomonis, Mt. 6, 29), πᾶσα ἡ ἀλήθεια (veritas, de qua agitur, *omnis* i. e. *universa, tota*, ita ut nihil simuletur dissimuletúrve, Mc. 5, 33. Io. 16, 13. quae utrum *sincera* etiam fuerit, aliunde est iudicandum), πᾶσα ἡ δύναμις (τοῦ ἐχθροῦ, Lc. 10, 19), πᾶσα ἡ μέριμνα (ὑμῶν, *alle eure Sorge = eure ganze S.*, 1 Ptr. 5, 7). Ab hisce formulis sensu haud recedit *ΠΑΣ* sine ullo articulo locatum, quoties np. substantivum ad quod refertur s. naturâ suâ s. orationis nexu ita est definitum ut disertâ articuli definitione haud egeat. Huc non solum pertinent *nomm. propria* (ut πᾶσα Ἱεροσόλυμα Mt. 2, 3. cll. 3, 5. πᾶς Ἰσραήλ R. 11, 26. Act. 2, 36), sed etiam alia multa, qualia v. c. πᾶσα νόσος (verbis ἐν τῷ λαῷ et quod sanati sint πάντες οἱ κακῶς ἔχοντες satis definita) Mt. 4, 23 sq.; πᾶς χρόνος (ἐν ᾧ εἰςῆλθε τλ. *alle Zeit da = die ganze Zeit*) Act. 1, 21; πᾶσα σοφία (Αἰγυπτίων, ad quam Moses institutus dr. *omnem*, quum *alle Weisheit* esse *allerlei Weish.* ipsum oratoris consilium satis refutet) 7, 22; πᾶσα πόλις (ἐν αἷς κατηγγείλαμεν) 15, 36; πᾶσα ἐλπὶς (τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς quae λοιπὸν περιῃρεῖτο) 27, 20; πᾶσα ἐπιθυμία (quam ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάσατο ἐν ἐμοί· *alle = die gesammte Lust*) R. 7, 8. alia. III) *Collectivum πᾶς sine omni finitione locatum in duo potissimum deverticula sensûs abit.* Qui enim omnes simpliciter appellat, plerumque s. *omnes quoscunque* vult s. *omnes qualescunque*. Np. πᾶς, quod in singulari etiam numero vi suâ pluativum est (*omnisquisque = omnesquique, jeder = alle:* quum ἕκαστος contra sit *unusquisque* — omnes singuli), et πάντες non solum e notissimâ vitae communis negligentiâ pro *admodum multis, plerisque* dicuntur sed etiam e sensu per consequentiam demum valente pro παντόδαποῖς, qui *omnis* i. e. *varii* sunt *generis* (v. c. Mt. 4, 23 sq. πάντες οἱ κακῶς ἔχοντες profecto sunt ποικίλαις νόσοις συνεχόμενοι) [*jeder* a) *alle möglichе*, b) *allerhand*]. Qui posterior significatus quemadmodum in formulas articulo aliove modo *definitas* non licet transferri [ut Act. 10, 12. erraret qui πάντα τὰ τετράποδα vertere vellet *varias quadrupedes; sunt cunctae;* quam tamen universitatem non cogitandam esse *singularum quarumcunque* sed *omnium generum*, docet demum loci nexus, rei vero natura, *omnia ista genera* fuisse nonnisi *admodum multa, varia*, animalium *purorum* promiscue atque *impurorum*], ita in *indefinitis* etiam flagitante demum rei naturâ est agnoscendus. Huius generis sunt πᾶσα εὐλογία πνευματικὴ et πᾶσα σοφία κ. φρόνησις (divinitus Xtianis impertita) Eph. 1, 3. 8. itemque πᾶσα ἁφὴ (corporis xtiani, *allerlei Fugen der Hülfs-*

leistung = *allerlei den Fugen vergleichbare Hülfsl.*) 4, 18. in alia loca translatus aperte vim orationis infringeret. Talia sunt πᾶσα ἐξουσία (non *allerlei* sed *jegliche Gewalt* Xto ἐν οὐρανῷ κ. ἐπὶ γῆς data) Mt. 28, 18; πᾶν ἔθνος (τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν) Act. 2, 5. 10, 35; πᾶς δόλος κ. πᾶσα ῥᾳδιουργία (*jeglicher, aller mögliche Trug*, quemadm. πᾶσα δικαιοσύνη, cuius ille υἱὸς διαβόλου dr. ἐχθρός, non potest non verti *alle mögliche Gerechtigkeit*) 13, 10. quo etiam refer Col. 1, 15. 2, 20. alia. Quod autem ens formulas attinet, in quibus πᾶς verti consuevit *summus*, *maximus* (qualia sunt μετὰ πάσης παῤῥησίας Act. 4, 29. 28, 31. Phil. 1, 20., προθυμίας Act. 17, 11., ταπεινοφροσύνης 20, 19., εὐχαριστίας 24, 3., χαρᾶς Phil. 2, 29; θεὸς πάσης παρακλήσεως 2 Cor. 1, 3., πάσης χάριτος 1 Ptr. 5, 10): id religiose attendendum est, hunc sensum aliunde demum ac satis fortuito accedere, ita ut haud raro in summâ verborum aequalitate tamen alienissimus sit (ut quod 1 Ptr. 2, 18. οἱ οἰκέται iubentur τοῖς δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι ἐν παντὶ φόβῳ, *summum* timorem non magis apte verteres, quam si πᾶσαν ἀγαθωσύνην κ. δικαιοσύνην κ. ἀληθείαν itemque πᾶσαν γνῶσιν, quam SSa tanquam καρπὸν τοῦ φωτὸς non solum flagitat sed etiam Xtianis tribuit Eph. 5, 9. Col. 1, 9–11. R. 15, 14. 1 Cor. 1, 5. 2 Cor. 9, 8., *summam* tibi informare velles: utut enim *quam maximam* sectari oportet, *maximam* tamen assequi nemo valet modesteque Paulus distinxit πᾶσαν τὴν γνῶσιν 1 Cor. 13, 2). IV) *Corollarii* loco subiungere placet *nonnulla loca singularia alia, alia illustrantia.* Lc. 4, 13. dr. diabolus συντελέσας πάντα πειρασμὸν abstinuisse a Xto; np. de certâ uberiusque v. 2 sqq. expositâ tentatione agens dicere potuisset πάντα τὸν s. τὸν πάντα πειρασμόν, quod quum non solum *tota haec* sed etiam *omnis, quaecunque tentatio* esse possit, maluit πάντα πειρασμόν, *allerlei* (*alle Arten von*) *Versuchung*, quia, ut ipse addit, diabolus ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ nonnisi ἄχρι καιροῦ. — Act. 23, 1. Paulus coram Synedrio se dicit, πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ vitam suam Deo dicasse; verte: *mit allem guten Gewissen*, quod (quum conscientia boni non admittat notionem divisi) est: *in allen Dingen mit gutem G.* — Tit. 2, 10. iubentur servi dominis nil intervertentes πίστιν πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι ἀγαθήν· vult *quamcunque in omnibus quibuscunque praestandam fidem* (*alle Treue*), quam addito adj. ἀγαθ. a fide Xto Deoque habendâ distinguit. — — R. 2, 9. πᾶσα ψυχὴ ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν, super quam ventura sit θλῖψις κ. στενοχωρία, cogitanda est ψυχὴ παντὸς ἀνθρ.; vult np. *omnes quoscunque maleficos interne* etiam punitum iri, quorum *animos* utrum *totos* (τὴν πᾶσαν s. πᾶσαν τὴν ψυχήν) ista poena occupatura sit necne, non addit. Item 13, 1. vult πᾶσαν ψυχὴν (minime vero πᾶσαν τὴν s. τὴν πᾶσαν ψ.!) ὑποτάσσεσθαι ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις. — 2 Cor. 1, 4. Deus πάσης παρακλήσεως auctor (ita ut verum solatium nec haberi possit nisi divinitus nec deesse pio) nos alloquio suo erigit ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν (*bei aller unserer Drangsal*), ut per nos vicissim erigi queant si qui sunt ἐν πάσῃ θλίψει, ullâ aliquâ calamitate, qualiscunque ea sit, pressi. — Phil. 1, 3 sq. gratias Deo agit P. ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ Philippensium, πάντοτε, ἐν πάσῃ δεήσει suâ. —

Quae si recte disputata sunt, consequitur loci n. explicationem proficisci debere a signif. *omnis* [*alicuius*] *gaudii* (*alle Freude*). Omne autem gaudium hos per se admittit sensus: a) *omnis generis* i. e. *multiplex g.* (*allerlei Fr.*); b) *omne quodcunque g.* quod np. in certâ aliquâ re expectari queat, res laetior quam primo adspectu visa fuerit (*alle mögliche Fr.* q. d. *alle Ursache zur Fr.*) [cf. Eurip. Med. 454. πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένῃ φυγῇ]; c) *omne universum g.* quo amplius maiusque haud habeatur (*alle Fr. zusammen*); d) *omne totum g.* (*alle gänzliche Fr.* = *durchaus, ganze Freude*). Horum sensuum — quum nonnisi e rei naturâ nexuque optandi sint — in nostrum l. non cadit nisi quem secundum fecimus. Calamitates enim sunt quas Xtiani iubentur ducere non tantum *gaudium aliquod* (i. e. *gaudio ideoque res laetas*) sed *omne gaudium* i. e. *omnino* q. d. *revera omnique ex parte gaudium* (*alle* = *allerdings* [*wirklich u. nur*] *Fr.*), *rem revera omnique ex parte laetam ac salutarem*; quem notionis ambitum optime exhauserit Lutheri *eitel Freude*. Idem gaudium in calamitatibus tolerandis ponendum si quis

dixerit *summum maximumque*, non volet profecto nisi *admodum magnum*, qualitatem igitur aliunde prorsus pendentem quam ex adj. *παντός*. Si quis vero maluerit *totum plenumve* informare, videat ipse quoque ne aliud cogitet, aliud dicat; omnium minime, ut hunc sensum formulae tanquam legitimum significatum vindices, sufficit provocasse ad Ioseph. Antt. 4, 5, 1. (ubi quod Arnon ποταμὸς dr. *διὰ πάσης ἐρήμου ῥέων*, non cogitandum esse *totum desertum* sed *nonnisi desertum* [*lauter Wüste*], satis docuerit substantivum indefinite locatum), usurpationemve latini *totius* pro *omni* (quippe in Apuleio demum veram) — cuius posterioris voc. quum Latini articulo careant, nonnisi cautissima instituenda est comparatio. —

Sens.: *Die mancherlei Prüfungen und Betrübnisse haltet für das freudigste Ereigniss, da der Glaube durch sie immer kräftiger und herrlicher sich entfaltet und gedeihet und so sich rüstet auch noch grössre Leiden zu erdulden* (GES.). Nec tamen solum ad *futurum tempus* cohortatio spectat, q. d. 'summo *futurum* gaudio ducite' (HEIS.) — ut np. calamitates cogitentur inpraesentiarum quidem acerbae ac tristes at vero laetissimum vitae aeternae fructum habitutae; *πᾶσα παιδεία πρὸς τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι ἀλλὰ λύπης, ὕστερον δὲ καρπὸν . . ἀποδίδωσι* (Hebr. 12, 11); 'spe sitis gaudentes, quoad futurum, *patientes in afflictione*, quoad praesens' (R. 12, 12); add. 2 Cor. 4, 17 sq. cll. nostr. v. 12 (*λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς*). Sed 'in *praesenti* iam possunt debentque aerumnis pressi gaudere'; ipsa laetissimi fructus exitusque expectatio iucundo afficit sensu non minus quam omnis ista aestimatio aerumnarum tanquam virtutis salutisque praesidiorum; *εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ κ. ἡμέρᾳ* (2 Cor. 4, 16); dum externus homo non potest non sentire ac dolere, internus quo maius exinde capit emolumentum, eo maioribus quoque incedere habet laetitiis; sic eodem tempore extrinsecus oculi fidelium stillare lacrimas, intrinsecus autem eorum corda ridere et plurimum persentiscere gaudii possunt'. Inde fere praesenti tempore utuntur (ut 1 Ptr. 1, 6. 8.) narranturque ipsi et gaudentes tolerasse et toleratione gavisi esse (Act. 5, 41. 2 Cor. 7, 4 sq. 8, 2. 12, 10. Col. 1, 24). Sententia ipsa praeeunte Xto Mt. 5, 12. uberius tractatur R. 8, 18 sqq. cll. 5, 3; 1 Ptr. 1, 5 sqq. 4, 13 sq.; Hebr. 12, 1 sqq. Finitima habent Sir. 2, 1 sqq. et Sen. de prov. 2–4 [9]). Bene ad n. l. OECUM.: *τὴν κατὰ θεὸν λύπην κ. τοὺς πειρασμοὺς τούτους καὶ ἐπαινετοὺς οἶδε καὶ χαρᾶς ἀξίους· δεσμος γὰρ οὗτοί εἰσιν ἀῤῥαγῆς κ. ἄὐξησις ἀγάπης κ. κατανύξεως . . . οὐ γάρ ἐστιν ἐκτὸς γυμναζίων οὔτε κοσμικῶν οὔτε τῶν κατὰ θεὸν στεφάνων ἀξιωθῆναι.*

3. *Τὸ δοκίμιον*] I) Notio (a *δόκιμος* [*δέχεσθαι*] *acceptus*) est *probandi* (*erprüben, bewähren*) 'quo rei, quae sub examen vocatur, manifestatur sinceritas eaque probatur omne id intrinsecâ virtute possidere, quod extrinsecus specie ac nomine prae se fert' (HEIS.), *die mit e. Genehmhaltung verknüpfte Untersuchung einer Sache* (BNG.). II) Vox (in NTo nonnisi hic et 1 Ptr. 1, 7. obvia) vertitur

9) 'Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus operi suo Deus; ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus'. 'Nihil infelicius eo, cui nihil unquam evenit adversi: non licuit enim illi *se experiri*. Ut ex voto illi fluxerint omnia, ut ante votum: male tamen de illo Dii iudicaverunt; indignus visus est quo vinceretur aliquando fortuna, quae ignavissimum quemque refugit'. 'Hanc rationem Dii sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis praeceptores, qui plus laboris ab his exigunt in quibus certior spes est'. 'Quid miraris bonos viros ut confirmentur concuti? Non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens ventus incursat: ipsa enim vexatione constringitur et radices certius figit. Fragiles sunt quae in aprica valle creverunt'. '*Gaudent* magni viri *rebus adversis*, non aliter quam fortes militeb bellis'. '*Avida* est *periculis* virtus, et *quo tendat*, non *quid passura* sit cogitat; quoniam et quod passura est, *gloriae* pars est'. '*Calamitas virtutis est occasio*'. — Plures veterum scriptiones de afflictionum utilitate enumerat HEIS. p. 371.

A) *Probatio*, ipse probandi actus, *das Bewähren* [ita a. l. Bretschn.]; B) *Probitas*, illius probationis effectus, *das Bewährtsein* [ita plerumque Ptr. l. c. et n. l. Oecum. (*δοκίμιον τὸ κεχρισμένον λέγει, τὸ δεδοκιμασμένον, τὸ καθαρόν*) et Luth. (*'euer Glaube so er rechtschaffen ist.'*)]; C) *Probamentum*, instrumentum ac praesidium probandi, *das Bewährende, Bewährungsmittel* [Grot. (*'id per quod fit exploratio. Utitur sic Plato de venulis loquens per quas sapores diiudicamus.*[10]): Rabbini dicunt בחינה') Sml. Hott. Sch. (*'non exploratio ipsa neque effectus eius: experimentum, documentum, id quod δοκιμὴ sonat'*) Pott ctt.]. Postremum cum plerisque tenendum est. Commendant a) vocis forma: finitimorum np. vocc. aa) *δοκιμή* et *δοκιμασία* et *actionem probantis* et *conditionem probati* complectuntur, bb) *τὸ δόκιμον* nonnisi *probitatem* signif., cc) *τὸ δοκίμιον* latius patet, omnino *quod facit ad* illam probationem probitatemve; b) usus loquendi aa) Graecorum: explicatur *δοκιμαστήριον, κριτήριον*[11]), *κανὼν κ. στάθμη*[12]), *τρόπος ᾧ πειράζεται*[13]), bb) Hellenistarum: ap. Lxx est *catinus* in quo metalla excoquuntur, hebr. צְלֹוחִיל Ps. 12, 7. et מַצְרֵף Prov. 27, 21. cll. 17, 3; nusquam est *probatio probitas*ve quin accuratius verti queat *probamentum* idque s. translate dicatur s. causa pro effectu[14]);

---

10) Appellantur *φλεβία* illa ap. Platon. in Tim. *δοκίμια τῆς γλώττης*, saporum *diiudicandi instrumenta in lingua*, quibus ipsa quasi lingua utatur ad gustandum. Haec ita repetit explanatque Alcinous de doctr. platon. 19. ut *gustum* dicat *a Diis ita formatum esse variorum succorum iudicem, ut φλεβία sint ἀπ' αὐτῆς μέχρι καρδίας porrecta, quae δοκίμια ἐσόμενα κ. κριτήρια τῶν χυμῶν, varie dilatata atque contracta saporum discernant differentias.* Respicit etiam Dion. Longin. de sublim. 32. *linguam ipsam γεύσεως δοκίμιον* a Platone nuncupari referens (Hrs.). 11) Ita v. c. Hesych. 12) *Λεῖ δὲ ὥςπερ κανόνα εἶναι κ. στάθμην τινὰ κ. δοκίμιον ὡρισμένον πρὸς ὃ τις ἀποβλέπων δυνήσεται τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι, ἢ ἐπὶ τάδ' ἢ ἐπ' ἐκεῖνα* (Dion. Halic.). 13) *Ἠρώτησεν εἰ δοκίμιον ἔχει, τίνι τρόπῳ πειράζεται ὁ πολύφιλος; ἀτυχίᾳ εἶπεν.* Plut. apophth. mor. II. p. 155. ed. Tauchn. 14) Probamenta cogitari possunt a) quibus *probetur* aliquid, quocunque demum tempore id fiat, b) quibus aliquid *probatum sit* — s. ea sint res actionem regentes s. actiones ipsae. Posteriore sensu poterunt etiam dici *documenta* ac *specimina*, quatenus np. hunc habent effectum ut *doceant* praebeantque *conspiciendum* (ut *ἀρετῆς δοκίμια μακρῷ δεδομένα χρόνῳ* ap. Euseb. Vit. Const. 1, 17.), adeoque involvere *testificatam* huiusmodi documentis ac speciminibus *indolem* (ut ap. Oecum. l. c.). Prior contra sensus ita habet ut quum a *re probante* non abesse possit *actus probandi, probamentum* salvâ primariâ sententiâ et variari et reddi possit *probatio*. Unde n. l. haud paucae Verss. *huiusmodi* substantivis usae sunt, minime, ut videtur, *probamenti* sensum repudiaturae. Syr. ܒܚܘܢܐ quo eodem utitur R. 5, 4. pro *δοκίμη*. Vulg. *exploratio*. Sch. *'die Prüfung eurer Treue'*. Hott. *'solche Prüfungen eurer Standhaftigkeit'*. Cf. Hdi. 2, 10, 12. *δοκίμιον στρατιωτῶν κάματος ἀλλ' οὐ τρυφή* [ubi *militis* vult non documentum quo cognoscatur (Hrs.) sed *probamentum quo formetur*, laborum np. periculorumque subeundi necessitatem] cll. Euseb. HE. 7, 22 [ubi *lues aliqua, gentilibus res terrore quovis terribilior et calamitate quavis lamentabilior, Xtianis extitisse dr. γυμνάσιον κ. δοκίμιον*]. Clem. Al. Strom. I, p. 199. *ἀπὸ συγκρίσεως τὸ δοκίμιον ποιεῖσθαι* [ubi non *exploratio comparando instituenda* momentum facit sed *norma* qua ut *δοκιμασία* ita etiam *σύγκρισις* carere nequeunt] et IV, p. 376. *ὁ θεὸς ἐπείρασεν αὐτούς, τοῦτ' ἔστιν εἰς δοκίμιον κ. ὑποψίαν τοῦ πειράζοντος εἴασεν αὐτοὺς πειρασθῆναι* [ubi id ipsum quod *tentatio* non labefactat virtutem sed eius *probamentum* evadit, gignit *pudorem* et frustrationem *tentatoris*]. — In verbis autem nostro loco parallelis 1 Ptr. 1, 6 sq. *ἀγαλλιᾶσθε ὀλίγον ἄρτι λυπηθέντες ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς, ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολυτιμότερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον κ. τιμὴν κ. δόξαν ἐν ἀποκαλύψει*

c) orationis nexus: illud np. δοκίμιον cogitari debet τῆς πίστεως [15]) *fidei virtutisque xtianae* diciturque κατεργάζεσθαι ὑπομονήν. Vera ὑπομονῆς causa nec probitas est nec probatio, sed probamentum. *Rebus* demum *probantibus* et consistit *actus probandi* et existit *probata indoles*. Perseverando demum probitas efficitur, perseverantia vero experiendo ac tolerando. *Probatio* igitur ubi appellatur, ne differt quidem vere a *probamento* [16]), *probitas* vero non tam fons est perseverantiae quam eiusdem fontis effectus, np. calamitatum, quae naturâ suâ virtutis πειρασμοί, eam sub examen discrimenque vocant, accedente demum hominis strenuâ operâ eiusdem virtutis fiunt δοκίμιον, eam purgantes, firmantes, commonstrantes, ubi np. afflictionibus tentata virtus integritatis edit specimen nec vero corruit. Κατεργάζεται] *perficit* s. potius *efficit* (*bringt zu Stande*), non novam demum, sed in dies augendam. Non enim momento fit nec 'omnino deesse censebat Hebraeis patientiam, eam tamen afflictionum exercitio ac palaestra magis magisque *perfici* optat' (MICH.). Ad intelligentiam verae vocabulor. synonymiae facit I. R. 7, 15. 20. Ὑπομονή] '*Standhaftigkeit*, quod maius est quam *Geduld*' (SCH.) s. potius *sustinendi perseverantia*, *Beharrlichk. aushaltend besonders in e. unangenehmen schmerzhaften Zustande* (BMG.); 'patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio' (Cic. de inv. 2, 54).

Γινώσκοντες ὅτι . . κατεργάζεται ὑπομ.] A) *quippe qui sciatis*; B) *atque scitote* — cuius utriusque enunciati idem est sensus: *reputate*. Namque partim scientiae hic faciendus est usus, partim in cohortatione ii etiam efficaciter drr. nosse, qui quanquam non nosse videantur, deberent tamen nosse, ita ut priori certe enunciato minime obsit a) indoles lectorum minus idonea, b) participii inter duos impp. (v. 2. 4.) locatio. Ex eodem genere est εἰδότες 3, 1. Add. (ubi indic. et imp. iuxta habentur) Mt. 24, 32 sq. et ll. pp. — Repetit scriptor augetque. Eandem rem novâ translatione insignit, additurus partim *obiectum* partim *effectum* istius per calamitates non

---

Ἰησοῦ Χρ. posses τὸ δοκίμιον explicare ποικίλους πειρασμοὺς eosque *eo Dei consilio illatos* dicere, *ut auro igni spectato appareant pretiosiores* quippe saluberrimi adeoque *gaudio habendi*, nisi tum frigere videretur appellatio χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, inter δοκίμιον et δοκιμαζόμενον arctiorem sententiae necessitudinem flagitans. Unde plerique δοκίμιον verterunt *probatam indolem*, *probitatem*, quasi sit = δόκιμον τῆς πίστ. s. δόκιμος πίστις. Sed sunt etiam qui [HOTT.] rescribi iubeant τὸ δόκιμον a WTST. e duobus codd. enotatum, quod ob ipsam utriusque loci comparationem corruptum sit. Quo ne opus quidem habent quibus Petrus Iacobum imitatus esse videtur; fit enim in huiusmodi imitationibus, ut comparationes singulatim non plane respondeant. 15) Namque si vel ὑμῶν τῆς πίστ. vel τῆς πίστ. tantummodo ad ὑπομονὴν retuleris, orationis non tam sensum mutares quam infringeres vim. Et τὸ δοκίμιον et τὸ δοκίμ. ὑμῶν quippe *Xtianorum* esse deberet *fidei xtianae*. Unde verbis his eo facilius careremus, quum dictionem e Ptr. l. p. explere satis proclive fuerit nonnullique libri τῆς πίστ. non exhibeant (probantibus MILL. BENG. SCH.). *Fidem* ipsam — *fiduciam in Deo per Xtum collocatam* — utne tua scriptori obtrudas, noli prorsus perspicue et speciatim concipere [HENSL. (*xtlicher Sinn*) AGSTI (*Vertrauen*) POTT ('firma de religione persuasio ardensque virtutis studium') SCH. (fides Deo 'ut patri; ergo pietas') GBS. ('*Gl. an Jesus den Xt, nebst xtlicher Gesinnungs- u. Handlungsweise*' cll. 1 Io. 5, 4. opp. '*Antimessianism. der Juden*')]; vid. ad 2, 14 sqq.

solum πειρασμοῦ sed etiam δοκιμασίας, in quam in vere fidelibus ille necessario exit. 'Erklärende Fortsetzg' (Gss.) a) 'näher anzuzeigen was eigentl. durch die Leiden geprüft, entdeckt u. offenbart werde', b) 'ein Hülfsmittel zu der vorhergegangnen Ermahnung gebend, was sie einsehen, ja selbst versuchen u. erfahren könnten (Bmg.); bedenket dass jene Prüfung durch Leiden, indem sie den Glauben bewährt [q. d. ὁ πειρασμὸς ὅς ἐστι τὸ δοκίμιον τῆς πίστ.], zugleich Ausdauer wirkt. Est sententia bipartita: I) Afflictionis demum quasi obrussâ [16]) (läuternde Feuerprobe der Trübsal) exploratur et firmatur fidei sinceritas, dum 'aurum hoc non solum probatur esse bonae notae sed etiam ab admixtâ scoriâ amplius repurgatur' (Heis.); II) Malorum perpessio ipsa eaque demum parit patientiam, optimam igitur sui ipsius secum fert medelam.

'Qui vel parvi temporis tirocinium et exercitium sustinuit, experimento iam didicit, tolerantia et patientia quadam praesentem calamitátem certo vinci. Praeclare hanc in rem iam Sen. dixit: *opus est ad notitiam sui experimento; quid quisque posset, nisi tentando, non didicit.* Idem: *tunc apparet quanta sit virtus, cum quid possit, patientia ostendit.*' NTi comparentur R. 5, 3 sqq. καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι, εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα τλ. et Lc. 21, 12 sqq. ubi post 'variarum calamitatum et πειρασμῶν seriem sequitur v. 19. hortatio: ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Np. istarum rerum experientia peperit patientiae aliquem habitum, qui revocat hominem ab omni praecipiti voto et consilio, itaque par est ferendis istis adversis, cum novas calamitates impotenti ac praecipiti studio non attrahat'. (Sml.). — Iam per se *optima patientiae magistra schola est crucis* afflictionesque praesertim diuturniores et crebrae ipsâ naturâ suâ 'id afferunt emolumenti ut hominem, cui mens non plane est laeva, paulatim ad patientiam componant.' Dum enim felices ad quemcunque sortis impetum, insuetum quippe onus immeritum etiam plerumque rati, impotenti ira exardescunt conciduntve animis, calamitas apud pauperes afflictosque 'in consuetudinem, imo paene naturam abiit. Quocirca nihil ipsis evenit novi, si nova insurgat aerumna, neque quod familiare illis factum est et propemodum naturale, naturalem mentis eorum turbare facile statum atque exasperare per impatientiam potest. Qui crebris colla subdere afflictionibus coguntur, ipsâ experientiâ tenent edocti, nullum iis leniendis et perferendis praesentius patientiâ dari remedium; impatientiam vero non levare malum sed aggravare: quo ipso ut ad hanc fugiendam, ita illam amplectendam permoventur.' Singulatim 'primi Xtiani non poterant non πασιλοις περιπίπτοντες πειρασμοῖς ad patientiam formari firmarique egregie' quippe 'dispersi Iudaeos inter et gentiles, utrosque truculentissimos xtiani nominis hostes, tanquam inter lupos oves.' Accedit quod 'afflictiones sunt *causa sine qua non* patientiae' et manifestandae et efficiendae, ut bello demum militis fortitudo non solum inclarescit sed etiam formatur ac firmatur. Speciatim afflictiones 'quibus fides ut lacessitur ita exploratur' et probatur, efficiunt ut perstare possis tranquillus et patiens, quippe quem non 'malefacta, sed benefacta, sed sancta fides in tentationis coniecere discrimen'; cui porro utpote 'veri nominis Xtiano nihil tam curae est ac cordi, quam ad fidei, qua universa ipsius continetur salus, pervenire πληροφορίαν' id quod 'absque praevio examine' fieri nequit; cui denique 'ingerit se fides divinis promissis indeque flores decerpit qui suavem spirantes odorem, fessos aerumnarum mole relevent artûs', cum spe quippe parturiens 'patientiam, quae necessario comes ire spei debet' Hebr. 6, 19 sq. cll. R. 8, 24 sq. 1 Th. 1, 3; uno verbo, ut 'perstent ac perdurent, neque si pugna surgat aspera, abiiciant animum, patientiâ ceu triplici aere munit fides pectora' Eph. 6, 16. Caeterum quod afflictiones haud raro operentur potius 'impatientiam atque murmura', 'acceptum hoc ferendum est non tentationibus sed perversae hominum naturae, quae vel saluberrimum medicamen in nocentissimum convertere amat virus'; quod vero in hanc rem e SSis in medium prolata exempla attinet, frequenter 'vitio nostrarum et versionum et aurium (orientalium populorum loquendi

16) Φλὸξ πειρασμῶν, ut est ap. Io. Cantacuz. T. I, p. 16 sq. add. Aristid. Orat. T. I, p. 357. ὥσπερ τὸν χρυσὸν ἡ βάσανος δείκνυσι, οὕτω τοὺς ἄνδρας τὰ ἀγαθοὺς κρίνρυσιν αἱ συμφοραί (utrumq. citat. ab Heis. p. 281).

modis minus adsuetarum) et aetatis (a simplicitate, candore ac parrhesia prisci aevi remotissimae) sanctorum cum Deo expostulationes longe nobis videntur duriores ac respse sunt' (HEES.).

Imago iam VTi est frequentatissima, ut Zach. 13, 9 (duae tertiae peribunt, tertia tantum evadet atque hanc tertiam ego Iehova) וְהֵבֵאתִי אֶת הַשְּׁלִשִׁית בָּאֵשׁ וּצְרַפְתִּים כִּצְרֹף אֶת הַכָּסֶף וּבְחַנְתִּים כְּבְחֹן אֶת הַזָּהָב (vid. Lexx. s. hh. radd.) cll. Prov. ll. cc. LXX. (*δοκίμιον ἀργυρίῳ κ. χρυσῷ πύρωσις, ἀνὴρ δὲ δοκιμάζεται τλ.* et *δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος κ. χρυσός, οὕτως ἐκλεκταὶ καρδίαι παρὰ κυρίῳ*). Quum autem *τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως* sint ipsi *πειρασμοὶ* gaudio habendi, a Paulo 2 Cor. 8, 2. *δοκιμὴ τῆς θλίψεως* (probatio *per* calamitates) dicti, apparet absque omni discrepantia *τὴν ὑπομονὴν* n. l. tanquam fructum *τοῦ δοκιμίου* celebratam, R. l. c. *τῇ θλίψει* tanquam causae tribui, ita ut *ἡ δοκιμὴ* eiusque proxima causa *ὑπομονὴ* sint duo effectus *τῆς θλίψεως* quippe non *πειρασμοῦ* solum sed etiam *δοκιμίου*.

4. *Ἔργον τέλειον ἐχέτω*] Fluctuant *ἔχειν* inter *κατέχειν tenere* et *παρέχειν praebere* [17]), *ἔργον* inter *opus* (collect. *opera*) et *operationem*, *τέλειος* inter *ad finem perdurans* et *omnibus numeris absolutum*. Hinc A) *Habeat in se opus perfectum, operetur in vobis perfecte* adeoque *ipsa perfecta ac consummata existat* [LUTH. ('*die Geduld soll fest bleiben bis ans Ende*') BNG. (*sie werde völlig, vollende ihr Werk, habe die volle Wirkung*) STOLZ ('*zeige sich als ein vollendetes Werk*'); CALV. ('*opus* hic pro *effectu*; non tantum ut simus in uno certamine superiores sed ut perstemus totâ vitâ') GOMAR. ('tolerantiae perseverantiam *opere perfecto* notat, *inchoato* opponens') HOTT. ('patientia minime censetur vel minoribus malis sustinendis vel per exiguum tempus maioribus perferendis, sed ea demum hoc nomine digna habetur quae nullâ re unquam de statu depellatur') SCH. ('qui coeperant patientia uti, pergant, continuent, profligent atque ad exitum perducant patientiae munus'); — quae cohortatio (cll. effato Xti: *ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, σωθήσεται* Mt. 10, 22. al.) si forte respexit 'ad istos imbecilliores Xtianos, qui redituri atque ulturi Xti spe longius protracta ad abiectionem Xtianismi tentabantur' cll. 2 Ptr. 3, 4. (SML.), ea tamen in universum et pronunciata est et valet. B) *Habeat post se opera perfecta, factis etiam se conspiciendam praebeat, exeat in virtutem eamque perfectam* [ERASM. ('quemadm. in malis tolerandis fortis est et alacris, ita in bonis operibus exercendis sibi constet; *magnum* est *mala libenter perpeti* .. at *perfectum* est, cum ipse malis afficiaris, omnibus bene facere .. etiam his a quibus affligeris') MOR. ('exerat se per factum; *die Qualität der Seele, die Duldsamkeit soll mit der That, der Ausübung verbunden sein*') GBS. ('*die ὑπομ. bethätige sich durch ein ἔργον .. Werk, That, Handlung, und zwar τέλειον vollkommen, wie alles sein soll was der Xst thut. Mt.* 5, 48'.) GRASH.]; — quod *ἔργον* quanquam *fructus* est illius *ὑπομονῆς*, non tamen est quod ex hebrr. פְּעֻלָּה Ier. 22, 13. et פֹּעַל Ies. 40, 10. *fructum* (c. KYPK. et SCH.) vertas. Cohaerent tanquam antecedens et consequens tam arcte, ut neutrum sine altero cogitari queat. Namque a) per se *interna consummatio* esse nequit quin etiam *extrinsecus* conspiciatur (*kein 'unthätiges in sich Fussen'* GBS.), quid quod

17) Quae ceteroquin comparata sunt, אחז, לקח, *κρατεῖν* [SCH.], *κατεργαζ.* [MICH. POTT], *ποιεῖν* [BRETSCHN.], non satisfaciunt quippe et angustiora et aeque ambigua.

externis demum documentis conspici potest; b) nostro loco inclinat quidem ad (B) α) quod ἔργα per totam ep. inculcantur (ut 3, 13.) eaque ipsa ἔργα ἔχειν iubetur πίστις (2, 14. 17.); β) quod gradatio orationis illud ἐργ. τέλειον diserte collocat in eo ἵνα ἦτε τέλειοι τλ.; verum ad (A) avocent α) quod diserte distinguat, ἔργον non ἔργα dicens; β) quod h. comma 4. scopus recte dicetur totius ep. prae reliquis defectioni sat facili occurrere volentis. Non incommode igitur Heis. p. 307 sq. *opus perfectum*, quod patientia *habere* iubeatur, ad haec *tria* revocat: 1) ut habeat 'nihil aut, propter imbecillitatem humanam, quam minimum impatientiae admixtum'; 2) ut 'aerumnarum neque gravitas neque diuturnitas labefactet', imo 'perstet inconcussa nec ante vitae finem finiat'; 3) ut 'nec aliarum virtutum . . laedat ullam aut imminuat, sed contra easdem provehat in maius ipsisque ἔργοις manifestet egregie'. Cui postremo haec subiungit: 'Vulnerantem Deum perinde, necesse est, amet ut sanantem, auferentem aeque ac impertientem. *Amorem proximi* etiam ad nocentissimos hostes innocens ipse extendat. *Fide* individue numini coniunctus vel levissima desideria excutiendi per illicita media calamitatis iugum abigat; minime vero omnium, si propter fidem ac veritatem affligatur, desciscere a fide in animum inducat. *Spem* in eodem Deo repositam habeat τελείως (1 Ptr. 1, 13.), onus ipsi supra vires impositurо nunquam, faustum tentationis exitum largituro, momentaneas huius aevi perpessiones aeternae vitae remuneraturo laetitiis'. Quanquam ex internâ virtute facta prodeunt, ista tamen *virtus factis demum perficitur*, experiendo nimirum et exercendo, quod singulatim *afflictione* fit.

Perfectionis notio propter rei dicendae studium cumulate est expressa: *ἵνα ἦτε τέλειοι κ. ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι*] *ut ipsi quoque boni et probi omni ex parte, ut quam perfectissimi evadatis.* Tria vocabula bipartitam (ut ipsa copula docet) exhibent sententiam: a) *affirmantem* eamque, quod unâ voce — *παντέλειοι, παντελεῖς* — dici potuisset, per partes ita exprimentem ut ad vcblum *gradûs* vcblo *ambitûs* addito, ipsa virtus in universâ suâ latitudine secundum omnes et singulas partes sistatur, — α) *τέλειοι* q. d. *ἀρτιμελεῖς*, β) *ὁλόκληροι* q. d. *ὁλομελεῖς* —, *nullâ parte manci aut mutili, omnibus numeris ac partibus absoluti;* b) *negantem,* ita ut quod duobus prioribus per partes dictum est, tertio comprehendatur, q. d. uno verbo, *nullâ in re restantes ac deficientes, nullâ virtute destituti.* Quorum trium vcblorum sensûs discrimina qui urgere vellet, non minus adversus synonymorum legem omnibus linguis communem peccaret, quam qui ea prorsus negaret, nisus v. c. versione alex. promiscue his vv. usâ in reddendis hebrr. שָׁלֵם, תָּמִים all.

Τέλειοι absoluti, ad finem perducti. Graecis *externo* sensu dicitur, de consummatione temporis spatiive, ut est in finitis, in adultis ac maturis, in integris ac plenis. *Τέλειον οὐθὲν, μὴ ἔχον τέλος· τὸ δὲ τέλος, πέρας* (Arist.); *μὴ τὰ πρῶτα μόνα κ. τὰ μέσα ἔχουσα, ἀλλὰ κ. τὰ ἔσχατα, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῆς τελειότητος* (Simplic. in Epict.); *τέλειος ἡμέρα· ἡ ὑστάτη κ. τελειοῦσα τὸν βίον* (Hesych.); *τέλειοι θεοί· ἐπιτελεστικοί* (Schol.). Ad alterutrum reff. etiam *αἶγες τέλειαι, ἱερὰ τέλεια* simill. Hom. Il. 1, 66. 24, 34. al.; item *sapientes* (ut Stoicorum *τέλειος* opp. *τελειουμένῳ* s. *προκόπτοντι, proficienti* adhuc et *progredienti*) et *mysteriis initiati* (*τέλειοι, τελειωθέντες* = *ἐπόπται*) non minus quam *athletae* et *milites* eodem elogio venientes. NTum *interne* tantum *ethiceque* habet de animi mentisque integritate ac maturitate — [etiam Hebr. 5, 14 (ubi nota *τέλειον* opponi *ἀπείρῳ λόγου δικαιοσύνης*) multoque magis Mt. 19, 21 (ubi vv. *εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα κ. δὸς πτωχοῖς* valent quidem quod Bertschn. vult '*ein ganz geschickter Schüler für mich*', minime vero eo sensu, quem addit: 'prorsus expeditus ad societatem discipulorum meorum, qui sua reliquerunt ut mecum possint versari et me doctorem comitari', id quod vel hominis effatum docet a Xto castigatum: *πάντα ταῦτα* — *τὰς ἐντολὰς* — *ἐφυλα-*

ξάμην ἐκ νεότητός μου; τί ἔτι ἀρτερῶ;)] — qualia ap. Iac. 1, 17. *δώρημα τέλειον*, 25. *νόμος τέλειος* quippe *ὁ τῆς ἐλευθερίας*, 3, 2. *ἀνὴρ τέλειος*, cll. 2, 22. *ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη.* Ecclesia antiqua quemadm. non absque usu graeco ad baptismati et coenae sacrae admissos transtulit, ita non absque nostro loco *κατ' ἐξ.* dixit de *martyribus*, *Τελείωσιν τὸ μαρτύριον καλοῦμεν, οὐχ ὅτι τέλος τοῦ βίου ἄνθρωπος ἔλαβεν, ὡς οἱ λοιποί, ἀλλ' ὅτι τέλειον ἔργον ἀγάπης ἐνεδείξατο* (Clem.) all. Cf. Heis. p. 300 sqq. 316 sqq. 568 sqq. et (quem affert) Reiners in Biblioth. Brem. Cl. IV. fasc. 6. diss. 1.

Ὁλόκληροι toti ad assem, integri (qui omnes easque integras habent partes, quod plenius dixit Philo *ὁλόκληρον κατὰ πάντα μέλη* et al. l. *πᾶσι τοῖς μέρεσιν ὁλόκληρον*); a) sensu prpr. ap. graecos, cll. Act. 3, 16 (ubi claudo restituta *ὁλοκληρία* est *corporis incolumitas* in libero membrorum usu sita), Lev. 23, 15 (*ἕπτα ἑβδόμαδες ὁλόκληροι*) et Ez. 15, 5 (ubi lignum vitis *ὁλόκληρον*, תָּמִים, est quale crevit in vineâ, ubi nondum adustae sunt שְׁנֵי קְצוֹתָיו וְתוֹכוֹ); b) sensu levit. de lapidibus ferro non tactis ap. Lxx Deut. 27, 6. Ios. 8, 31. et 1 Mace. 4, 47., de victimae et sacerdotum corporis integritate [non ut recte adv. Mor. et Hott. monuit Gbs. – ap. Lxx; *τέλειον* et *ἄμωμον* usurpant; sed] ap. Philon. (ut *κἂν μέν τι τῶν θρεμμάτων μὴ παντελὲς κ. ὁλόκληρον εὑρίσκεται* et al. l. *ἄτοπον ἱερέων μὲν πρόνοιαν ἔχειν ὡς ὁλόκληροι τὰ σώματα κ. παντελεῖς ἔσονται*) et Ioseph. (ut Antt. 3, 12, 2. sacerdotes *ὁλόκληροι* ipsi *κ. τὰ ἱερεῖα θύουσιν ὁλόκληρα κ. κατὰ μηδὲν λελωβημένα*); c) sensu eth. in apocrr. Sap. 15, 3. 4 Macc. 15, 17. (*ὁλόκληρος δικαιοσύνη, ἀσέβεια*) et in NTo (n. l. et 1 Th. 5, 23). Prorsus ex arbitrio Brochmand. vertit *haeredes ex asse* np. vitae aeternae. Cf. Lösn. ad h. l. et Emmerich de voce *ὁλόκλ.* Meining. 1777. 8.

Λείπεσθαί τινος [ut est v. 5. et 2, 15., pro quo *λείπ. ἐν τινι* Raphel. c. NTo diligenter comparans Polyb. Arrian. Xenoph. et Herodotum, semel tantummodo deprehendit ap. Polyb. p. 1202. ed. Gron. (*ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίᾳ παρὰ πολὺ τἀδελφοῦ λειπόμενος*), pluribus ll. aliorum, singul. Plutarchi, monstravit Heis. p. 363.] verti potest 1) *ab aliis post se relinqui, vinci;* 2) *officium suum post se relinquere, peccare* — cui utrique hoc commune est, ut sit *conditio inferior*, qua quid deest, minus quis habet quam oportet (*e. Zurückbleiben, Nachstehen, Mangel haben an etwas Nöthigem*). De vincendis (s. cursoribus pugilibusve s. militibus — 'λειποτάκτας, ordinis xtiani in acie desertores' dixit Heis. —) cogitare, dissuadet orationis gradatio v. etiam 5to (*εἰ δέ τις λείπεται σοφίας, αἰτείτω . . . αἰτείτω δὲ τλ.*) continuata, cll. 2, 15 (*λειπόμενοι τροφῆς*). Nec ut virtutis *studium* tanquam *stadium* variae currentium contentionis variique successus describi censens [c. Krebs. Storr. Pott. Agstio all. post Fabrum agonist. 3, 10. et qui eum exscripsit Lyd. agonist. Sacr. c. 35.], evincit a) quod ita nonnunquam fit, ut Eph. 6, 10 sqq. Hebr. 12, 1; b) quod eo inclinet *στέφανος* v. 12. possintque etiam n. l. *τέλειοι κ. ὁλόκληροι* accipi *perfecti victores*, cll. v. 17. (Heis.; ut np. *δώρημα τέλειον* militum spectet donationes athletarumve praemia) et Phil. 3, 12. (Storr; *οὐχ ὅτι . . ἤδη τετελείωμαι· διώκω δὲ τλ.*); c) quod strenuos quosque religionis xt. propugnatores antiqui tanquam athletas militesve celebrent et summo consensu ('traditionis' fere 'apostolorum oralis') et aptissime — athletis a *miserâ vitâ* (*ἄθλιοι miseri*) dictis adeoque primis Xtianis quam simillimis (Heis.). Cogitandi potius qui officium destituentes virtute ipsi destituuntur [e quo genere ap. Ios. Antt. 9, 11, 2. *οὐδὲ μιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο·* ap. Xen. Mem. 3, 5, 2. *οὐδὲ ταύτῃ μοι δοκοῦσι λείπεσθαι·* add. quod ap. Dion. Cass. *λεῖπον* de *mendacio* habetur], comparandum Pauli illud (1 Cor. 1, 7): *μὴ ὑστερεῖσθε ἐν μηδενὶ χαρίσματι*, tenenda denique sacrificiorum sacerdotumve imago [Lösn. Mor. Hott.]. Xtiani np. Deo consecrati (*οἶκος πνευματικός, ἱεράτευμα ἅγιον*, quorum est *ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας* 1 Ptr. 2, 5.) debent summae animi vitaeque sanctitati quam maximam operam dare, quo et sibi et aliis magis magisque in dies irreprehensi, accrescant tandem ad veram plenamque virtutis xt. maturitatem, sanctissimi numinis bene-

ficio ac praesidio. Ὁ θεὸς ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, κ. ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα κ. ἡ ψυχὴ κ. τὸ σῶμα ἀμέμπτως . . τηρηθείη (Th. l. c.), ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τ. θεοῦ atque καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα . . εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τ. Χριστοῦ (Eph. 3, 19. 4, 13).

5. *At* in communi naturae humanae imbecillitate nemo omnibus numeris est absolutus; igitur *si quis vestrum* sentiat *se destitutum esse* eâ *sapientiâ*, qua in tantâ et periculorum et officiorum gravitate opus est: *adeat precibus suis Deum, qui omnibus dat haud cunctanter nec cuiquam exprobrat, atque* quod petit, *dabitur ei* propter hanc ipsam Dei virtutem.

Petere a Deo iubet promittitque adeptionem. Sunt 1) *afflicti pii*, quos petere iubet 2) *sapientiam*, et quidem — ut persequitur vv. sqq. — 3) *confidenter*. ‘*In Leiden und Widerwärtigkeiten Geduld und rstlichen Sinn zu beweisen, ist nicht einem Jeden verliehen. Die menschl. Schwäche wird oft unterliegen, wenn kein höhrer Beistand sie unterstützt. Nur wer in Gott weise ist, wen ein höhrer Geist beseelt, der wird stehen und nicht wanken. So erflehe denn der schwache Mensch im vertrauensvollen Gebet von Gott die Weisheit, die ihm mangelt. Und wenn es ihm ernstlich um Licht u. Wahrheit zu thun ist, so lässt ihn Gott gewiss auch das Wahre entdecken und wird ihn zu der Ueberzeugung leiten, welch ein hohes Gut das Chth. ist, so dass er durch schnöden Abfall sich seiner Segnungen gewiss nicht berauben wird. Zagen aber und Zweifeln führt nicht zur Erlangung dessen, was wir wünschen*’ (Gbs.).

Εἴ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας] Vbum (e v. 4. arreptum) signif. *defectionem* ‘non modo in totum sed etiam ex parte’, ut igitur possint eo iuberi ‘locupletare sapientiam’ atque (suadente cohaerentiâ) ‘ad τελειότητα pergere’ (Hms.) quippe qui ‘sentiant se *non satis* habere prudentiae’ (Grot.). *Εἴ*] quamquam de *certis* quoque frequentatur nec homo unquam τελείως σοφὸς erit: non tamen est cur *sub conditione* dictum neges. Utut enim non simulatur quasi dubitatio captationis causa, cuique tamen et facultas talis inopiae inculcatur, et in quantum ea vere adsit necne, iudicium relinquitur (non tam: ‘*sollte etwa*’ quam: ‘*wer auch immer*’, ut np. nimiae et securitati et timiditati pariter occurreretur). *Σοφία*] est e genere practico eoque nomine a *γνώσει* differt [Etymol. M.: γνῶσις μέν ἐστι τὸ εἰδέναι τὰ ὄντα· σοφία δὲ καὶ τὸ τὰ ὄντα γινώσκειν καὶ τὸ τὰ γνωστὰ πράττειν], ut lat. *sapientia*. Est *scientia ad vitam actionemque* non callide (quae est prudentia) sed *religiose ac pie applicata* (‘*die Einsicht . . sammt der daraus entstehenden Fertigkeit die bequemsten Mittel mit den besten Entzwecken zu verknüpfen*’ Bmg.). Cuius vero notionis in singulis ll. singulae notae praevalere solent, modo pietatis, modo intelligentiae ac prudentiae (quae tamen et ipsae sapienter habere debent). Hinc quae n. l. potissimum tenenda sit, ambigitur. A) *Sapientia docendi* i. e. ‘ratione muneris publ., ratione institutionis et doctrinae’ sensim augendae oplnionibusque iudd. liberandae id semper agendi quod aptum esset personis, tempori, loco, ‘ut fierent e νηπίοις et σαρκικοῖς τέλειοι et πνευματικοί’. Quae sapientia salutaris profecto erat ac necessaria; divinitus impertiri debet (Mt. 10, 19 sq. 1 Cor. 2, 6. 7. 14. al.) potestque ita ‘ut votis et precibus mentem Deo addicentes ipsi patiamur auream regulam *docendo discimus*’ discamusque hac via ‘carere continuo magiste-

rio humano'; vere denique 'has preces' illamque regulam 'qui negligunt, aut superbiae locum faciunt aut socordiae et meticulositati, quae tandem servitia hominum efficit et religionis falsam imaginem informat' (SML.): at vero contextus repugnat. *'In Zeiten d. Verfolgung, des Drucks u. der Leiden war dem Schüler des Chth. jene Weish. wohl noch nöthiger als dem Lehrer, bei welchem man schon e. grössre durch e. tiefre Einsicht in d. Chth. begründete Standhaftigk. vorausgesetzen konnte'* (GBS.). B) *Sap. patiendi*, quae est 'practica, i. e. rectum de rebus' [aerumnarum vitae causâ, fructu et fine] 'iudicium, quod per se constantiam gignit in agendo et quo maxime opus est ad perferendas' [quae impatientiâ potissimum mirum quantum crescunt] 'calamitates; ea enim veri nominis est sapientia, quae fidem, religionem, virtutem, denique officium ceteris rebus omnibus anteponit neque malis et vexationibus ad haec deserenda impellitur' (HT.). Quae arcta descriptio [BEDAE, ZWGL. BZ. MOR. GBS. (?) all.] a primario nexu (v. 2 sq.) commendatissima, propter proxime antecedd. (v. 4.) non sufficit. Flagitatur C) *Sapientia vivendi* universa, scientia et virtus christiana qua 'non solum vexationibus eius causâ sustinendis pares simus, sed etiam ad *τελειότητά τινα* sive ad pietatis christianae ceteris rebus omnibus officium anteponentis consummationem evehamur' (POTT.), igitur (THEOPHYL. OECUM.) *σοφία* quae est *τὸ αἴτιον τοῦ τελείου ἔργου .. ἡ σοφία ἡ ἄνωθεν δι' ἧς ἐνδυναμούμενοι ὁλόκληρον δυνησόμεθα πρᾶξαι τὸ ἀγαθόν*. Hanc 'sapientiam non ingenio atque doctrina, scientia rerum ac solertia contineri, quid quod quam Graeci vocant *πανουργίαν* esse, si mens casta non subsit, a sui studio aliena, benevola in alterum quemvis, humanitatem, aequitatem et communitatem sequens atque ad eius cultum omnia referens et impendens' (SCH.), disce e 3, 13 sqq. ubi v. 17. *ἡ ἄνωθεν σοφία* celebratur *ἁγνή, εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους κ. καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος κ. ἀνυπόκριτος*. Debebat ita eo magis, quum iam Hebrr. practicam suam sapientiam (*'nicht eine theoretische scharfsinnige, sondern eine practische den Willen neigende und rührende Erkenntniss'* BMG.) totam ad religionis normam exigant ideoque pium demum hominem sapientem aestiment et vicissim. Vd. LEXX. s. v. חָכְמָה et (quos nominavit WIN.) ZIEGLER Exc. 3. ad Provv. p. 397 sqq. et UMBREIT ad eund. libr. p. III sqq. Add. radd. בִּין (בִּינָה) יָדַע (דַּעַת) שִׂכֶל et opp. נבל (נָבָלָה) אול (אִוֶּלֶת) סכל (כְּסִל) הלל. Nec aliena est HEIS. provocatio ad Iobum. Toto enim h. libro (cf. 11, 5-7. 12, 2. cp. 28. 32, 2-9. cpp. 38-42) sapientiae in calamitatibus ferendis et vera indoles et summa necessitas tractatur.

Αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ] pro quo Cd. A. *παρὰ τοῦ θεοῦ τοῦ διδόντος*. Haec vbor. collocatio simplicior est et concinnior: *a Deo qui* a) *δίδωσιν πᾶσι ἁπλῶς*, b) *οὐκ ὀνειδίζει*, illa gravior: *ab eo qui dat*, dare valet et vult, np. *a Deo qui* etc. — sine sententiae discrimine. Nimirum cur preces ad Deum haud dubitanter faciendae sint, hanc affert causam, quod duo, *quae in hominibus haud raro deterrent, in Deo ne cogitari quidem possunt:* I) *Exorandi difficultas*, II) *Dati exprobratio.*

Dat *ἁπλῶς*] *simpliciter, candide, 'einfältiglich'* (LUTH.), *ohne Arg, ohne (unlautre) Nebenrücksichten;* quae sinceritas [18]) ab

18) *Ἁπλότης διττή· ἡ μὲν ἔμφρων κ. δικαία, ἡ δὲ ἀνόητος κ. ἄδικος* (Suid.); quarum hanc non prorsus n. l. exclusam miro modo opinatur HEIS. p. 403. ut np. per 'elegans oxymoron' iubeamur 'ab eo sapientiam petere, qui

intptibus plerumque relata est partim A) ad *dandi facilitatem* [HOTT. *(willig)* STOLZ SCH. et GBS. *(gern)* cll. Hesych. qui explicat *συντόμως, καθάπαξ* i. e. *illico*, haud cunctanter ac dubitanter], partim B) ad *dandi liberalitatem* [SYR. ܦܫܝܛܐܝܬ *expanse*[19]) i. e. copiose) VULG. assentientibus ERASM. GROT. et SML. (affluenter) KYPK. ('liberalitas cum simplicitate et candore coniuncta') BMG. *(reichlich, ohne des Gebens müde zu werden)*]. Latius adeo extendi posset, quippe modo versans circa actionem ipsam, modo circa eius fontem ac consilia: 1) *absque exaggeratione*; 2) *absque varietate*, quippe unâ liberrimâ voluntate impulsus[20]); 3) *absque mutabilitate*[21]); 4) *absque conditione aut exceptione*; 5) *absque partium studio*, ut momentum faciat *πᾶσιν* 'indiscriminatim omnibus'; 6) *absque simulatione*; 7) *absque contractione*, qualis foret avaritiae. Sed non tam ex ambitu vocis sensum largi elicuerunt quam ex ipso NTo, quod np. *ἁπλότητα* dicat *liberalitatem* R. 12, 8. 2 Cor. 8, 2. 9, 11. 13. At ibi etiam *ἁπλότης* est *simplicitas, sinceritas* (תֹּם), transl. *pietas* (יֹשֶׁר לֵב), quae erga Deum (2 Cor. 1, 12.) est probitas, erga Xtum (2 Cor. 11, 3.) fidelitas, erga Xtianos candor (Eph. 6, 5. cll. Test. XII patrr. p. 624. ubi *ἐν ἁπλότητι τῶν ὀφθαλμῶν* est *sine invidia*) et beneficentia, quae ipsa quanquam non potest non *liberalitas* esse, haec tamen *largi* notio e sensu demum accedit. Ad R. enim *ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι* illustratur sqq. *ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι*, ad Cor. vero *κοινωνίας* v. 13. (= *διακονίας, λειτουργίας* v. 1. 12. 13. stipis in Palaestina erogatae) non solum haec celebratur virtus, quod collata est *οὐ φειδομένως, ὡς εὐλογία κ. μὴ ὡς πλεονεξία* v. 5. 6. sed haec etiam, quod unusquisque fecit *ἱλαρός, καθῶς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης*· quarum hanc dici *ἁπλότητα*, inde comparet, quod illa additis demum (*πλοῦτος ἁπλότητος, πλουτίζεσθαι εἰς πᾶσαν ἁπλ.*) inest. Unde profecto apparet, *ἁπλῶς* etiam (quod in NTo est *ἅπαξ λεγόμενον*), *simpliciter ac sincere*, non esse ipsum *liberaliter ac abunde*, sed *facile ac candide*, integerrimo probissimoque consilio, solo benefaciendi studio, absque insidiis affectuumque (ut cupiditatis, ut ambitionis) ratione, quodque inde consequitur, 'sine cunctatione aut tergiversatione, qua saepe homines utuntur longis aut frequentibus precibus exorari volentes' (HOTT.).

Μὴ ὀνειδίζοντος] '*non probro afficit* circa dationem, quam s. iam exhibuerit adhucve exhibeat s. exhibere nolit. Hinc A) Non *dat contumeliose*, neque dum dat neque postquam dedit *exprobrat* [ZWGL. ('exprobratio beneficium vitiat ac perdit, quin ex beneficio maleficium fit') LUTH. *(rückt es niemand auf)* MICH. POTT. SCH. GBS.], ut solent qui inviti dant; contra 'qui candide dat,

---

minus ipse sapienter dat'. Id quomodo '*θεοπρεπῶς* dicatur', hac illustrare vult comparatione: 'Simplex homo apparet, si in dando modum excedat; si omnibus indistincte dando inter meritos, immeritos, gratos, ingratos parum discernat; si hostibus ad suam ipsius det perniciem; et quae complura sunt alia. Annon horum omnium veluti umbram quandam in Deo est cernere? Accumulat immensum in modum beneficia sua; immeritis eadem largitur atque gratiarum actionem crebro susque deque habentibus, imo datis ad ipsius abutentibus ignominiam: a quibus peccatis nec immunes pii sunt'. 19) Graeco etiam *ἁπλῶς expansi* notionem vindicandam sibi sumserunt huius explicationis nonnulli patroni, e verbo np. *ἁπλοῦν* et composs. *ἀναπλοῦν, ἐξαπλοῦν: expandere* [ut nullae sint plicae], *extendere*; iam 'qui liberaliter dat, manum solet extendere, uti contra, qui parce et avare, contrahere'. Metaphorice etiam vbum dici, HEIS. (quanquam *ἁπλῶς* vertens *amanter et sincere*) praeter all. ll. monstravit e Stob. eclog. phys. l. I. p. 123: *εἶπεν ὁ θεὸς κ. τὰς χεῖρας, ὅσας δεῖ τὸν θεὸν ἔχειν, ἁπλώσας πάντα ἀφῆκε* (manibus *largis* omnia dedit). 20) Ita *ἁπλῶς λεγόμενα* opp. *πολλαχῶς λεγομένοις* ap. Plut. *de audiend. poett.*. 21) *Ἁπλοῦς κ. εἷς* opp. *παντοδαπῷ κ. ποικίλῳ, εἰς ἄλλον ἐξ ἄλλου τόπον* ap. Plut. *de adul. et amici discrim.*.

ut det, dati obliviscitur, ut qui grate accipit, accepti nunquam' (POTT.). Simil. Sir. 41, 22. *μετὰ τὸ δοῦναι μὴ ὀνείδιζε* cll. 20, 15. *ὀλίγα δώσει κ. πολλὰ ὀνειδίσει* et 18, 18. *μωρὸς ἀχαριστῶς ὀνειδιεῖ κ. δόσις βασκάνου ἐκτήκει ὀφθαλμούς (der Unverständige rückt's unhöflich auf und die Gabe des Neidischen kränkt die Augen)*. B) Non *ignominiose cum repulsa dimittit* [post KARPZ. MOR. STORR. AGSTI. et STOLZ. *(der niemand abweiset)* HOTT. *(niemand unerhört lässt, keinem etwas abschlägt)*]; np. 1) 'de molesta beneficiorum commemoratione .. vel cogitare in Deo absurdum fuerit'; 2) *ὄνειδος* (ut c. SCH. veram vim argumentationis HOTT. complectaris) 'probrum in petitionibus repulsa est; namque qui frustra orantur, plerique non simpliciter denegare solent, sed causas denegandi veras fictas proferunt, a vilitate nonnunquam, indignitate, nequitiâ precantis desumtas, ita ut acerbam contumeliam pro auxilio reportet, sperato *καταισχυνθεὶς* 1 Ptr. 2, 6. quum per se iam spes frustrata ignominiam habeat 1 Io. 2, 28. R. 5, 5. Unde *καταισχύνεσθαι* בּוֹשׁ *pudefieri* i. q. excidere ausis, coeptis, spe falli, non impetrare petitum'. Verum 1) si vel non diserte nostro l. talia a Deo aliena pronunciarentur, nec constaret translata tantummodo verba de rebus spiritualibus singulatimque de Deo haberi: certe non magis 'sobrie' idem Deus 'aliquem ignominiose cum repulsa dimittere' diceretur (POTT); 2) e sensu tum demum inesse dici posset, si uno alterove additamento tale quid esset declaratum. *'Ονειδίζειν exprobrare, incusare*, singulatim *conviciari*, nunquam legitur de *repulsâ* si vel ignominiosâ; certe verba Sir. ll. *ὀλίγα δώσει κ. πολλὰ ὀνειδίσει*, quanquam posthac sequitur *σήμερον δανιεῖ κ. αὔριον ἀπαιτήσει*, non posse verti: '*pauca dabit, multo plura negabit*' (HOTT.), docent interposita *καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς κήρυξ* (GES.). Multo minus iuvat [c. AGSTIO all.] comparare חרף *carpere, proscindere*, (tanquam vile quid) *proïcere;* cuius sensus quanquam varii admodum et esse possunt et revera sunt modi variaeque quibus a LXX redditur voces, de datâ acceptâve *repulsâ* ne legitur quidem in codice sacro.

Ad universam sententiam haec lubet annotare: I) Veteres etiam multi sunt in *dandi* et celebranda *simplicitate* et castiganda *exprobratione*. 'Gratissima sunt beneficia parata, facilia et occurrentia, ubi nulla mora fuit nisi in accipientis verecundia'. 'Utique non *contumeliose* dandum: nam cum ita naturâ comparatum sit, ut altius quam merita, iniuriae descendant et illa cito defluant, has tenax memoria custodiat: quid expectet, qui offendit dum obligat?' 'Fabius Verrucosus beneficium ab homine aspero dure datum *panem lapidosum* vocabat'... 'Lacerat animum et premit frequens beneficiorum commemoratio' (Sen. de benef. 1, 1. 2, 1. 7. 10.). *'Ονειδίζειν οὐ μόνον τὸ εὐεργεσίας ἀναφέρειν τοῖς εὐεργετημένοις . . ἀλλὰ κ. ἁπλῶς ὀνοστά τινα κ. ἐπίμομφα λέγειν* (Eustath.). *Καλῶς ποιήσας οὐ καλῶς ὠνείδισας· ἔργον καθεῖλες πλουσίου πτωχῷ λόγῳ, καυχώμενος τὸ δῶρον ὃ δέδωκας φίλῳ, ἔργῳ στρατηγὸς γέγονας λόγῳ ψιλός* (Menand.). *'Εγὼ νομίζω τὸν μὲν εὐπαθόντα δεῖν μέμνησθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι· εἰ δεῖ τὸν μὲν χρηστοῦ, τὸν δὲ μὴ μικροψύχου ποιεῖν ἔργον ἀνθρώπου. Τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ὑπομιμνήσκειν κ. λέγειν μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν* (Demosth.). II) Utrumque, *διδόναι ἁπλῶς* et *μὴ ὀνειδίζειν*, non solum gentili adeo homine iudice rectissime Deo tribui sed apposite etiam et iungi et lectoribus hoc singulatim modo proponi, monstravit Heis. e l. Plut. *de adul. et amici discrimine*. Np. Deum poterant sibi *inimicum* credere a) ob *afflictiones*, b) ob *defectionem a religione iud.*, c) ob *fluctuationem in relig. xt.*; praeterquam enim quod afflictatio punientis videri poterat, multi etiam animum suum alii ad pristina sacra nimis adhuc advertebant, alii adversus calamitates nondum satis firmaverant. 'A

numine autem ipso quanquam alienum est immediate vitioseve exprobrare, mediata tamen exprobratio removeri nequit. Fit ea, non solum 'sancte iusteque' sed etiam 'paterne, leniter, insigni ipsorum hominum beneficio', partim '*interne* per conscientiam', partim '*externe* per verbum div. eiusque praecones' nec non 'reapse' per fatorum vicissitudines; quid quod *oranti* adeo haud raro accidit partim per internos 'morsus', partim eo quod Deus 'nihil minus facit quam quod ille vel sexcenties rogat'. III) Ad Deum confugiendum non tam quod '*in magnis calamitatibus vix apud nos sumus*' (Pt.), sed quod *vera sapientia a Deo demum accipitur* [Prov. 2. 3. cll. Sir. 1. 2; 2 Chr. 1, 7–12. cll. Sap. 8, 21: *οὐκ ἄλλως ἔσομαι ἐγκρατὴς ἐὰν μὴ ὁ θεὸς δῷ, κ. τοῦτο δὲ φρονήσεως τὸ εἰδέναι τίνος ἡ χάρις·* et 9, 6: *κἂν τις ᾖ τέλειος ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων, τῆς ἀπὸ θεοῦ σοφίας ἀπούσης εἰς οὐδὲν λογισθήσεται·* add. Plut. Is. et Os. in. *πάντα μὲν τἀγαθὰ τοὺς νοῦν ἔχοντας αἰτεῖσθαι δεῖ παρὰ τῶν θεῶν, μάλιστα δὲ τῆς περὶ αὐτῶν ἐπιστήμης.* Theocr. Id. 17, 137: *ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διὸς αἴτευ.* Hierocl. *πῶς ἂν λάβοι τις τὸ εὖ, μὴ διδόντος θεοῦ; πῶς δ' ἂν δοίη τῷ πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτεξουσίῳ μὴ αἰτοῦντι ὁ διδόναι πεφυκὼς θεός;*] cll. v. 17; quae sapientia *εὐσέβεια* est et *πνεῦμα ἅγιον*, nec solum 'e veteri Iudaeorum opinione nec a Xtianis exutâ ... a Deo interveniente *πνεύματι ἁγίῳ*' derivata. IV) Adeptio confidenter expectanda. '*Ὁ πατὴρ ὑμῶν ὃ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν* (Mt. 7, 11); *πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε πιστεύοντες, λήψεσθε* (21, 22. cll. Io. 14, 13 sq. 16, 23 sqq.). 'Verumtamen probe animadvertendum, hoc tantum valere de *sapientia*, de veris quae orantur bonis (v. 17.), non de quibusvis hominum petitis quae stulta plerumque sunt ac temeraria' (Sch.); unde Iac. ipse *τῇ εὐχῇ τῆς πίστεως* 5, 15. vim tribuens, alii precationi 4, 3. successum abnegat, quia (quod sane satis fidenter fieri poterat!) *malo* consilio fundebatur (*διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε*). Rite precandum; *ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ* atque *πνεύματι ἁγίῳ*· in sapientissima summi numinis dispensatione nunquam non acquiescendum eique omnia ac singula fidenter ac lubenter committenda; hoc illudve absque tali animo voluntati div. prorsus se dedente si vel pie et ardenter petere et expectare, aeque abusus est ac si v. c. *peccando* (ut np. *libertatem* tuam experiaris ac commonstres) ad *licentiam* delaberis. Cavenda est quaevis provocatio (Mt. 4, 7.); 'distinguendum inter affectus et fidem, dum orationi mens intenta est' (Zwgl.); ubique cum Xto dicendum sentiendumque: *οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ* (Mt. 26, 39.); sic demum 'certi sumus, Deo rem placere eamque recte a nobis designari, siquidem ex hac et in hac fide a Deo petimus; is autem certo efficiet et dabit quod est nobis et aliis bonum, licet saepe homines hoc fieri non videant' (Sml. cuius haec etiam verba nostris temporibus operae pretium fuerit adscribere:) '*Nostra aetas eo delapsa est, ut pudeat et taedeat multos, xtianum animum sermone et votis prodere .. ut ne alteri parti, cultiori si placet, displiceant. Nec tamen nos aliquid praecipitantius designavimus, de vi precum; quia ista phrasis facile per imperitiam possit falso intelligi, ut quidam ita loqui solebant, vim Deo afferri, Deum quasi cogi. Talium bonam mentem facilius excusare licet quam sermonem. Istud autem certum est, succrescere quasi divinitus animi magnitudinem et fiduciam precum iusto usu et exercitio; et talem facile credimus et plura et maiora efficere, de quibus alii ne cogitare quidem sustinebant*'.

6—8. Qui *vero* impetrare vult, quod petit, *petat cum fiducia*, in re quippe divina *nihil* nec ob calamitatum molem nec ob virium exiguitatem *dubitans* ac diffidens. *Nam qui* non totus fidit Deo sed *dubitat* humanasque rationes circumspectat, non stabilis est sed circumagitur dispelliturque, *similis* fluctuatione sua *fluctibus maris tempestatum arbitrio huc illuc iactatis. Etenim* id certe *nolit opinari ille* talis *homo, se accepturum esse* petiti *quid a Deo;* quippe cuius s. voluntati s. facultati haesitando diffidat, *homo* inquam inter Deum et mundum *animo* quasi *divisus* ideoque *instabilis* et inconstans non solum in precatione sed *in suae* etiam vitae *omnibus* quasi *viis.*

6. Abesse debet omnis fluctuatio animi. *Αἰτείτω ἐν πίστει*] *in fide* quasi constitutus, *fidenter,* 'cum certa spe atque fiducia im-

petrandi' (HOTT.) si vel non semper et statim diserte optata, certo tamen vere salutaria. Auget et explicat addens *μηδὲν διακρινόμενος*] — formulâ etiam Act. 10, 20. 11, 12. obviâ, vocabulo ad 2, 4. uberius tractando — *nihil ambigens* i. e. 'plane nihil dubitans aut diffidens', np. (SCH.) 'ut potentiam, sic voluntatem suppetere Deo largiendi', nec non 'id quod petimus, unum omnibus rebus aliis praeoptandum, unum totis animis omnique virium contentione sectandum esse per omnes casus ac discrimina rerum, non modo quoties et quamdiu facile, commodum, iucundum, utile videbitur, deserendum autem si labores, molestias et aerumnas exigat, si fortunarum iacturam, si necessitatem importet iis, quae maiori parti pulcerrima videntur, renunciandi et abstinendi'. Alluditur fortasse ad illud Xti: *ἐὰν ἔχητε πίστιν κ. μὴ διακριθῆτε .. κἂν τῷ ὄρει τούτῳ εἴπητε· ἄρθητι .. γενήσεται* (Mt. 21, 21 sq. cll. 17, 20. *ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως τλ.* et R. 4, 19 sqq. *μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει ὁ Ἀβρ. . οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει . . πληροφορηθεὶς ὅτι ὁ θεὸς δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι*). Quemadm. hoc, apostolis quidem primo loco dictum, universe tamen valet, ita nostri etiam castigatio nec restringenda est (cum SML.) ad doctorum et antistitum fluctuationem (qualis Petri Act. 10, 20.), nec ad eorum arrogantiam qui *μεθ' ὑπεροψίας αἰτοῦσιν, ὑβρισταί* (THEOPHYL.); in censum prae reliquis venit *ὁ λέγων ἐν ἑαυτῷ ὅτι πῶς δύναμαι αἰτῆσαι τι παρὰ τ. κυρίου κ. λαβεῖν, ἡμαρτικὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν;* (OECUM.). Vertas: 'mit ungetheiltem Vertrauen' (PORT), quod latius patet quam: 'mit Vertrauen u. ohne an der Erhörung zu zweifeln' (HOTT.) et definitius est quam: 'mit Glauben, ohne allen Zweifel' (SCH.). Paulus dixit *προσεύχεσθαι χωρὶς διαλογισμοῦ* 1 Tim. 2, 8.

Fluctuatio infringit, internae externaeque vitae tranquillitatem et successum. 'Inconstantem et vacillantem animum pulcra similitudine explicat: quid enim magis inconstans quam mare tempestatibus et ventis iactatum?' (ZWGL.). *Ἔοικε*] Hesych. *ὁμοίωται, ὅμοιός ἐστι*; in NTo nonnisi hic et v. 23. *Κλύδωνι*] a *luendo, eluendo* dict. *humor, maris* q. d. *unda, mare ipsum, maris tempestas* (e connexione notionum omnibus linguis communi). Cf. Lc. 8, 24. *κλύδων τοῦ ὕδατος* et Ion. 1, 4. 11. 12. ubi hebrr. סַעַר בַּיָּם et סַעַר הַיָּם. Tertium comparationis (aliter quam Ies. 48, 18. ubi גַּלֵּי הַיָּם pingunt *affluentiam*) est exagitatio; hinc *ἀνεμιζ. κ. ῥιπιζομένῳ*] q. d. *οὐκ ἔχοντι τὸ ἑδραῖον κ. στάσιμον* (OECUM.). Sunt *fluctus ventis iactati* [22]) adeoque

---

22) Videntur *ἀνεμιζ.* et *ῥιπίζ.* simplicissime ita componi, ut — (quibus alii distinctiones *generalis* et *specialis*, *incipiendi* et *ingravescendi*, motus *sursum deorsumque* faciendi adaptarunt minus facile) — referantur alterum ad *causam*, alterum ad *effectum*, quod Philo dixit: *πρὸς ἀνέμου ῥιπίζεσθαι*. Np. *ἀνεμίζεσθαι* (verbum nonnisi in NTo obvium) est *ventilari*, ventis *agitari*, *ῥιπίζεσθαι* (c. Etymol. M. a *ῥίπτειν rapere, iacere* ducendum) *iactari*, nimirum identidem, huc illuc. Sunt qui a subst. ordiantur: *ῥιπὶς ventilabrum*, quod modo *follis* modo *flabellum* est, prout aura excitandi ignis refrigerandive causâ (*zum Anfachen od. Fächeln*) movetur. Quum de utroque motu vbum etiam dicatur [Hesych. *ῥιπίζει· φυσᾷ, πνεῖ, πνοὴν πέμπει, ἀναπαλεῖ*], n. l. A) Plerique omnes: *quasi flabellari, flando excitari* (ut minus finito addatur vocabulum definitius); B) HEIS.: *quasi calefieri et accendi* (ut exagitatio cogitetur

nec *fundati* nec *quieti*, quibus homo diffidens assimilatur, quippe ipse etiam *iactatus* absque *fundamento* et *quiete*, *ἀνεμιζόμενος* quasi et *ῥιπιζόμενος*. Fluctuat incertus et distractus 1) inter spem et metum; modo sperat modo desperat animus, ut fluctus modo surgit modo cadit; 2) inter optionem et actionem; 'assidua mutatio propositi et nunquam residentis animi volutatio ac vita pendens, turbo quasi animos nostros rotans quo rapti aliud ex alio comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus' (Sen.) — sicuti fluctuationis marinae alia semper comparet facies, novi semper suborientes evanescentesque fluctus; 3) inter successum et frustrationem; quemadm. fluctus casso quasi molimine assurgunt reciduntque, quo altius eo profundius. Talis homo '*nunc hac tendit nunc illac, proposita atque instituta vitae identidem mutat, itaque nihil quidquam proficiet, exoptatam metam quippe ancipitem et variam nunquam attinget omnibusque bonis quae expetierit, veris falsisque, terrenis et coelestibus, tandem privabitur*' (Sch.).

7. Haec agnoscenda sunt, si vel aliter homo et velit et soleat. *Μὴ γὰρ οἰέσθω . . λήψ.*] *namque non profecto accipiet aliquid a Deo* eorum quae petierit, *si vel opinetur*, sibi persuadeat *temere et arroganter*. Non dixit *μὴ λήψεται*· diserte enim occurrere volebat *errori* satis proclivi saepissimeque inter Xtianos etiam obvio, quod sc. crescente imbecillitatis vanitatisque conscientia non minus temere et pertinaciter Deum quam antea homines aggrediuntur, provocaturi potius et coacturi quam modeste cedentes pieque se dedentes. Expressit igitur a) *spem* quae revera fuerit, eamque b) *vanam*, si vel ex *arrogantia* — quae fere subest acceditve (cf. *Dünken* et *Dünkel*) — confidentem. Np. confidentia etiam talis hominis hic illic comparens exaudiri nequit atque ad exoptatum exitum pertingere. Veram fiduciam et pietatem quis invenerit, veramve tranquillitatem et salutem quis expectaverit in animi dispositione quae s. temeritas est s. pertinacia? Et humanitus etiam successum ipse impedit; 'diffidit et partem auxilii aliunde circumspicit aut illud sperare desinit' (Sml.); uno verbo, deest animi *πληροφο-*

---

ex interno quasi igne oriunda). Hoc, quanquam undae spumantes ventis revera incalescunt Latinisque etiam *ebullire aestus*que drr., longius tamen petitum est; illud autem orationis videtur lumen universae comparationis vim infringens, ut optime sentietur in Luth.: '*vom Winde getrieben u. gewebet*.' Sufficit 1) quod *ῥιπὶς* ipsa (pariter atque *ῥιπὴ* *iactus* [res quae iacitur et quae iacit] a *ῥίπτειν* demum descendit: *instrumentum agitandi*, *movendi* np. auram; nisi succurrerit cuiquam c. Heis. *ῥίψ* '*ramus saligneus*', qui fuerit rudiori aevo *flabellum* *ῥιπὶς* ideo dictum; 2) quod ista et vba et substt. *vehementiam* aliquam fere involventia, rarius tantum ideoque translate demum de *levi lenique motu* drr. Imaginis ipsius quam latus sit ambitus, disce a Heis. qui summam instabilitatem pingi censet hominis, qui errorum *ventis* modo ad *littus* fidei speique iactatur, modo in *abyssum* diffidentiae revolvitur; modo in *sublime* tollitur fastus mundani, modo *imis arenis* miscetur nunc desperationis, nunc afflictionis, adeoque et *fluctuum* summa *inquietudine* ac fervido *aestu* exagitatur, et saevissimo *fremitu* obmurmurat, et omnis impuritatis *coenum et lutum* eiicit. Nos his fungamur ll. pp. adscribendis: Eph. 4, 14. *μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι κ. περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας*· Iud. 12 sq. *οὗτοί εἰσι νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι . . κύματα ἄγρια θαλάσσης*· Dio Chrys. Orat. 32. *δῆμος ἄστατον κακὸν κ. θαλάσσῃ πάνυ ὅμοιον, ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται.*

ρία (Hebr. 6, 11. 10, 22.) quae cuiusque successûs et pignus est et conditio. '*Nihil praeclari sine constantiâ perfectum est unquam*' (ZWGL.).

Alias in aliis quaesiverunt ἐμφάσεις: 1) λήψεσθαι (non δοθήσεσθαι) *aus keinem Mangel der Kraft od. Willigkeit u. Güte bei Gott, sondern aus e. Unfähigk. u. Unempfänglichk. der Person* (BMG.); 2) τι a) 'ne hilum quidem, multo minus pleraque aut omnia' (HEIS.), *gar nichts — gegen das Vorurtheil, wenigstens nicht ganz leer auszugehen* (BMG.), b) nihil *spiritualium*, c) nihil *sapientiae* (utrumque quia et cuivis operi humano imbecillitas adhaereat et Deus imbecillitati etiam det); 3) παρὰ τοῦ κυρίου — quum ob v. 5. non commode *Xtus* (GROT.) esse possit — *a Deo* a) quanquam *domino*, '*nicht einmal von Gott dem Herrn*' (BMG.), b) quippe *veracissimo* (HEIS. quia κυρ. involvat cogitationem hebr. יְיָ); 4) ἄνθρωπος (n. ἀδελφός) non sine *contemtu* (quod certe exaggerare vetat appos. ἀνήρ v. 8).

8. (Nequit impetrare) *quippe* ἀνὴρ δίψυχος] *homo ambiguus, anceps* q. d. *duplici animo, doppelherzig*. Duplex cogitari potest in homine διψυχία *animi divisio*. 1) Propria, δυὸ ψυχαί (Xen. Cyr. 6, 41) s. 'animus in partes tributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers' (Cic. Tusc. 2, 21), uno verbo: distinctio animi et animae. 2) Impropria, ubi sensus actionesque ex animo tanquam fonte fluentes testificari videntur *unius eiusdemque hominis diversos eosque* (ex oppositionis lege) *duos animos*, ut igitur haec animi ambiguitas non tam naturae sit quam vitae et efficaciae. Ea a) *externe* est *callida et versuta simulatio*, ubi quis *aliter agit aliter sentit* '*ita ut ex alio animo actiones, ex alio cogitata proficisci videantur*' (POTT); ita Hor. Od. 1, 6, 7. *duplex* Odysseus; Hebrr. dicunt דִּבֶּר בְּלֵב וָלֵב = ד׳ שָׁוְא Ps. 12, 3. al.; b) *interne* est *inconstans fluctuatio*, ubi partim *actiones non conveniunt sensibus ac voluntati*, partim *iidem sensus et actus* ipsi ac singuli (modo hi modo alii) *non concordant*: ita ut modo bonus sis modo bonae causae proditor, modo Deum respicias modo homines, modo illi confidas modo diffidas dubitesve, modo speres optima quaeque modo desperes ctt. Tale διψυχεῖν, διστάζειν τὴν ψυχήν[23]), יָצָא בְלֵב וָלֵב (1 Chr. 12, 33.) non est *pii* qui debet ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, ψυχῇ, διανοίᾳ sentire et agere Mt. 22, 37. cll. 6, 33. 10, 28 sqq. R. 8, 28. Phil. 4, 6. 1 Ptr. 5, 7. al. Explosit iam Sir. 1, 27. μὴ προςέλθῃς [precatione] κυρίῳ ἐν καρδίᾳ δισσῇ. 5, 9 sq. μὴ λίκμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ κ. μὴ πορεύου ἐν πάσῃ ἀτραπῷ· οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος· ἴσθι ἐστηριγμένος ἐν συνέσει σου κ. εἷς ἔστω σου ὁ λόγος· cll. 2, 12. οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς κ. χερσὶ παρειμέναις κ. ἁμαρτωλῷ ἐπιβαίνοντι ἐπὶ δυὸ τρίβους[24]), — In NTo praeter n. l. habetur nonnisi 4, 8. καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοὶ κ. ἁγνίσατε καρδίας δίψυχοι· igitur de *simulatoribus*. Quodsi in nostrum etiam l. transferretur, duplex redderetur causa cur nihil accipi possit, quia 1) *hypocrita* sit idemque 2) *instabilis* (Bz.) — id quod iusto certe imperitius expressum esset a scriptore ceteroquin idoneo. Sunt potius (quantumvis in ὑπόκρισιν alii iam inciderint alii magis minusve in-

---

23) Ταλαίπωροι οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχήν (Clem. R.) cll. Constitt. app. 7, 11. μὴ γίνου δίψυχος ἐν προςευχῇ εἰ ἔσται ἢ οὐ· λέγει γὰρ ὁ Κύριος ἐμοὶ Πέτρῳ ἐπὶ τῆς θαλάσσης· ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας! 24) Finitima sunt διπλοῦς, διττὴ καρδία, δίγνωμος, δίγλωσσος, δίλογος, δίφωνος simm. Add. Homeri διάνδιχα μερμηρίζειν, Virgilii *animum nunc huc celerem nunc dividere illuc*, et Plat. Reip. l. VIII. οὐκ ἄρα ἂν εἴη ἀστασίαστος ὁ τοιοῦτος ἐν ἑαυτῷ, οὐδὲ εἷς ἀλλὰ διπλοῦς τις... ὁμονοητικῆς δὲ καὶ ἡρμοσμένης τῆς ψυχῆς ἀληθὴς ἀρετὴ πόῤῥω ποι ἐκφεύγοι ἂν αὐτόν.

clinaverint) *haesitantes, fluctuantes.* Est enim appositio ad antecedd. et quidem per intermed. ὁ ἄνθρ. ἐκεῖνος v. 7. ad ὁ διακρινόμ. v. 6. Respondent etiam quae utroque v. sunt addita; quod enim imagine expresserat ἔοικε κλύδωνι, id formulâ repetit magis propriâ ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Ἀκατάστ.] 'non constitutus, sich nicht in guten Umständen befindend' (Mr.), *instabilis;* a) externe: *haud subsistens, statum* (ut ap. Hippocr. de temporibus, cibis, morbis *variantibus*, certae legi nondum adstrictis); b) interne: *sibi haud constans (unbeständig, unstät),* quemadm. *animo* ita etiam *fato et sorte anceps et distractus.* Est ἅπ. λεγ.; subst. saepius [etiam 3, 16.] de turbis et seditionibus. Ὁδοί] 'id quod Grr. ἐπιτηδεύματα vocant, sc. *vitae studia, instituta, actiones,* omnis denique sese gerendi ratio' (Hott.), 'omnia vitae consilia ac facta quin et fata' (Heis.): — ex pervulgata (Hebraeorum singulatim) comparatione *totius vitae* cum *itinere, singularum partium* cum *viis* et *semitis* (cf. דֶּרֶךְ et דְּרָכִים; *Wandel; Pfad, Pfade* simm.); eminet quidem *religio* [κατ' ἐξ. ὁδὸς dicta Act. 9, 2. 19, 9. 23. al.] in eaque *precatio*, nec tamen ideo restringend.: 'in tota sua religione ac fide' (Heis.).

Restant pauca de totius sententiae et conformatione et argumento. I) Fluctuat structura et interpunctio loci. Plerisque v. 8. visus est propriam ac singularem sententiam continere in arctissima rerum cohaerentia ἀσυνδέτως non sine vi adscriptam: *ein Zweifler ist unbeständig* (Luth.) s. *zweifelig ist er, unbeständig* ctt. Consilium adiectionis dixerunt 1) *probandi* antecedd.: '*denn getheilt ist sein Gemüthe*' (Stolz Hott.), est igitur indignus; 2) *docendi* nova (quae mediate demum, cumulum addendo, antecedd. firment): 'et hoc sequitur mali, si quis sit quasi diviso animo.. eum necesse est etiam inconstantem esse atque inaequalem in capessendis et agendis negotiis' (Sml.; Gbs. Sch.]; 3) *increpandi:* 'vae homini ancipiti et inconstanti in omnibus factis et consiliis suis' (Pott). At displicet sententia ἀσύνδετος in loco ceteroquin plene et scite copulato. Syr. consent. Mich. inde a voc. ἀκατάστ. versum distinxit vocabulis ἀνὴρ δίψυχος ad v. 7. reiectis. Ita nactus quidem est sententiae adiiciendae idoneum momentum: *nil accipiet vir anceps; inconstans (est) in omni vita!* Sed verborum abundantiam obtrusit minime nervosam. Carpz. v. 7. uncis incluso iunxit vv. 6 et 8. At particula γὰρ v. 7. coniunctionem flagitat non intercluisionem. Causam autem ista coniunctione dictam alii aliter definiverunt. a) 'Μὴ γὰρ .. refertur ad mandatum v. 6. ἐν πίστει' (Sml.) ita np. ut alteri γὰρ non sit subordinatum sed iuxta positum. Vulg. 'ergo', e sensu; unam nimirum fecit causam alterâ causâ nonnisi auctam et firmatam: *exagitatissimus est ideaque omnis precum adeptionis expers.* b) 'Particula causalis index est sententiae suppressae atque sic fere supplendae: *inanes sunt istae preces; neque enim* ctt.' (Hott.). c) 'Ἰὼρ h. l. partic. transeundi .. *dass ja ein solcher Mensch nicht glaubt* ctt.' (Pott). Verba sibi non constant. Quod merae *transitionis* adeoque *redundantiae* dixit, expressit tamen: *dass ja nicht* ctt. Inclinat ad d) 'Wenn.. *μὴ eine Warnung ausdrückt, so scheint γὰρ eine Verstärkung der Warnung zu sein, also:* profecto, sane, utique, *ein solcher Mensch meine doch ja nicht,* profecto non. *Vgl. Bretschn. unter γάρ* 3.' (Gbs.). Cf. Win. *Gr.* p. 373. ed. 3.

II) In summa sententiae gravitate exaggerata tamen est cohortatio ob singularem lectorum necessitatem. *Diffidentiâ* et *dubitatione* magis minusve omnes laborabant. Exagitabantur partim nimiâ superstitione iudaicâ, partim calamitatum formidine eo nonnunquam adauctâ, quod poenas divinas suspicarentur [cf. supr. p. 19]; accedebat quod Iudaeorum quoque, utut haud pauci maligne refragabantur, non deerant tamen qui melius animati de industriâ fluctuarent (*sich zu Jesu zu bekennen oder erst den Ausgang der Verfolgung abzuwarten,* ut expressit Bmg.).

Idem διψυχίας crimen, in nostram familiam eiusque doctores recentissime mordicus coniectum, diluit iam Sml. adversus Catholicos: 'constantissime eas sententias retinent Protestantes, quibus a Romanis improbioribus seiunguntur. Quod autem varietas non deest in explicationibus, id tam non pertinet ad vituperium,

licet et Bossuetus variationes Protestantium parum fortiter et liberaliter exagitare ausus sit: ut potius pertineat ad usum et exercitium xtianae sapientiae, quae similiter ut Paulus praeivit, puerilis quasi aetatis studia cum perfectione virili sensim commutat.' 'Doctrinae applicatio et illustratio non solum per provincias et omnia secula differt, ob externam intelligendi variam opportunitatem; sed etiam omnes Xtiani alacrioris ingenii et studii continui, non possunt omnino in intelligendi et applicandi modo unico contineri.' 'Externam religionem miscuerunt cum interna hominum singularium, et hanc per istam sic circumscripserunt, ut simul a religione xt. universâ discedere aliquis diceretur, si à religione externa eiusque formulis et adiumentis discederet. Est autem hoc certissimum, homines in xt. societate non coactos versari atque invitos, sique cogantur, id fieri non iure Xtianismi sed externae societatis.'

9—11. Dum *vero* diffidenti ne sperare quidem licet precum adeptionem, *gloriandi* adeo *causam habet confidens* quisque si vel *humilis* et afflictus, *sublimitatem* np. *suam. Dives contra* glorietur nonnisi *vilitate sud*, *quod* np. *ut flos herbae est periturus. Namque* ut *sol*, ubi primum *affulsit comitante* venti orientalis *ardore*, illico *exsiccavit* totam *herbam* matutino rore modo virentem ac vigentem; ut illico *eius flos decidit et decus formae oculis* tantopere blandientis *periit: ita etiam dives* cito ac subito *in* medio *vitae suae cursu* consumtus abreptusque quasi *flaccescet.*

Xtianus non opus habet pro flatu reflatuque fortunae animum vertere. *Καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινός*] *(non expectet precationis successum qui diffidit) glorietur vero qui fidem habet.* Namque *δέ*] non solum *apponendo* continuat (ut v. 6; q. d. *es rühme sich aber* — totum np. *πειρασμῶν* genus aliqua specie illustrans) [SML. POTT. al.] sed *opponendo* gravius hortatur; oppositionis autem vim in *καυχάσθω*] quaerere, iubet concinna sententiae relatio ad vba v. 7. *μὴ οἰέσθω ὁ ἄνθρ. ἐκεῖνος.* Notio gloriandi involvit notas 1) *gaudendi*, 2) *confidentiae*, 3) *externe expressi. Der Rühmende hält sich berechtigt u. legt's merklich an den Tag.* Augustius igitur A) *Gaudere* (=*χαρὰν ἡγήσασθαι* v. 2) [GROT. (*ἀγαλλιᾶσθαι*) SCH. ('laetari fretum aliqua re')]; B) *Commemorare, praedicare, saepe et diligenter cogitare* [CARPZ. SCHLEUSN. al.]. Insunt potius: '1) *e. Gläubiger kann bei allem Unglück wahrhaft glückl. sein;* 2) *sein Unglück gläubig erduldet erhöht sein Glück;* 3) *er muss diess erkennen u. bekennen, Geduld im Leiden üben, das gewöhnl. Urtheil v. Leiden zu ändern u. zu verbessern suchen*' (BMG.). Redit (per intermedium *αἰτείτω δὲ* v. 6.) ad cohortationem principalem v. 2. gaudium in calamitatibus, universe mandatum, augens et firmans tanquam legitimam de sublimitate Xtiani gloriationem. Appellatione demum *ταπεινοῦ* ad opulentos traducitur.

Καυχάσθω ὁ ἀδ. ὁ ταπ. ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ· ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ] Fluctuant vbum *καυχᾶσθαι* inter *iactationem* et *nisum* s. *confidentiam* (prout np. s. idonea s. temeraria est gloriatio); adjj. *ταπεινὸς* et *πλούσιος* cum substt. *ὕψος* et *ταπείνωσις* inter genus *externum* et *internum*, singulatimque *ταπεινὸς* inter *pauperem, pauperem factum, calamitosum*, *ταπείνωσις* inter *actionem* et *conditionem* eamque (aeque atque oppos. *ὕψος*) s. *praesentem* s. *futuram*, s. *huius* s. *alterius vitae;* constructio denique inter oppositionem *Xtiani* et *non Xtiani*, inter *zeugma, dilogiam* et *ironiam.* Amplus dissidendi campus!

Glorietur *ταπεινός*] *humilis.* A) *Demissus* mente et animo, *modestus.* Angustius; ob nexum; namque 1) versatur in uberiore tractatione calamitatum; v. 2. coll. 12; 2) opp. *πλούσιον* addita imagine ad genus externum diserte refert. B) *Pauper* [POTT. JESP. al.] ex opp. *πλουσίου.* At latius patent 1) vcbla ipsa *ταπεινὸς* et *ὕψος*· 2) antecedd.; *ὁ ἀδελφ. ὁ ταπ.* respicit ad *ἀδελφοὺς πειρασμοῖς περιπεσόντας* v. 2; 3) sqq.; *ταπείνωσις* non mera paupertas. Ergo non tam *ταπεινὸς* adstrictius, quam *πλούσιος* latius accipiendum. Est pars pro toto, *dives* pro *opulento:* 'locuples, fortunatus, affluens rebus externis' (MOR.). Non enim divitiarum solum sed omnium fortunarum describitur instabilitas. Itaque si vel *πτωχὸς s. πένης* haberetur, esset pars pro toto, *'mit dem Nebenbegriffe des Niedergedrückten, Leidenden'* (GES.). C) *Deiectus* e pristino commodioris et lautioris vitae statu *et* in contumeliam *abiectus* (SML.) quia v. 10. ad instabilem divitiarum conditionem respicitur. Certe addendi forent qui *pristinum* humilitatis statum noluerunt s. vexando s. deserendo Xtianos *emendare* adeoque se deprimentes ipsi aliquo certe sensu depressi et deiecti dici possent. D) *Afflictus*, 'carens fortunis externis omninoque calamitosus homo' (MOR.), *πειρασμοῖς περιπεσών* v. 2; *δεδιωγμένος ἕνεκεν δικαιοσύνης* Mt. 5, 10; *πάσχων διὰ δικ.* 1 Petr. 3, 14. Mos est SSae dicendi miseros et depressos per similitudinem pro demissis et piis (עָנִי, אֶבְיוֹן, עָנִי et עָנָו, דָּךְ et דַּכָּא, דַּל; *πένης, πτωχός, ταπεινός*... vid. Lexx.), 'divites' et nobiles pro insolentibus atque impiis (v. c. עָשִׁיר Ies. 53, 8. cll. Mt. 19, 23), ortus ille ex experientia quae ut omnium temporum communis ita civitati singulatim hebraicae perniciosissima evasit. Unde creberrima etiam in NTo paupertatis et miseriae gloriatio ac collaudatio. Mt. 5, 10 sqq. Luc. 6, 20 sqq. Rom. 8, 18 sqq. 2 Tim. 2, 12. 1 Ptr. 4, 13 sqq. al.

Ἐν τῷ ὕψει] *in altitudine* sive ipse collocatus sive gloriationem suam collocans, sensu eodem: *propter altitudinem.* *Ὕψος*] *Höhe,* transl. *Erhabenheit, Würde, Glücksstand,* dict. ex oppos. *ταπεινοῦ*· cf. מָרוֹם transl. dict. de Deo Ps. 92, 9. Ier. 17, 12; collatum a GAOT. רוֹמְמוּת est *elatio* Dei *surgentis* Ies. 33, 3. Sublimitas ipsa salvâ formulâ *κανχ. ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ* non solum iam praesens sed etiam adhuc futura cogitari potest; partim enim *re aliqua* gloriari recte is etiam dicetur qui *rei spe* gloriatur, partim nostri *ὕψους* pars integra ac praecipua est *spes* np. vitae futurae. — — A) *'Gloria vitae alterius'* [WTST. MICH. al.] 4, 10 (ubi tamen *ὑψώσει ὑμᾶς* non minus late patet) et Rom. 5, 2 (*καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ*· ubi non tam *ἡ δόξα* quam illa *ἐλπὶς* momentum facit). B) *Magnitudo animi* adversa tolerantis [AGSTI (*'Glück od. auch fester, standhafter Muth'*)]. C) *Divitiae* [POTT] ex opp.; np. *'ἐν τῷ ὕψει* pro *διὰ τὸ ὕψος'* h. s.: *propter divitias terrae amissas, coeli vero partas.* Vult *coelestes,* appellat vero *utrasque,* quasi *propter divitias gloriari* dici possit qui *earum defectionem sibi gratulatur!* D) *Sublimitas vitae internae, interna dignitas et felicitas.* 'Ut humilitas calamitatem indicabat, ita altitudo felicitatem omnigenam exprimet, eo modo quo Deus humiles dr. exaltare tum cum miseros et afflictos restituit felicitati. Hic Xtianus igitur iubetur *gloriari* de sua felicitate s. gaudere de ea in mediis suis illis miseriis. Sed illud *ὕψος,* felicitas, intelligenda erit promissio verorum bonorum. Quare etsi est religionis causâ afflictus et miser, tamen gaudebit, quoniam habet *ὕψος,* possidet veriora bona religionis beneficio' (MOR.); 'altitudo et *praesens,* qua si verum quaerimus, longe antecellit fortunatis et opulentis homo qui calamitates vel maximas tolerare omnemque inopiam sustinere quam honestatem ac pietatem deserere mavult, et fastigium honoris ac felicitatis *futurum,* magnifica omnium quae religionis causâ perferuntur compensatio' (SCH.).

Paucis: *seine Xstenwürde*, ζωὴ illa αἰώνιος quae in coelis perficienda in terris iam est et esse debet τῶν πιστευόντων quippe ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν μεταβεβηκότων Io. 5, 24. 1 Io. 3, 14. dicta Iac. 2, 5. πλοῦτος ἐν πίστει et κληρονομία τῆς βασιλείας nec non 1, 12. στέφανος τῆς ζωῆς.

Ὁ δὲ πλούσιος] Quominus *xtianus* cogitetur, non impedit certe ‘odium illud acerbum quo Iac. divites persequitur tanquam doctrinae xt. osores atque contemtores, a quibus ipsis Xti sectatoribus plurima veniat vexatio’ (HOTT. consent. POTT.). Namque 1) *divitiarum* in SSis usitata castigatio non exclusit *divites* nec a iudaicis nec a xtt. sacris. Unde 2) Iac. si vel fuerit ‘pro more Essenorum divitiarum contemtor’ (POTT), non poterat non divites etiam Xtianos si qui erant hortari et appellare. Quid quod 3) *diserte* id fecisse videri potest quum ipsa vv. collocatio sententiam explere suadeat: ὁ δὲ πλούσιος np. ἀδελφός — quanquam partim fuerunt qui in ipsa vocis omissione contrarium consilium quaererent [BMG.], partim ἀδελφοὶ nondum cogitandi sunt *Xtiani* a Iudaeis separati iisque oppositi, ut multi si vel ἐν θεῷ atque ἐν Χριστῷ, tamen non essent ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Certe 4) non refutat, quod *abusum* graviter castigat, *nimiam aestimationem* a) *divitum* 2, 6 sq.; b) *divitiarum* 5, 1 sqq.: quum nemo profecto felix praedicandus honorandusve sit propter meras τοῦ νῦν αἰῶνος fortunas. Recte igitur compararetur 1 Tim. 6, 17 sqq. τοῖς πλουσίοις . . παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι ἀλλ᾽ ἐν τῷ θεῷ τ. ζῶντι τῷ παρέχοντι . . πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν· πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι . . ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς . . εἰς τὸ μέλλον τλ. Ut ibi ab hominibus s. ad Xtum iam traductis s. certe traducendis divitiarum (quippe *a Deo ipso benigne impertitarum atque in futuram etiam salutem efficacium)* pia quidem et benefica dispensatio, minime vero contemtus et abiectio postulatur: ita Iac. etiam agere iam posset cum Xtianis divitibus, qui non tam ‘de divitiarum indole meliora iam didicerant’ (SML.) np. cum effectu, quam *didicisse certe debebant*, quum sane alioqui non habuisset, quod eos tam graviter hortaretur et castigaret. — Potest igitur dives cogitari fratri et appositus [ERASM. GROT. SML. MOR. JASP. GES.] et oppositus [WTST. POTT. HOTT.]; optio pendet ex historicis et lectorum et scriptoris rationibus, quae quidem nostrâ in re verae et plenae distinctioni et separationi Xtianorum et non Xtianorum nequaquam favent [vd. Prolegg.].

Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ] Expleverunt A) *Glorietur*, B) *Non glorietur;* uno, re accuratius consideratâ, sensu. Ταπείνωσις] h. l. non: *actio humilem reddendi*, sed: *conditio humilitatis*, ut Phil. 3, 21 (σῶμα ταπεινώσεως) Lc. 1, 48. al. ‘Ὕψωσις semel per libros SS. repertum Ps. 149, 6. itemque ταπεινότης nusquam in NTo et ap. LXX, semel ap. Sir. 13, 20. sic tamen ut in Ed. Alex. ταπείνωσις legatur . . Post BEZ. in huius nominis formatione RAPH. argutatus est frustra’ (SCH.). *Qualis humilitas* cogitanda sit, decernere debet praeter ea, quae explicationis causâ partim *apposita* partim *opposita* sunt, grammatica totius loci *compositio*. I) Appositio habetur haec: ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται]

quod floris instar herbae[25]) *transibit, praeteribit, peribit;* יַעֲבֹר. Subiuncta v. 11. amplificatio satis docet a) non dici argumentum, np. humilitatis in eo sitae *quod periturus sit* (q. d. *die Niedrigk. zu vergehen*), sed causam, np. gloriationis s. admittendae s. cavendae *quod (quia) periturus est;* b) non cogitari humilitatis transitum sed divitis. Nec sensum dubium reliquit. Est *imago fragilitatis:* herbarum enim flosculi 'subito proferunt sese et mox .. emarcescunt atque emoriuntur' (ERASM.); ἄνθει χόρτου ἀπεικάζει τὸν πλοῦτον, τὸ ἐφήμερον αὐτοῦ παραστῆσαι βουλόμενος (THEOPHYL.)[26]). Sed hoc haud leviter disceptabitur, quam arcte haec addita causa cohaereat cum cohortatione sua. Potest np. illius fragilitatis exaggeratio (per intermedium πλούσιος) τῇ ταπεινώσει s. A) *apposita*, s. B) *opposita* cogitari. Appositione in *humilitatem* coniiceretur *fragilitatis* nota; quod *proprius* iam vbis (ἐν τῇ ταπ. αὐτ.) dictum erat, idem *imagine* (ὡς ἄνθ. χ. παρελεύσ.) repetitum esset. Oppositione ab ista *fragilitate humilitas* liberaretur; iuberetur np. propter hanc ipsam fragilitatem vera et nunquam peritura ταπείνωσις peti. Talem autem — aperte laudabilem — a Iacobo cogitatam esse, certe eo, quod fragilitatem dixit et *divitis in universum* (quum potius sit divitiarum) et *omnium eius* πορειῶν (v. 11.), non evidenter refutatur in scriptore exaggerationem amante. Satis vindicant sententiae et ap. nostros *frequentia* et ap. nostrum *concinnitas.* Ceterum *quod periturus sit dives* (qui np. nihil est nisi dives ideoque *pereuntibus divitiis* ipse perit) noli elevare: *perire potest* [v. c. GROT. ('si diu procedit, np. vivendo, facile .. destituetur')]; recte enim BUS.: *Unvermeidlich ist eine Erniedrigung da alle Vorzüge entgehen, wenigstens im Tode; alsdann hört ein Reicher als ein Reicher ganz auf; nicht einmal bis an den Tod behält ein jeder seine Vorzüge; Gottes Gerichte können sie sehr schnell rauben.* II) Compositio orationis logica et rhetorica informata ab intptibus est ita, ut *duplici* in *plura deverticula* discedente *vid* ad *eandem metam, unum eundemque sensum*, omnes pervenirent. A) Zeugma statuerunt quotquot *humilitatem* et *vilitatem* qualemcunque, si modo altitudini et dignitati contrariam, negant esse posse *materiam vel gloriandi vel laetandi.* Eliciunt ad alteram sententiam explendam e prioris sententiae vbo *aptiorem* aliquam notionem orationis nexu monstratam; quae notio ut finitima esse debet, ita

---

25) Ἄνθος] *germen* et *flos*, ut פֶּרַח (a *findendo*), צִיץ, נֵץ et נֵצָה (a *micando*); ἄνθ. χόρτου] *flos herbae*, nec vero: 'herba virens vel *germinans*' (HOTT. JASP.; Hes.: βλάστησις· cll. Ps. 37, 2. כִּירֶק דָּשָׁא Lxx: ὡσεὶ λάχανα χλόης); habetur quidem χόρτος [*septum, pascuum, pabulum*; conferis חָצִיר, חָצִיר] non solum de *herba viridi* (עֵשֶׂב, דֶּשֶׁא) sed etiam de *foeno*: at obest quod ἐξέπεσε v. 11. 26) Ll. pp. Ies. 40, 6 sq. sec. Lxx (πᾶσα σάρξ ὡς χόρτος κ. πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χ. κ. τὸ ἄνθ. ἐξέπεσε — ubi in hebrr. add. כִּי רוּחַ יְיָ נָשְׁבָה בּוֹ ctt.) rep. 1Ptr.1,24; Ps.37,2 (ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται κ. ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται) 90, 5 sq. 103, 14 sqq. (אֲנוֹשׁ כֶּחָצִיר יָמָיו כְּצִיץ הַשָּׂדֶה כֵּן יָצִיץ כִּי רוּחַ עָבְרָה בּוֹ וְאֵינֶנּוּ) Iob. 14, 2. Sir. 14, 17 sq. (ὡς φύλλον θάλλον ἐπὶ δένδρου δασέος, τὰ μὲν καταβάλλει τὰ δὲ φύει· οὕτως γενεὰ σαρκὸς κ. αἵματος, ἡ μὲν τελευτᾷ ἡ δὲ γεννᾶται)

ad plenam oppositionem assurgere potest. N. l. constituerunt fere h. s.: *dives recordetur vilitatem suam*, s. 1) vbum contrariae significationis addentes [OECUM. (ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· ὁ δὲ πλ. αἰσχυνέσθω ἐν τῇ ταπ. αὐτοῦ· ἀλλὰ τὸ ἀναπαχθέστερον μεταδιώκων παρῆκεν αὐτό: *erubescat* i. e. erubescere potius deberet *de vilitate sua*, puta vanitatem divitiarum et huic et alteri vitae facile perniciosam) GROT. (ʿsuppl. ταπεινούσθω .. partim e contrario praecedente .. partim ex nomine seq. . *submissum gerat animum considerans suam vilitatem i. e. sortis instabilitatem*ʾ) HOTT. SCH. (ʿsc. μνήσθητιʾ)]; s. 2) partem tantummodo notionis servantes [CARPZ. MOR. (ʿfortunatus gaudeat de suâ miseriâ ..? Videtur non. Ergo intelligendum est vbum *aptius* .. sc. *metuat* suam ταπ. cogitet de suâ ταπ.ʾ)]. Utrumque non prorsus commode. Hic notio *cogitandi, considerandi*, utut quoad rem proxima, nimis a vbo καυχ. abest; illic apertior esse deberet contrariae significationis necessitas. Inde *durum* agnovit HOTT. ipse [27]), acerbe reiecit HERDER.: ʿ*alle Schönheit der morgenländischen Gnome ist hin; eben bei beiden muss καυχάσθω stehen: der Reiche soll sein als ob er nichts, der Arme als ob er alles habe! .. Muss man Schönheit u. Scharfsinn erst demonstriren, damit es nicht weggeschwemmt werde?*ʾ B) Dilogiam tenuerunt, qui utramque sententiam eadem voce explere malebant; s. 1) ταπείνωσιν in bonam partem accipiunt: gratuletur sibi a) *demissionem mentis animique* [RAPH. WOLF. SML.], b) *afflictionem xt.* [ERASM.]; s. 2) in καυχάσθω figuram aliquam statuunt: de vilitate sua glorietur a) *adeo* s. *potius* [GES.: *er rühme u. freue sich . . lasse sich nicht betrüben*], b) *quasi* [POTT (sent.. aenigmatica) JASP. (oxymoron elegans)], c) *si placet* s. *quantum volet* [WTST. BEZ. ROSENM.]: utrumque eodem sensu: agnoscat divitiarum vanitatem iisque gloriandi stultitiam. III) Oppositionis denique duplex cogitari potest ratio: a) *minus plena*, ex qua *oppositorum subiectorum* (ταπεινοῦ et πλουσίου) *commune* est *praedicatum* (eadem affectio quae nonnisi prout in *hoc illove* apparet, nunc ταπείνωσις nunc ὕψος dicitur); b) *plenior singulas* quoque sententiae *partes* complectens, ex qua utriusque et *glo-*

Pirke Aboth 4, 4 (הוה שפל רוח שתקות אנוש רעה *sis humilis spiritu quia spes hominis vermes sunt*). Ἔστω μόνος θεὸς καύχημά σου .. καὶ μήτ' ἐπὶ πλούτῳ ... σεμνυνθῇς ... ὅτι ὀξεῖαν ἔχει τὴν μεταβολὴν μαραινόμενα τρόπον τινὰ πρὶν ἀνθῆσαι βεβαίως. Philo. Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, κ. πάντα παρέρχεται ἡμᾶς· ἢν δὲ μή, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα. Anthol.. Add. (adv. divites) Iob. 20, 5 sqq. Ps. 49, 17 sqq. Lc. 12, 15 sqq. 27) ʿQuod licet durum videatur, tamen simillimis scriptorum cum sacrorum tum profanorum exemplis defendi potest. Ita Paul. 1 Tim. 2, 12. γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ· ubi clarum est ex ἐπιτρέπω eliciendum esse βούλομαι vel ἐπιτάσσω· 4, 3. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων τλ. suppl. κελευόντων. — Plato de Rep. 2. ed. Bip. VI, 227. τοῦτ' οὖν αὐτὸ ἐπαίνεσον δικαιοσύνης, ὃ αὐτὴ δι' αὐτὴν τὸν ἔχοντα ὀνίνησι· Καὶ ἀδικίαν, ὃ βλάπτει· ubi clarum est e praegresso ἐπαίνεσον eliciendum esse ψέγε. — Eurip. Phoeniss. v. 1223. τί μ' οὐκ εἴασας ἐξ εὐαγγέλου φήμης ἀπελθεῖν, ἀλλὰ μηνύσαι κακά; ubi ad postrema Schol. recte supplet ἀναγκάζεις. Sic etiam solent Latini, ut Cic. de off. 3, 2. *minime vero assentior iis, qui negant eum locum a Panaetio praetermissum, sed consulto relictum*: ad postrema supple: *dicunt* vel *putant*.ʾ

riatio et *gloriandi causa* sibi contraria sunt, idèoque quum Xtiani sublimitas sit internae vitae, animi mentisque vigor et felicitas aeternum augenda, *humilitas* illi opposita cogitari debet *externae aeternaeve vitae aliqua contumelia et miseria.* Hinc A) *Supplicium vitae alterius.* Impediverit scriptor ipse intelligentiam, quod in summa verborum et brevitate et ambiguitate, ne levissime quidem *coelestem vitam* indicavit. B) *Vilitas sortis. Dives glorietur paupertate sua* np. futurâ, facile metuendâ [POTT]. Si vel nolis eo offendi, quod notio *futuri* prorsus abest: sententia certe sibi non constat. Haec e notione *gloriandi* conseqneretur: *er rühme* [*freue, getröste*] *sich seiner* (*künftigen*) *Armuth* i. e. *dass er arm werden wird s. dass er arm werden kann.* Utrumque absurdum. POTT. contra h. s. expressit: '*tantum abesse debet, ut dives opibus suis se efferri patiatur, ut potius* (*divitiarum fragilitatis semper memor*) *iam pauper sibi videri et* (*divitiis moralibus praepollens*) *de paupertate futura gloriari debeat.*' Quid igitur? Dives ille paupertate suâ futurâ glorians, is ipse *abundans* est *animo et mente* et *hac sua abundantiâ* gloriatur! Aperta est orationis figura: *pauper quasi sit*, divitiarum quippe minime tenax, *idque non sine gloriatione: glorietur quasi futurâ paupertate*, ab ea quippe metuenda tam alienus ut honori adeo ducat eius onus religionis xt. causâ suscipiendum. C) *Afflictio vitae xtianae.* Dives aerumnis Xti causâ tolerandis a) glorietur adeo, in tantum earum metu nolit ab evangelii admissione servandâve fide absterreri, ut earundem potius afflictionem gaudio sibi ducat et honori. '*Er lasse sich die bei der Nachfolge Xsti unvermeidl. Verachtung u. Erniedrigung u. übrige Drangsal wohlgefallen, nehme sie willig an*' (BMG.); '*er lasse sich nicht betrüben, wenn er seinen Reichthum verliert, der edlere R. seiner Seele bleibt ihm doch*' (GBS.); — b) glorietur potius quam divitiis, quippe caducis citoque perituris. In posteriorem sententiam bene caderet addita ad cohortationem inculcandam exaggeratio divitis divitiarumque fragilitatis; prior vero aptius firmata fuisset provocando ad afflictionis xt. temporariam tantum longeque minoris felicitatis effectricem naturam: certe quod GBS. expressit: '*der Reichthum ist ja ohnedies etwas Vergängliches, ein flüchtiges unbeständiges Gut, er kann so schnell wie die Blüthe des Grases verschwinden*', id demum valet quatenus tanquam secundarium momentum ['*ohnedies*'] est appellatum. Utraque sententia infringeret gnomicam effati vim et concinnitatem; certe *externa* ista *ταπείνωσις* eatenus tantummodo poterat appellari, quatenus effectrix est rei *internae*, modestiae, constantiae, uno verbo, virtutis (et, quae eam non potest non sequi, felicitatis) xtianae. D) *Fragilitas fortunae.* Qui fortunis florens cum humilitate Xtiani eius etiam sublimitate caret, is *glorietur sua humilitate, quod np. herbae instar est periturus*, uno verbo: *nitatur si placet fragilitate sua.* Is sc. sensus, quum res appellata idoneae seriaeque gloriationis argumentum esse nequeat, sponte consequitur: *talis homo non habet quo iure glorietur; est totus caducus et instabilis; quodsi nihilominus a gloriola captanda abstinere nescit, sud glorietur ac nitatur instabilitate!* In hanc sententiae *εἰρωνείαν* inclinavit iam Pseudo-HIERON. (in commentar. in Threnos), probatus a BEZ. et ROSENM., leviter addubitatus ab HOTT. ('non spreverim modo sensus foret apertior neque' [?] 'apostoli indoles hanc figuram recusaret') et POTTO ('nec ego hanc rationem spreverim per se satis commodam; at... non est quod in *levioris momenti*' [?] 'ironia moremur'), temere repudiatus a GBS. ('*verdient keine Berücksichtigung*'). Commendat pluribus nominibus loci ratio. Etenim 1) versatur in *castigatione*, quam constat gravissimam fieri *per irrisionem;* 2) est ea rei, quae utrum vanior et perniciosior an arrogantior sit, non facile dicetur; 3) fit per oxymoron (*glorietur humilis altitudine, altus humilitate!*) ubi dum absona quis videtur dicere, gravius fere et acerbius loquitur; 4) utitur vbo quod malo sensu dictum in simplici iam imperatione irrisionem continet: *er brüste sich*..; 5) hoc vbum cum vi praemissum apertâ relatione ad duplex subiectum sibi oppositum in duplicem sensum item contrarium ipse vertisse vertendumque satis significasse non temere videbitur: apertior modus facile infregisset naturam ironiae, alia quasi agendo (contraria iis dicendo quae cogitari vult) ad scopum tendendi. — In eandem sententiam quanquam contrariâ seriae orationis viâ concedunt, qui zeugma statuunt [vd. supr.] h. s.: *dives haud obliviscatur vilitatis suae* i. e. fortunarum instabilitatis; quam semper recordatus *pudore aliquo ab omni gloriatione abstrahetur.* Non male fortasse in oratione plane pedestri, frigide in ep. hominis orientalis plusquam rhetoricâ. E) *Demissio animi. Glorietur* non fortunis quippe caducis faci-

leque noxiis, sed eâ virtute, quae opulenti etiam esse potest eiusque prae reliquis laudari meretur, *modestiâ et submissâ pietate*. In h. sensum contulit RAPH. Xen. de rep. Lacedd. p. 540. *οἱ κράτιστοι καὶ ὑπέρχονται μάλιστα τὰς ἀρχάς, καὶ τῷ ταπεινοὶ εἶναι μεγαλύνονται.* Commendant 1) usus SSae *miseros* et *depressos* tanquam *demissos* et *pios* informandi [vd. supr. p. 26]; 2) mos orationis gnomicae, *interna externis breviter et concinne componendo nervosam perspicuitatem sectandi*, quo accedit quod *figurae sacrae* non orientali solum sed universâ suâ naturâ non tam *acumini* quam *sensui ac pietati* inserviunt; aptissime igitur in altero etiam membro pariter atque in priore et *transitus* a re *externa* (*ταπεινὸς, πλούσιος*) ad *internam* (*ὕψος, ταπείνωσις*), et *relatio* rei internae ad *religionem* statuitur; 3) ipsa n. l. ratio a *ταπεινοῦ* appellatione, utut primo loco *afflictum* significante, *modesti* tamen notionem non prorsus excludens. Quod *τοῦ πλουσίου* ea ipsa *ταπείνωσις* cogitari debeat e qua *ὡς ἄνθος χόρτου* sit, refutatum est supra p. 28. Eodem c. CALV. redit WIN.; ille premit quod 'regnum Dei patefactum nos in contemtum mundi adducere debeat, ut sciamus, omnia quae prius in magna admiratione erant, vel nihili vel adm. exilia esse'; hic postquam in *Gr. NTi* c. HT. [vd. supr. p. 29. not. 27.] in ed. 1. repudiato, in ed. 2. p. 104. fecerat, quam mentem denuo mutavit in *Excc.* p. 81. et ed. 3. p. 482, sensum ita enarrat in *Obss.* p. 6: '*humilis glorietur nobilitate sua* qua per Xtum potitus est, *dives*, nobilis glorietur *humilitate sua* h. e. dives n. habet quo glorietur, nisi ab humilitate sua; nam divitiae mox periturae sunt v. 11; itaque hac una re glorietur, quod ad rerum terrenarum contemtionem atque ita ad veram sapientiam adductus est. *Die Erkenntniss s. Niedrigk. ist für ihn der grösste Gewinn, dieser Niedrigk. in welcher er sich im Chth. erblickt, möge er sich allein rühmen.*'

Confectis ita et consolidatis singulis, ut tandem rationem subducamus, haec nobis putanda videtur summa: esse gnomice dictum absque irrisione. Ordiendum est a paradoxo s. oxymoro: *der Niedrige rühme sich seiner Höhe, der Hohe seiner Niedrigk.* Ibi dum componuntur quae prima facie discordant, causa et nervus dupliciter quaeri debet, in vcblorum 1) exaggeratione, 2) ambiguitate. Utriusque duo sunt modi. Ubi enim absque omni vcc. ambiguitate cardo versatur in exaggerando, oratio s. a) in *exaggeratione* subsistit, s. b) ad *irrisionem* vergit. a) *Er rühme sich gleichsam seiner Hinfälligk. Unter keiner Bedingung der Hoheit seines Reichth.!* b) *Seine Hinfälligk. ist ja Grund genug, ihn zu rühmen und zu beneiden!* Utraque exaggeratio est fragilitatis, hoc solum discrimine, quod altera divitiarum est, altera divitum. Illâ pauperes quam efficacissime a nimia divitiarum aestimatione avocantur (*Reichth. ist nichts des Rühmens Werthes; ehr alles Andern mag man sich rühmen; während keine Bedrängniss dem Gläubigen s. Hoheit zu rauben vermag, ist dem Reichen nur s. Hinfälligk. gewiss!*); hâc simul divitum insolentia ad absurdum deducendo quam gravissime castigatur (*der Reiche, kann er das Rühmen nicht lassen, nun so rühme er sich s. Hinfälligk.!*). Illîc vis in oppositis latet (*ταπεινοῦ ὕψος, πλουσίου ταπείνωσις*), hîc in eo, quod haecce *ταπείνωσις* ut illud *ὕψος* tanquam argumentum gloriationis pronunciatur. Hoc demum cum vi dictum est, illud, utcunque vertatur, friget. — Ubi autem ambiguitate potius placuit uti, vcbla s. a) *eadem repetuntur diverso sensu*, s. b) *minus finite et perspicue concipiuntur* ita, ut notionis ambitus ipsâ cogitatione et latius pateat et paululum fluctuet. Ita *ταπείνωσις*, quanquam externâ suâ formâ ad *ταπεινὸν* respiciens, contrario sensu dicta esse potest, eademque, quanquam et *ταπεινῷ interna* demissio et *ὕψει externa* elatio (aliquando np. futura) adhaereat, ad genus *internum* haud temere restringetur. — — Duplex

igitur iniri potest nostri paradoxi aestimatio. Est sive *acerba irrisio* sive *seria oppositio*. In utramque valet quod GBS. adscripsit: '*man darf nicht vergessen, dass Jac. an Judenxsten schrieb; es war ein Lieblingsthema aller jüdd. Volkslehrer, den Reichen u. Hohen Strafpredigten zu halten, welcher Zug auch dem J. eigenthüml. ist u. in s. Br. oft hervortritt.*' Optionem autem facturo non desunt quidem quae acerbiorem figuram suadeant: a) quod quanquam uberius de divitiis agens, non tamen nisi in earum vanitatem invehitur, ut igitur videatur non tam divites ad dignam fortunarum dispensationem evehere voluisse, quam afflictos (ad quos illico redit v. 12) divitum depressione erigere; b) acris divitum castigatio aliquoties recurrens; cf. supr. p. 27; c) nervosa quae n. ep. esse solet oratio. Tamen ut mitiorem praeferamus, haec movent: a) quod in apertâ additae *causae* exaggeratione ipsa tamen *cohortatio* nonnisi *ambigua* [28]) dici potest; b) quod divitum et oppositio (tanquam οὐχ ἀδελφῶν) et irrisio disertius exprimi poterat, ut igitur Iac. ideo quod secus facit, videri possit non tam deprimere et percellere, quam docere et hortari voluisse; c) quod transitus, qui in irrisione certe simplicitate caret, egregius paratur oppositionis ope, np. ad *alterum virtutis periculum in divitiarum illecebris situm*; quod periculum pluribus profecto erat tractandum quippe et per se non minus graviter suaviterque incumbens, et illâ potissimum aetate haud parum adauctum 'qua sc. religio firmanda demum ac stabilienda cum multis gravissimisque impedimentis colluctabatur ac proinde fortis et constans eius professio maximam laudem habebat' (HOTT.).

Utut autem est, quod scriptor cohortatione suâ sibi voluerit recte complectitur POTT.: '*s. secundâ s. adversâ fruamini fortunâ, semper aequo animo sitis!*'; ad vba accommodatius promit GRASH.: *die xstl. 'Weish. zeigt sich z. B. in d. richtigen Würdigung der Armuth und des Reichth.; jene ist nicht unbedingt ein Uebel, dieser nicht unbedingt ein Glück; es kommt vor allen Dingen auf den Zustand der Seele an; u. dieser sei bei Allen so, dass man sie in jedem irdischen Verhältnisse reich nennen dürfe.' 'Der Arme traure nicht über s. bedrückten Zustand und suche nicht etwa durch Verletzung s. Xstenpflicht sich aus dems. zu erheben; vielmehr freue er sich, dass er im Bewusstsein s. Würde als Xst u. des edlen Reichth. s. Seele den irdischen Tand gering schätzen gelernt hat.' Der R. 'betrübe sich nicht, wenn er durch Verfolgungen u. Unglücksfälle erniedrigt u. s. Reichthums beraubt wird; er freue sich vielmehr, da ihm der wahrhaft bleibende Reichth. der Seele doch durch nichts genommen werden kann, jeder möglichen aüssern Erniedrigung; denn der sichtb. Reichth. ist ja ohnediess leicht vergänglich.'* Add. GBS.: '*Um seine Ermahnungen für d. Leben brauchbar zu machen geht J. auf besondre Fälle über und gedenkt der Prüfungen durch Armuth u. durch Reichth. Leichter sind immer die Prüfungen der A. als die des R. zu überwinden. Daher die Ermahnung des Armen nur kurz, mehr ein Trost u. eine Ermunterung, während er dem R. um ihn vor Stolz und Härte u. vor d. Abfalle zu bewahren, s. Nichtigk. ans Herz legt. So ist die strenge Ermahnung des R. zugl. e. Trost für d. armen*

28) Unde factum est, ut nulla sententiarum a veritate prorsus abluderet. Quod si enim ταπείνωσις 'praesens est conditió eius, qui non vera possidet bona, non perpetua, propria, sed quae fortuna credidit ad tempus, incerta, falsa, caduca, humana, ergo humilia' (SCH.), recte etiam dicetur 'poena divitis qui in hac ipsâ vitâ divitiis honoribusque suis, quando minime expectat, exuitur' (WTST.), id quod in *futuram* quoque vitam non poterit non vim habere; quo magis vero illa ταπ. a divite agnoscetur, eo et calamitatum xtianarum tolerantior, et in fortunis suis modestior erit.

unter Verfolgung seufzenden und noch dazu wohl von dem reichen Glaubensgenossen geringgeschätzten Xsten. Weiter fügt er in Bez. auf den A. kein Wort hinzu; das ist der beste Trost für dich, will er sagen, wenn du das flüchtige Scheinglück des R. in s. wahren Nichtigk. erkennst. — In jener Zeit war zu befürchten, dass wanken u. abfallen möchten, der A. in der Hoffnung s. betrübten Zustand zu verbessern, der R. aus Furcht s. Reichthum u. Glanz zu verlieren. Wenn nun d. Ap. den A. über d. Nichtigk. u. d. Druck des Lebens zu trösten u. zu erheben sucht, u. den R. aufmerksam macht auf das Unwesentl. seines Besitzth., so will er beide in der standhaften Anhänglichk. am Chth. bestärken[29]). Nec male BMG.: 1) *Lernet die äussern Umstände richtiger beurtheilen;* 2) *in Mangel verzweifelt und beneidet nicht, seid gleichgültiger als bisher, sehet ihn für vortheilhaft an;* 3) *in Ueberfluss freuet euch ihn an das Bekenntniss Xsti zu verwenden durch Wohlthaten, durch willigen Verlust.*

11. *Γάρ*] Amplificata imago *causam* reddit praemissae comparationis, ut v. 24. al. In *amplificatione* momentum faciunt I) Aoristi. Nec latius accipiendi nec restringendi (‘pro praesenti’ HOTT., ‘*in der Bedeutung des Momentanen*’ GES.; ‘sumitur exemplum futuri a praesenti vel praeterito aut ab eo, quod quovis tempore evenire solet’ SCH.]: ‘rem *futuri temporis* mente informant non simpliciter *futuram* sed *iam factam*, quae anticipatio nunc licentiae est poeticae, nunc piae confidentiae. Respondent Hebraeor. Praeteritis prophetic. possuntque Latt. *Futuro exacto* quodammodo exprimi: *surrexerit* i. e. surgit s. surget *sol* ctt. II) Coordinatio. Quae se invicem excipiunt sibique artificiosius subiungi poterant, non sine vi iuxta ponuntur: *surgit sol, exsiccat herbam, cadit flos, perit decor.* ‘*Es soll das schnelle Aufeinanderfolgen beider Ereignisse ausgedrückt werden: die Sonne geht auf und (sogleich) ist verschwunden*’ ctt. (WIN. Gramm. ed. 3. p. 228). Non minus igitur locum elevant, qui per Hebraism. *ἀνέτειλε κ. ἐξήρανε* pro *ἀνατείλας ἐξήρανε* dict. censent, quam qui orationem per *ἐὰν, ὡς* simm. explent. ‘*Es darf nicht eben ὡς, gleichwie suppl. werden, denn das οὕτως in den letzten Worten kann stehen ohne ausdrückliche Meldung der vergleichenden Sache, die aus den Bedeutungen der Wörter u. dem Zusammenhange zur Gnüge erhellt*’ (BMG.); ‘*es ist nicht nöthig ... die Schreibart ist poetisch*’ (AGSTI). III) Cumulatio. *Καύσων*] *aestus* 1) *solis* (Mt. 20, 12. Lc. 12, 55; hinc *ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσ.* = *ὁ ἥλ. καύσων*); 2) *venti* (*καύσων* Judith 8, 3; *ἄνεμος καύσων* Ier. 18, 17. Ez. 17, 10. Hos. 13, 15; *πνεῦμα καύσων συγκαῖον* Ion. 4, 8): ‘*urens ille ventus orientalis* et maxime *Eurus*, Ar. *Samum, Smum, Sam, Samiel* ctt. Hebr. חַמְסִין... *solis ortum comitari solitus* Ion. 4, 8’ (*κ. ἐγένετο ἅμα τῷ*

29) Comparavit praeter Grot. Excerpt. trag. p. 909: *Ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιθ' ὁ φέρων εἰ τἀγαθά, ἀγαθὸς ἂν εἴη καὶ ὁ φέρων καλῶς κακά*, et Horatii: *aequam memento rebus in arduis servare mentem non secus ac bonis, ab insolenti temperatam laetitiâ!* notissimum Schilleri: *Nicht an die Güter hänge dein Herz, die das Leben vergänglich zieren! Wer besitzt, der lerne verlieren; wer im Glück ist, der lerne den Schmerz!*

ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον [בְּזָרְחַ הַשֶּׁמֶשׁ] κ. προσέταξεν ὁ θεὸς πνεύματι καύσωνι συγκαίοντι) 'tam insignem exhalationum sulphurearum et nitrosarum copiam longo per arenas ardentes flatu colligit, ut sol per ipsum transparens iusto magis rubeat et homines nisi sub adventum eius spiritu compresso humi se prosternant, ventum istum spiritu inhalantes haud raro subito interficiantur, *herbae* vero *floresque vento isto adusti necentur.* Plura vd. in CHARDIN itinerar. pers. T. IV. c. 2. SHAW descript. Aeg. et NIEBUHR descr. Ar. p. 7 sqq.' (POTT.); cf. WINER. Lex. bibl. s. v. *Wind.* [30]). — Tertium comparationis hoc est: quemadmodum ventus ille perniciosus summo mane idque praeter expectationem irruit, ita miseriae tempestas in matutinâ adeo fortunae aurâ corripiet inopinatos; *cito ac subito concident* (cll. Plin. HN. 21, 1. 'quum spectatissime florent, celerrime marcescent'); imago autem eo erat aptior quum poenae divinitus immissae cum illo vento comparari soleant, ut Iob. 27, 19-21. Hos. et Ez. ll. cc. al. Elevant imaginem qui de *aestu solis ipso* [BNG.] cogitant; s. enim *meridianum* velint s. *aestivum*, minus cito ac subito pereunt gramina quae s. *meridie demum* exsiccantur, s. 'vere transacto deflorescunt' (SCH.). Quid quod αὐτοῦ vix abesse poterat et ἀνατέλλειν de medio sole — s. diei is sit s. anni — accipitur sine idonea probatione [31]). Ἐξέπεσε] cave ne transmisso נָבַל *cadere* compares נָבַל *marcescere* [POTT. GES.]; quod enim LXX hoc plerumque reddiderunt ἐκπίπτειν, fecerunt si non ex errore, certe e sensu: quum *flores marcidi* iidem etiam futuri sint *casuri.* Τὸ πρόσωπον] ut פְּנִים et *facies: species cuiusque rei externa*, v. c. Prov. 27, 23 (פְּנֵי צֹאן) Mt. 16, 3 (πρόσωπ. τοῦ οὐρανοῦ) Cic. Or. 28 (facies, vultus, sonus) ctt. cf. Gell. N. A. 13, 29. — Εὐπρέπεια] *decor* (Hesych.: εὐμορφία· Thom. M.: εὐπρεπὴς καὶ ἀστεῖος τὴν ὄψιν, κάλλιον λέγειν ἢ ὡραῖος, τὸ δὲ εὔμορφος κοινόν), הָדָר; *decor formae, decora et venusta facies*, quae l. p. 1 Petr. 1, 24 πᾶσα ἡ δόξα τοῦ χόρτου dr.

Οὕτω κ. ὁ πλ. . . μαρανθήσεται] Similitudo plantae in applicationem producta: *dives quasi marcescet* [נָבַל virorem speciemve floridam amisisse, יָבֵשׁ exaruisse] i. e. *flore suo ac decore privabitur*, quod JASP. alia imagine expressit: 'opibus affluens . . diffluet', HOTT. vv. pp.: 'peribit, *fructum divitiarum habebit haud diuturnum*' — ⸗ et quidem ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ] בַּהֲלִיכוֹתָיו, *in suis quasi incessibus* i. e. *in suis consiliis ac conatibus* s. *omnibus*

30) Minus perniciosum eumque vespere etiam et noctu flantem descripsit BURCKHARDT Reisen in Syr. ctt. p. 882. ed. GESEN. Fuerunt etiam qui קָדִים et קָלִים eundem esse dubitarent; erant certe simillimae efficaciae. 31) Pro mera auctoritate quamquam satis confidenter pronunciat SCH.: 'verbo ἀνατέλλειν, si quid videmus, h. l. non quotidianus ortus solis denotatur, sed annua illa tempestas, qua cursum altiorem sol petens minus oblique verticibus nostris imminet, aestas', et paulo inf.: 'similiter utique Mt. 13, 6. ἡλίου ἀνατείλαντος explicari debet *ineunte aestate*' [ubi nota elegantem opp.: *illico progerminarunt* (εὐθέως ἐξανέτειλε) sed *aestate demum exaruerunt!*]; certe quod iste ventus per eas tempestates quas Hebrr. קָצִיר, קַיִץ et חֹרֶף, messem, autumnum s. calorem et aestum vocabant, inde a medio Aprili ad med. Oct. valde torridus est atque molestus, circa aequinoctium tamen pluviis coelum temperatur, rem non conficit.

[plane et plene!] s. *mĕdĭtŭs* [subito!], iisque non solum *augendi opes* [SML. POTT. HOTT. SCH.] sed *totius vitae* [MOR.]. Contra orationis nervos alii 1) *μαρανθ.*] 'lenta quasi tabe consumetur' (POTT. JASP.] cll. Phavor.: *μαραίνομαι· ἀπανθῶ, ταβεφίω λατινιστί.* 2) *πορείαι*] *itinera mercaturae causd suscepta* [HERD. STOLZ]. Recte Hesych.: *αἱ πορείαι· αἱ ὁδοί* (cll. Lc. 13, 22); THEOPHYL.: *πορείας τὰς κατὰ τὸν παρόντα βίον διεξόδους φησί·* OECUM.: *πορ. τοῦ πλ. τὰς ἐν εὐπραγίᾳ διεξόδους καλεῖ, εἴτουν διοικήσεις ὧν μεταξὺ ἀνελπίστως κομίζεται τὴν ἐπὶ τὴν δυστυχίαν μεταβολήν.* Argutius et frigidius quam verius HERD.: '*ohne an den Hebraism zu denken, da Weg, Leben heisst* (*denn hier steht nicht ὁδοῖς sond. πορείαις*): *weiss jeder, dass im Or. die Kaufleute ziehen, Züge thun, wie's ja Iac. selbst uns* (4, 13. 14) *mit dem Zurufe an eben die Reichen nah genug hält: Morgen wollen wir hie und da hin! u. was war da in d. ganzen Gr.sprache für e. bestimmteres, eigentlicheres Wort als πορείαις?*' [εὐποριαις, ἐμποριαις?] '*Auch welch ein schöner Sinn in Jac. Bilde: mitten auf solchen Zügen*' [quidni etiam in vitae domesticae deliciis matutino herbarum vigori non male assimilatis?] '*sollten sie dahin sein! wie etwa der Wasserstrom Hiobs* (6, 15-20) *in d. Wüsten*' [cuius sane aliqua *πορεία* cogitari possit!] '*wie das Kraut unter dem Gluthhauch* (*der Sonne oder des brennenden Windes*).' — — nisi fortasse imaginis hanc malis applicationem: '*auf den Zügen dergl. die reichen Kaufleute im Mlande unternehmen, um grossen Gewinn zu machen, hier: mitten in seinem irdischen Streben*' (GRASH.).

Lectio *πορίαις* [A. 40. 89. 98. ed. Colinaei; probata ab ERASM. CALV. WTST. all. expressa (ex Er. auctoritate) a LUTH.: *also wird der Reiche in seiner Habe verwelken*] 'familiari librariis τοῦ ει et ι permutationi' debetur (WOLF. MOR. GRIESB. AGSTI POTT HOTT. GBS.]. Voc. *πορία* quod sit *affluentia*, notante iam H. STEPH. ex n. demum l. in Lexica nonnulla irrepsit. 'Nec enim ut *εὐπορία* ab *εὔπορος*, *ἀπορία* ab *ἄπορος*, ita etiam *πορία* a *πόρος*; sicut nec *ὁδία* ab *ὁδὸς*, licet ex *εὐοδος* ctt. originem habere sciamus *εὐοδία* ctt.' Item lectio unius cod. ser. (30) ap. MILL. *εὐπορίαις* et coniectura HAMMONDI *ἐμπορίαις* i. e. *mercaturis* (cll. Mt. 22, 5) eo magis repudiandae sunt, quo aptior vulgaris lectio et Hebraismo suo et sensu: '*non tantum ipsum divitem et ipsas divitias, sed etiam quidquid dives aut animo designat aut facit, marcescere*' (BROCHMAND. ap. WOLF.).

A vulgari distinctione (post ERSCHMID. et WOLF.) recedens HOTT. (probante SCH.) ita interpunxit: *ὡς ἄνθος χ. παρελεύσεται — (ἀνέτειλε γὰρ.... ἀπώλετο) — οὕτω καὶ ὁ πλ... μαρανθήσεται.* Sane 'comparatio prodit venusta atque numeris omnibus absoluta', nec 'obstat Fut. *παρελευσ.*' quippe non tam 'more Hebrr. pro Praes.' (HOTT.) dictum quam eleganter et efficaciter Aoristo opp. [*illico peribit — affulsit enim sol atque extemplo exaruit!*]; quod vero 'sermo ita abruptus et suspensus magis spirat et vi illa poetica effertur, quae plane est ex indole Iac.' id magis obstare videtur. Utut enim abrupte habet interpositio, plene tamen copulatae sunt protasis et apodosis. — Non magis cuiquam probabitur BAUMG. ita distinguens: *ὅτι ὁ πλ. ἐν τῇ ταπ. αὐτοῦ* (*ὅτι ὡς ἄνθ. χόρτου*) *παρελεύσεται.* Evitaturus, ut videtur, difficultatem sententiam ex antecedd. explendi, quaedam *παρενθετικῶς* interiecit h. s.: '*denn er ist ja wie eine Blume des Grases*'.

— Iuvat adscribere quae in h. l. commentatus est vir elegantissimus isque ipse *vitae commodae et quietae si quis alius iusto amantior*, ERASMUS. 'Arbores quoniam altis situntur radicibus ac solido robore fulciuntur, diu virent, quaedam etiam perpetuo, nec ventorum iniuriâ nec brumae rigore viroris gratiam ponentes. At *herba . . mox ubi sol efferbuit, succo suo destituitur quo temporariam illam floris gratiam alebat.* Itaque caulis languescens iam florem suum nec alit nec sustinet, sed arescit, senescit, emoritur, collabitur, quod paulo ante tantâ gratiâ blandiebatur oculis hominum. Ne quis igitur in his, quae

nec solida sunt nec diutina, *xtianus* glorietur, magis ea *spectet quae sunt aeterna, quae blandiuntur oculis Dei:* magis studeat esse *palma semper virens* quam herba mox ad levem iniuriam emoritura. Vides modo natum florem, qui decor, quae facies, quae coloris, quae odoris gratia? At mox ad austri flatum, ad solis aestum: qui languor, quod senium, quis interitus? Idem dies et nascentem conspicit florem et pubescentem et adultum et senescentem et mortuum. Huic assimilis est divitum felicitas. *Qui nunc purpurâ conspicuus, auro luxens, gemmis refulgens, magnifico famulitio stipatus supinus vehitur ac veluti numen quoddam inter homines colitur, si reflaverit fortuna, aut exutus bonis omnibus mendicabit exul, aut plorabit in carcere, aut sublatus in crucem pascet corvos, aut si nihil eorum acciderit, certe mors inopina subito strepitum omnem auferet.* Gentium est huiusmodi bonis metiri felicitatem, quae praeterquam quod a fortunae pendent arbitrio, praeterquam quod ut nihil aliud una cum hac vita nos deserunt: nisi contemnantur perniciem afferunt. Xtianor. est ea sequi, quibus aeterna parantur bona, in quae neque fortuna neque senium neque mors ullum ius habet. Non enim ideo beatus quisquam est, quia dives, sed *ita demum beatus erit, si ob evangelii professionem spoliatus iis quae possidebat, si spretis voluptatibus huius vitae quibus affatim fruebatur, pro Xto suffert cruciatus et carceres,* si eius amore in malis omnibus ad mortem usque perdurat infracto pectore, sic interpretans, *quo pluribus huius mundi malis prematur, hoc se cariorem esse Deo, qui ad suam gloriam explorat cultoris sui tolerantiam, quo simul et aliis exemplo sit ad contemtum huius mundi.* Et ipse' (pergit iam ad v. 12.) 'postea quam se strenue gesserit in certamine veraeque virtutis ac fidei documentum dederit, palmam et coronam feret non quernam aut lauream, nam marcescunt et hae, quod genus accipiunt qui praemium ac laudem venantur ab hominibus, sed *coronam immortalis vitae, quam pollicitus est* non homo quispiam, qui fallere possit, sed *Deus.* Pollicitus est autem non iis qui plurimum opum congesserint, non iis qui corporis robore praecelluerint, qui plurimum hostium fuderint: sed qui *ipsius amore* huius mundi bona spreverint, huius mundi mala fortiter pertulerint.'

12. *Beatus* contra *is est, qui* fortiter *perfert* calamitatum *tentationem; namque si* hac in exploratione *spectatae* fidei ac virtutis *virum se probaverit, reportabit praemii loco* aeternam beatamque *vitam, promissam a Domino* omnibus pie sancteque *ipsum amantibus.*

Pergit afflictos erigere s. *continuans* s. (si v. 10 sq. hortatio sunt ad divitiis recte utendum) *rediens.* *Ζωή*] חַיִּים et quod usitatius est חַיִּים - 'vita *suo nomine digna, quam nulla mors excipit, aeterna atque beata*' (Sch.), quae demum 'vera est praedicanda vel moriendo maturata' (Pott); quid de huius vitae tempore, indole ctt. 'Iudaeorum et Iudaeoxtt. statuerit pristina credulitas', non facit certe ad rem illustrandam ipsam. Momenta insunt haec: I) **Dignitas.** *Στέφανος*] '*insigne dignitatis, meritorum, victoriae; tum praemium metonymice*' (Sch.); ita etiam Hebrr. transl. *decus, dignitas* a) עֲטָרָה (a cingendo; Lxx: *στέφανος*) Prov. 12, 4. uxor proba עֲטֶרֶת בַּעְלָהּ; 16, 31. canities תִּפְאֶרֶת עֲטֶרֶת; cf. *στέφ. τῆς δόξης* 1 Ptr. 5, 4; b) נֵזֶר (a separando; Lxx: *τὸ βασίλειον, τὸ ἁγίασμα*) Ps. 89, 40; 132, 18. Lxx: *τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ* בֹּשֶׁת אֹיְבָיו *ἐνδύσω αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ αὐτὸν* יָצִיץ נִזְרוֹ *ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου.* Add. Prov. 4, 9. sapientia dabit לְרֹאשֶׁךָ לִוְיַת חֵן donabit תִּפְאֶרֶת עֲטֶרֶת; Sir. 1, 18. *στέφ. σοφίας φόβος κυρίου.* II) **Felicitas.** *Μακάριος*] Hes.: *ὁ πάντοτε ἐν ἀγαθῷ ὢν εὐδαίμων.* Tanquam solennis hortandi formula (אַשְׁרֵי הָאִישׁ) opp. sibi habet *οὐαί* (הוֹי). III) **Pietas.** Contingit *a Deo* idque nonnisi *piis* ac *probatis.* cf. 2, 5.. *Ἐπηγγείλατο*] Tit. 1, 2. *ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου. ἣν ἐπηγγ. ὁ ἀψευδὴς θεός. Τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν*] אֹהֲבָיו יי Ps. 97, 10. 1 Cor. 2, 9. et saepiss. 'Solennis *piorum Dei cultorum* periphrasis' (Pott); domi-

num *amare* est vitae sanctam rationem sequi, spretis et reiectis voluptatibus, quibus alii sic dant operam, ut Deum postponant' (SML.). *Δόκιμος γενόμ.*] *cum probatus fuerit. Δόκιμος* (a *δέχεσθαι*, vd. v. 3) 'genehmhaltungswürdig' (BMG.); talis quis per malorum tolerationem et *ipse fit* et *aliis sistitur;* probatae enim virtutis 'nemo neque sibi' ['bonam de se habuerit existimationem nonnisi semet ipsum expertus'] 'neque aliis, priusquam *δοκίμιον* aliquod s. *πειρασμὸς* tetigerit ipsum. hinc *γίνεσθαι δόκ.* probum sese praestare sc. periculis ingrediendis ac perfungendis; documentum suae probitatis dare' (SCH.). *Ὃς ὑπομένει*] *sustinet*, c. vi: *perfert*, 'itaque non cedit, non consentit in proposita irritamenta' (SML.); namque talis demum *probatur* et *coronatur* (add. v. 3. 4. et 5, 11); non solum *ferre cogitur, ferendo exploratur* [GROT. (cll. Hebr. 12, 7. Iob. 5, 17. אַשְׁרֵי אֱנוֹשׁ יוֹכְיחֶנּוּ אֱלוֹהַּ) HOTT. (= *πάσχειν* 1 Petr. 3, 14. cll. Hebr. 10, 32; ad 1 Petr. 2, 20. *ποῖον κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες κ. κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες κ. πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ θεῷ·* ipse notavit: 'non *patientiam* sed *solam passionem* significare GROT. existimat, et hoc *male*. non enim si quis innocens plectatur, id Deo gratum esse potest, sed si quis iniuriâ castigatus, id tamen patienter ferat')]; id enim agens ut praesentem 'molestiam soletur spe futurae compensationis', nec cogebatur nec licebat constantiam et fortitudinem transmittere, quippe unicam illius compensationis conditionem. *Ζωῆς*] Gen. A) qualitatis: *corona viva* [AGSTI] praemium nunquam periturum, *στέφ. ἀμαράντινος, ἄφθαρτος* (opp. *φθαρτός*) 1 Ptr. 5, 4. 1 Cor. 9, 25; B) determinationis et restrictionis: *corona in alterâ vitâ accipienda* [GROT.]; C) obiecti: *corona quae est vita, vita tanquam corona, praemii loco accipienda.* — Dr. *στέφ. ζωῆς* etiam Ap. 2, 10; *στ. τῆς δικαιοσύνης* 2 Tim. 4, 8.

Sententiae ratio. *Λήψ. στέφ.*] '1) *ein Umfang grosser Vorzüge u. Ehrenbezeugungen;* 2) *merklich, feierlich, rechtsbeständig ertheilt.*' *Ὃν ἐπηγγ. τλ.*] 1) *die Gewissheit der Sache;* 2) *die Nothwendigkeit der Bedingung. Die Bereitwilligkeit um Xsti willen zu leiden ist eine unzertrennliche Eigenschaft der echten Liebe zu Gott; nur diese macht zu solcher Erduldung fähig; billig also πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθαι τλ.* v. 2. (BMG.). '*Der Lohn des treuen Harrens bleibt nicht aus; nicht irdisches Gut, sondern ein ewiges Leben ist der höchste Schmuck für treue dem Herrn ergebene Liebe; glücklich der treu Beharrende, sei er arm oder reich!*' (GBS.). — Ll. pp. Ap. 2, 10 *γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου κ. δώσω σοι τὸν στ. τῆς ζ.* Rom. 5, 17 *ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι.* Sap. 5, 15 sq. *δίκαιοι εἰς τ. αἰῶνα ζῶσι κ. ἐν κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν κ. ἡ φροντὶς αὐτῶν παρὰ ὑψίστῳ· διὰ τοῦτο λήψονται τὸ βασίλειον* [צֶמֶד] *τῆς εὐπρεπείας κ. τὸ διάδημα* [כֶּתֶר] *τοῦ κάλλους ἐκ χειρὸς κυρίου . . . λήψεται πανοπλίαν* quae deinde per partes describitur. Add. praeter Ps. 1. Mt. 5, 10 sq. Hebr. 12, 4 sqq. cll. Prov. 3, 11 sq. 1 Ptr. 1, 6 sqq. 2, 19 sqq. 3, 14 sq. 4, 14 sqq. Iob. 5, 17 sqq. Sir. 2. Sap. 3.

Similitudinis origo. Ad paganorum ludos respici censuerunt FABER Agonist. 3, 10. KNABS. LÖSN. KYPK. BMG. MICH. PT. all. 1) *Στέφ.*] 'ad *agonisticam* certe coronam nolim referre quae Iudaeis nec nota nec optabilis' (SML.). *Nota* fuit, si non e rumore ludorum tantopere inter paganos celebratorum, certe ex Herodis M. studiis; eum enim Hierosolymae et Caesareae theatris magnifice extructis tales ludos instituisse, auctor est Ios. Antt. 15, 8, 1. 9, 6. [MICH.]. Nec vero *optabilis*. Addit Ios.: *τοῖς μὲν ξένοις ἔκπληξις ὁμοῦ τῆς δαπάνης κ. ψυχαγωγία τῶν περὶ τὴν θέαν κινδύνων, τοῖς δ' ἐπιχωρίοις φανερὰ κατάλυσις τῶν τιμωμένων παρ' αὐτοῖς ἐθῶν.* Vel Herodis paganorumque causâ vehementer refragati sunt Iudaei pompae isti moribus etiam satis noxiae. Itaque Iudaeis et Iudaeoxtt. minus apta et a Iac. singulatim Palaestinam vix egresso aliena recte videbitur imago a Paulo cum tanta vi inter ethnicoxtt. frequentata. 1 Cor. 9, 24–27 (*ἐν σταδίῳ — βραβεῖον — στέφ.*) 2 Tim. 4, 7. 8 (post *ἀγῶνα καλὸν — δρό-*

μον — στέφ. τῆς δικ.). II) Δόκιμος] 'bez. sich auf d. Untersuchung der Kämpfer welche von den Kampfrichtern (Gymnasiarchen) vorgenommen zu werden pflegte' [antequam np. ad decertandum prō corona admitterentur] 'die Kampfprobe selbst' [virtutis np. et peritiae athleticae; fiebat cum coaevis se exercendo] 'nannten die Griechen δοκιμασία' (Agesti). Item minus apte, insuperque longius repetitum. Cogitanda potius est δοκιμασία metallorum, quae VTi frequentatissima est *puritatis dignitatisque* imago. Vd. Lexx. s. vv. בָּחַן, צָרַף, זָהַב, נָסָה ctt.; sing. Ps. 12, 7 (verba Dei sunt pura כֶּסֶף צָרוּף בַּעֲלִיל מְזֻקָּק שִׁבְעָתָיִם) et Prov. 17, 3 (Lxx: ὥςπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος κ. χρυσός, οὕτως ἐκλέκται καρδίαι παρὰ κυρίῳ). 'Innuit tempore et usu continuo opus esse, ut homo ipse, tanquam per ignem aurum, a scoriis quasi omnibus liberetur et animo inseratur iusta quaedam perfectio' (Šml.).

Lectionis varietas. 'Ἀνήρ, Cd. A. 70 etc. ἄνθρωπος. Sed *vir* appellatur merito, quisquis periculum non modo ingreditur sed *sustinet*. 'Υπομένει, Cdd. plures ὑπομενεῖ. Perperam! Non enim de futuris sermo est. Coniectare quis possit ὑπέμεινε. Sed beatos esse existimat non perfunctos demum omnibus periculis, sed eos qui mediis in periculis adhuc versantur, si *sustineant*, non cedant, succumbant... 'Ο κύριος complures Cdd. ac Versiones, e. c. Vulg. ὁ θεός, quae varietas crebra glossematis instar est. A B. Arm. Corbej. utrâque hac lectione caret (Sch.). — Cogitandum esse non *Xtum* [Bng. al.] sed *Deum*, docet nexus; cf. v. 5. 13; utut autem lectio θεὸς interpretamentum esse debebit, subiectum tamen diserte appellatum esse, si non momenta critica, certe orationis vis flagitaret.

13—15. Contra *nemo quum tentatur* tentationibusque ad peccandum fidemque prodendum sollicitatur, *praetexat a Deo se tentari; Deus enim* pro summâ naturae suae perfectione omnino *tentari nequit circa mala* et sollicitari, *tentat vero* hac eâdem de causâ et sollicitat *ipse neminem. Imo nemo non tentatur suâ ipsius cupiditate;* eâ np. primum *elicitur* quasi *atque inescatur; deinde*, ubi hac illectatione in animum admissâ quasi *concepit*, 'paulatim grandescit et invalescit malus ille foetus donec *pariatur peccatum;* quod ubi suis numeris fuerit *consummatum* et quasi adultum, rursum incipit et ipsum gignere; *gignit autem* foetum omnium pessimum np. *mortem* aeternam' (Erasm.).

Quum de tentatione, qua Deus suos probat, coeptus esset sermo: ad alterum tentationis genus pulcre et commode deflectit Iac. his occurrens, qui *vocum similitudine vel falsi vel de industriâ abusi* peccatorum suorum culpam in Deum auctorem reiicere non verentur. Est enim haec Ep. fere in eos scripta, qui *fidem verbis professi factis et vitâ negabant, interim scelerum suorum culpam, ut ipsi essent excusati, Deo auctori adscribentes* (Zwgl.); 'qui egerat *de tristi, de turpi iam agit tentatione*' (Hsis.) s. accuratius: de turpi per tristem: tristia quaeque enim eatenus demum sunt tentationes, quatenus 'ad peccandum sunt illectamenta atque invitamenta' fiuntque prout aut vincuntur aut vincunt, virtutis vitiositatisve experimenta. Haec autem est demonstratio (ad v. 18. protensa), tentationem et singulatim ad defectionem (v. 12) et omnino ad mala non esse divinae necessitatis (v. 13) sed humani arbitrii (v. 14 sq.); np. 'qui tentatur, cum generatim res externae commovent vel blandae vel tristes, cum periculo quodam, per quod aut melior homo aut peior evadat. In deterius autem proprie accipitur tentari cum consilio studioque nocendi, quod quidem in Deum minime cadit. Neque omnino causa efficiens qualiscunque tentationis in Deo reperitur sed in hominis imbecillitate, quam σάρκα scriptores

sacri vocant atque *ἐπιθυμίαν* in carne naturâ insitam, Cic. libidinem, temeritatem. Nam si vacaremus hac imbecillitate: externa illa vim nullam haberent nos tentandi; ergo per carnem nonnisi tentamina nobis existunt, quemadm. *purum* aurum, etsi igne spectetur, non deminui potest nedum consumi' (Sch.).

13. Refutat temeritatem peccatorum culpam in summum numen reficiendi, quasi a Deo cogaris. 'Ὁ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα] 'Deus homines ad mala sollicitare non magis potest quam ipse sollicitari' (Ht.). Ἀπείραστος] NTi ἄπλγ. atque inde graecis Xtt. receptius (a πειράζειν); antiquiorum habent Galen. Hipp. aph. 1. Jos. dbj. 7, 8, 1. 5, 9, 3. [ut sit: *inexpertum, nullo experimento cognitum*], usitatius est (a πειρᾶν) ἀπείρατος et ἀπείρητος. Ipsa in τός verbalia rarius *active* habent [ut Soph. Antig. 1011 καλυπτός, Trach. 446 μεμπτός ctt.]; plerumque sunt *passiva* accedítque ex arcta notionum [*Möglich-Wirklichkeit*] necessitudine, ut etiam sensu *possibilis* dicantur: quemadmodum *invictum* constat Latinis esse, qui serioribus *invincibilis* appellatur — *nondum, nunquam victus; vinci nesciens, nequiens.* — A) Act.: *non experiens*, e sensu: *non tentans, sollicitans* [Aeth. Cassiod. Vulg. (*Deus intentator malorum est*) indeque Luth. (*Gott ist nicht ein Versucher zum Bösen, er versucht Niemand*)]; impedit quod idem diceret duplici phrasi eâque per δὲ diserte oppositâ ideoque distinctâ. B) Neutr.: *non expertus, expers* [Sch. ('*in Deum nulla cadit malorum experientia*') Bretschn. ('*er hat nie versucht zu sündigen*')]; ita quidem ap. Graecos plurimum habetur de eo *qui periculum rei non fecit* [= ἄπειρος· cf. Phav.: ἀπείρατος κάλλιον ἢ ἄπειρος· et Pind. Ol. 11, 19 ἀπείρατος καλῶν (Schol.: ἀδόκιμος, ἀμέτοχος καλῶν ἔργων); Theocr. 10, 12 ἔρωτος, et Pausan. Eliac. 1, 34 εὐνῆς ἀπείρατος· ctt.], *facere nequit* [ut Plut. ad Apollon. p. 119 F. ἐτελεύτησεν; οἰκοῦν εὐποτμότερος διὰ τοῦτο κ. κακῶν ἀπείρατός ἐστιν]: at incommode ita interposita esset haec experientia; sequentia si non Passivum, sollicitandi certe notionem flagitarent. C) Pass.: *non expertus, non tentatus — non tentabilis* [post Syr. et Ar. plerique omnes]; cf. Diod. Sic. 1, 1. ubi ἀπείρατος κακῶν διδασκαλία est 'doctrina quae a malis ipsa non attentatur', (Heis.) et Ignat. ad Philipp. πῶς πειράζεις τὸν ἀπείραστον; ἐπιλαθόμενος τοῦ νομοθέτου παρακελευομένου· ὅτι οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τ. θεόν σου. Neque huic neque primae sententiae obest [Sch.] Gen. κακῶν] omnino: *quoad, circa mala* i. e. seu *a malis* seu *ad mala* [vd. Win. *Gramm.* p. 163. ed. 3. cll. *Excc.* p. 61], quod utrumque revera semper coniunctum: '*so wenig als Gott kann von Bösem versucht werden, so wenig versucht er jemand zum Bösen*' (EbSchm.). Κακά] *mala* plerique e contextu cogitari voluerunt *moralia* i. e. *peccata*, utne *miserias* cogitando 'sensus quidem eodem redeat, demonstratio vero per ambages demum circumducatur et ipsas forsan a mente Iac. alienas' (Pt.). Sed a) si quae latius e rei natura valent latiusque sunt pronunciata, ea *arbitrarium est* restringere; a Deo autem omnia mala, tam tristia quam turpia, longissime sunt remota. b) Argumentationis *ne sunt quidem ambages:* agitur enim de peccatis per tristia excitatis instigante quae suavitatis studio regitur cupidine. Ergo ἀπείρ. κακῶν dr. '*partim quoniam nullae miseriae possunt evenire Deo, partim quoniam per eas non potest inclinari ad peccandum, ad cupiditatem aliquam exerendam. Deus igitur est expers miseriae omnis atque etiam peccati vel pravae cupiditatis, et quia est... neque tentatur a malis ipse, neque alium tentat. Ergo non immittit mala ut occasionem pec-*

candi ideo praebeat' (Ma.). *Δ§* Est oppositio activi et passivi continetque causam: summa perfectio impedit quominus in eum cadat *tentatio*, impedit *et tentari eum et tentare.* *Πειράζει αὐτὸς οὐδένα*] Tentationes veniunt 'ex indigentia. Nisi protoplasti caruissent fructibus arboris vetitae, non tentati fuissent ad eos comedendum, sique Deo fuissent per omnia similes, neque concupiscentia obtinendae huius similitudinis in iis excitari potuisset' (Heis.). Singulatim quae ad mala irritant, 'ab altera parte ex defectu cognitionis, sapientiae et virium, ab altera ex perversitate voluntatis et affectuum intemperie atque domipio' oriuntur. 'Ex ignorantia apparenter bona sed quae vere mala sunt, frequentissime appetuntur. Insipientia pravum suggerit consilium, errans in eligenda legitima atque optima bonum sectandi fugiendique malum ratione. Nec minus impotentia ad fraudes dolosque et alios illicitos modos sollicitat, quum viribus destituatur concessâ viâ ad finem suum perveniendi; quemadmodum Ex-Israelitae Iacobei, sustinendo afflictionum oneri impares, ad excutiendum illud abnegatione veritatis extimulabantur'; quo etiam hoc pertinet, quod homines externi carnalisque suavitate abripiuntur ad intetnam rationis conscientiaeque veritatem ac bonitatem s. negligendam s. adeo oppugnandam. Voluntas mala 'aliis male, at sibi ipsi supra modum et contra rationem bene, eoque ipso vult pessime, interque alios illos nullis peius, quam qui non, ut ipsa, volunt male; hinc odium proximi et praecipue piorum, at sui ipsius coecus et immoderatus amor, hincque porro tentationum malarum lerna.' Hinc

I) *Homo debet* 1) *tentari*, 2) *tentare.* Est ex ipsius creatoris voluntate *natura tentationis per carnem capax, per incrementi gradationem indiga, per res circumpositas particeps*; externi demum hominis per externa et corporea exercitatione exercetur, firmatur, probatur internus homo. — Qualis autem quisque sit, quales alii, id tentando demum experiendoque quisque discimus.

II) *Deus nequit* 1) *tentari*, 2) *tentare.* 'In *sanctissimum* nulla *turpis*, in *beatissimum* nulla *tristis* cadit tentatio.' Est 'Deus *omniscius* adeoque ex *inscientia* nunquam tentatur; est idem *sapientissimus* quem nulla *sinistra* transversum agunt *consilia*; est *infinite potens* ut minime necesse habeat a viribus derelictus meditari *dolos*...; est *summe bonus* et *sanctissimus*; est '*incorporea*, *immutabilis* et *perfectissima mens*' adeoque 'nullius rei in maxima emphasi indigus' nullisque mutationis capax, quo circa nequit nec perfectionis felicitatisve suae *quicquam s. perdere s. addere*, nec '*timore attentari*,' nec '*spe* impetrandi adhuc alicuius boni lactari atque irritari, nec *gaudio* ubi impetraverit pertentari' (Heis.).— Tentare autem nec bono, nec malo sensu potest. Est enim *sanctissimus* ideoque ad peccandum irritare et seducere nequit; idemque *scientiâ* praeditus *falli flectique ac vinci nescia*, ut igitur sensu exacto et obiectivo ne possit quidem dici quicquam experiri et explorare. Omnia, cuiuscunque tandem sint temporis, loci ctt., scit, tenet, complectitur. Experimento nec eget nec adeo tangi potest. Hinc

III) *Peccati causa in homine nec vero in Deo quaerenda.* Amant homines, quo se excusent, alios *incusare.* Auson. Cupid. crucif. v. 63. '*se quisque absolvere gestit, transferat ut proprias aliena in crimina culpas.*' 1) *Ad homines* provocare, prima tantum specie satisfacit; s. pellectos se dicant s. coactos, concedere debebunt resisti potuisse. Itaque 2) *ad Deum* plerumque convertuntur appellandum; ab eo enim totos se pendere, facile docentur et rationis voce et vitae experientiâ. Ita ap. Hom. Il. 19, 86 sqq. Agamemnon: *ἐγὼ δ' οὐκ αἰτιός εἰμι ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς — ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι; θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ.* Plaut. Aulul. 4, 14, 7. *Deus impulsor mihi fuit.* Ter. Eun. 5, 2, 36. *Quid si hoc voluit quispiam Deus?* Eurip. Orest. 1, 282 sq. Orestes Apollini: *Λοξία δὲ μέμφομαι ὅστις μ' ἐπάρας ἔργον ἐς ἀνοσιώτατον.* Senserunt tamen iam antiqui, temere et impie talia iactari. Ita Hom. Od. 1, 32 sqq. *ὢ πόποι* (inquit Iupiter) *οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται! ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπέρμορον ἄλγε' ἔχουσιν.* Epicur. citatus ab Oecum.: *τὸ θεῖον τε καὶ μακάριον· οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἑτέροις παρέχει* [*ἀπείραστος πειράζει οὐδένα!*] cll. Plut. vit. non esse suavem sec. Epic. p. 1112. D. *πάντων μὲν ἡγεμὼν ἀγαθῶν, πάντων δὲ πατὴρ καλῶν* [cf. Iac. 1, 17.] *ἐκεῖνος ἐστι, καὶ φαῦλον οὐδὲν ποιεῖν αὐτῷ θέμις ὥσπερ οὐδὲ πάσχειν. ἀγαθὸς γάρ ἐστιν. ἀγαθῷ δὲ περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος οὔτε φόβος οὔτε ὀργὴ ἢ μίσος.* M. Antonin. 6, 1. *ὁ τὴν ὅλων οὐσίαν διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν αὐτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν. κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' ἐκείνου.* Sen. Ep. 95. *Quae causa est Diis bene facien-*

di? Natura. Errat si quis putat eos nocere velle: non possunt [cf. Eurip. ap. Plut. *εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί*]. *Nec accipere possunt iniuriam* [*ἀπείραστοι κακῶν!*] *nec facere... Nec dant malum nec habent. Ceterum castigant et coercent et poenas irrogant et aliquando specie mali puniunt.* — — 'Quum ratio hominum excultior non diutius pateretur Deum auctorem malorum dici, nec tamen natura et causa malorum et animi et externorum satis perspiceretur' (SCH.): delapsi sunt: 3) *ad Satanam* incusandum, *naturam malam malique effectricem.* Primariam poterant concipere, quotquot ad plures Deos colendos adsueverant; secundariam Deoque permittenti subiectam facere debebant monotheismi sectatores. Neutri satis bene et sufficienter. Seu enim naturam istam divino imperio eximere adeoque prodere opus foret summi numinis, quae dici consuevit, monarchiam, seu Deus tandem incusari deberet 'qui satori malorum omnium ortum dedisset' (SCH.) liberamque facultatem servaret. Tamen sententia ab Hebraismo adhuc aliena Iudaismum invasit. Ita in notissimâ populi numeratione a Davide institutâ, quam poenae loco insecuta sit ingens populi strages per angelum divinitus immissa, quod 2 Sam. 24, 1. Iehovae tribuitur, qui regem iratus ipse incitaverit (וַיֵּסֶת אֶת יְיָ . . וַיֵּסֶת), id in l. p. 1 Chr. 21, 1. a Satana derivatur auctore (וַיַּעֲמֹד שָׂטָן וַיֵּסֶת). Add. Sap. 2, 24 *φθόνῳ διαβόλου θάνατος εἰςῆλθεν εἰς τ. κόσμον.* A Iudaeis transiit ad Xtianos tantamque per omnia fere secula nacta est auctoritatem, ut non solum innumeros in tormenta flammasque egerit comburendos, sed nostrâ etiam aetate iactetur in primariis genuinae fidei signis. Quod igitur de hoc tentationis genere, cuius tantum fecerunt et usum et abusum, Iac. silet, id profecto nec temere nec casu fecerit. Nisi igitur 'pernegare velis ea, quae his Iac. dictis maxime consentanea et consequentia sunt', 'vulgaris illa opinio, quae Iudaeis debetur, de *diabolo tentatore*, funditus tollitur', quem h. ipso l. memorandi tanta occasio fuerat, imo necessitas apostolo' (SCH.), certe si tantum momenti tribuisset. Certe diabolus, cuius mentio fit 4, 7., ita debet informari, ut s. universâ suâ naturâ s. certe in religione xt., a Xto quippe victus [Io. 14, 30. 16, 33. cll. 12, 31. 1 Io. 3, 8. al.], totus pendeat a voluntate hominis adeoque non magis tanquam peccatorum commissorum causa incusari queat quam ab aliis hominibus oriunda instigatio. Nec negligendum, quod translatio formae [Act. 5, 3. Io. 13, 2. cll. 27.] et materiae tam arcto vinculo continetur, ut et facillimus sit transitus et difficillima distinctio. Utut autem salvum culpaeque et poenae obnoxium est hominis peccatoris arbitrium, id tamen

IV) *Dei moderationem summam non excludit.* Tentantur homines. Fit Deo sciente et volente. *A Deo* tentari dicuntur sermoni humano et universo et SSae. Negat noster. Ergo accuratior aliqua vocabulorum circumscriptio statui debebit. Quaeri potest s. in *αὐτὸς* praeverbiorumque *ἀπό* et *ὑπὸ* discrimine, s. in *πειράζει*. 1) *Αὐτός*] *ipse* neminem tentat plene proximeque efficax; quippe vim suam per se inevitabilem et invictam sponte circumscripsit liberi arbitrii beneficio naturae humanae impertito. Negaretur igitur divina efficacia humanam excludens libertatem. Tentat, sollicitat, prosternit Deus; modo ne absolute et immediate. Ab eo est *antecedens* — tentandi facultas naturae humanae insita; *consequens* vero ab humanâ liberae electionis actione suspensum esse voluit, np. illius facultatis usum et exitum. Argumentatio bene procedit. Verum a) totius Ep. ingenium populare et rhetoricum, b) n. l. oppositio non addicunt; iubent in *αὐτὸς* hanc quaerere vim, quod *ipse quoque non tentet, idem ille Deus, qui tentari nequit.* 2) *Ἀπὸ θεοῦ*] eadem tentatio derivari et potest et debet quae fit *ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας* (v. 14). Arctius enim nectit *ὑπὸ* quam *ἀπὸ* recteque WIN. *Gr.* p. 318: '*ἀπὸ θεοῦ πειράζομαι von Gott aus, ὑπὸ wäre: (unmittelbar) von Gott als der wirkenden Ursache.*' At quo latius praeverbii ambitus patet, eo negligentius solet locari; ibi etiam, ubi re accuratius cogitatâ definitiore notione opus erat. Utut igitur *ὑπο* locari nequit pro *ἀπί*, quia v. c. quae *ἀπὸ θεοῦ* sunt, non eadem

etiam omnia sunt ὑπ' αὐτοῦ: vicissim tamen fieri potest saepissimeque a negligentioribus singulatim et serioribus factum est. In eiusmodi autem exemplis nostrum quoque numerandum esse apparet. Namque diserte concepto praeverbior. discrimine non solum veritas laeditur, quum nihil sit (et rerum in universum et singulatim tentationum) quin ἀπὸ θεοῦ originem habeat; sed perit etiam evidentia oppositionis sententiarum (reiectae alterius, alterius assertae) qua sola nititur argumentatio. Certe effato v. 17. von ‘plane refellitur’ (Sch.) sensus v. 13. hic: ‘οἱ πειρασμοὶ εἰσι καταβαίνοντες ἀπὸ θεοῦ’. Negandum igitur ex alterâ certe parte, quod Wieseler adscripsit: ‘*Der Unterschied zw. ἀπὸ u. ὑπὸ bei Passivis, wie ihn Hermann .. bestimmt, .. ist also im NT. ohne Zwang anzuerkennen, doch beobachten ihn Spätere nicht immer.*’ 3) Πειράζει] *seducit* neminem. Sanctus quippe. *Er führt wohl in Versuchung, verführt aber Niemand.* Talis autem tentatio non detrectanda est; namque ὁ τὸν ἐπενεχθέντα νικήσας πειρασμὸν [νοὺς τὸ ἐνσταθὲς τῆς ψυχῆς λογισμοὺς ταράσσοντας κ. συγχέοντας Oecum.] ἀσφαλέστερον ἑαυτὸν κατασήσας ἀνσανάλωτος ἔτι καθίσταται πειρασμοῖς (Theophyl.). — Verum a) quos tentat, non solum multum irritantur interne externeque, sed multum etiam abripiuntur et prosternuntur. Fit Deo nec inscio nec (impedire enim valeret!) invito. A Deo igitur abripi et prosterni non minus recte dicerentur quam tentari. Certe b) quae sancta, eadem etiam infinita cogitari debet actio divina, ut igitur sensu exacto et obiectivo ne tentare quidem et explorare dici possit Deus quippe omniscius ctt. c) Cohaerentia turbatur α) cum antecedd., si *seducendi* notio per totum comma aequaliter producitur [Pt.]; fit enim *saltus* ab iis, qui afflictione exercebantur, ad eos qui ceciderunt victi, ideoque praesens πειραζ. minus commodum foret, non tam *wer verführt wird* quam *wer verführt wurde*, ‘πειραζόμενος suppl. καὶ οὐχ ὑπομείνας’ (Sml.); β) commatis ipsius et seqq., si *dilogia* statuitur haec, ut ‘priori loco significet simpl. *adversa pati* .. posteriori *malis sollicitari ad defectionem*’ [Ht. (cll. Mt. 8, 22. Io. 2, 23 sq.) Mr. (*miseriis externis inclinari ad peccandum, singulatim ad apostasian*) all.; add. Phot. *Ep.* 121. οἱ πειρασμοὶ πειραζομένων γίνονται πειρασμοί, μὴ πειραζομένων δὲ στεφάνων κ. βραβείων παραίτιοι]; namque de universo peccato agit v. 14 sq. ipsoque v. 13, quousque uterque significatus pateat, difficile est dictu. Qui tres modi quum non satisfaciant, a vocabulis frustra adstrictis ad rem confugiendum est. ‘Non tam diversa et distincta est significatio, quam eadem; discrimen est *hominum* ipsorum’ (Sml.). Notandum np. quod de rebus divinis sermo humanus non potest habere nisi translationes et imagines. Itaque non tam formulae ipsae momentum faciunt, quam quo animi mentisque sensu concipiantur et dicantur. Pie igitur et salubriter agnoveris, te a Deo educante affligi, tentari, sollicitari; modo utare ad animi et consolationem et in virtutis negotio incitationem ac firmationem. Impie imprudenterque eodem provocaveris tuam excusaturus s. segnitiem s. pertinaciam. Ita enim translationum imaginumque immemor humanas formulas sensu proprio et corporeo ad Deum transferens, auctorem eum faceres *malitiae*, quam et Dei idea a nemine prorsus aliena et liberi arbitrii omnibus insita conscientia *humanam* arguunt. Adeoque ea etiam,

quae SSa de Deo et tentante [Gen. 22, 1. Deut. 8, 2. 16. 13, 2. 3. Ps. 139, 23. 66, 10.] et tentato [Ex. 17, 2. 7. Hebr. 3, 9. Deut. 6, 16. Ps. 78, 18. 41. 56. Mt. 4, 6 sq. Act. 5, 9. 15, 10. 1 Cor. 10, 9. 12, 3.] identidem habet, quaeque Deum mali etiam creatorem [Ies. 45, 7.] malorumque factorem [Am. 3, 6.] diserte pronunciant, non tam excussatione egent quam piâ sibi informandi et applicandi circumspectione [32]). Unde iidem scriptores magno studio et consensu prostratum eunt quoscunque Deum in malis incusandi conatus; ut Prov. 19, 3 (Lxx: ἀφροσύνη ἀνδρὸς λυμαίνεται τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, τὸν δὲ θεὸν αἰτιᾶται τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ) et Sir. 15, 11—20 [33]), quibus socium se adiungit noster. Tale quid μηδεὶς λεγέτω] *nemo dicat*, quod sane ita extendi potest: *nec sibi soli nec etiam aliis*, 'weder aüsserlich noch innerlich' (Bmg.); namque si *apud animum* non contigit contraque testatur conscientia, non opus est refutatione; adstrictioni autem (ex hebr.): *ne cogitet*, ne sententia quidem favet. Eo igitur redit n. l. cohortatio: si quis affligitur, s. afflictione sollicitetur tantum s. sollicitatione vincatur, caveat divinam necessitatem sibi informare adeove praetendere. Nec negligentiae se det, ut solent qui alios semper (Deum, malos genios, homines) incusant, nec animum despondeat. A Deo 'non tentamur in peius' (ut perdatur virtus humana) 'sed educamur, exercemur, castigamur, emendamur probatique et spectati reddimur' (Sch.) tentationumque ipsarum non natura aliqua vim humanam excedens, sed 'nihil nisi propria cupiditas' est causa et fons. Valet igitur nunquam non, quod P. 1 Cor. 10, 13. suis affirmat, πειρασμὸς οὐκ ἐλήφθη εἰ μὴ ἀνθρώπινος, quodque *Deum* appellat *ita fidelem, ut non permittat nos tentari supra facultatem, imo cum tentatione faciat etiam modi exitum, ut ferendo vincere possimus*, ut igitur vinci propriae sit culpae. — Quae ita effecta est

V) *Vindicatio providentiae divinae in malis etiam salvae*, non solum lectorum necessitati sapienter erat attemperata, sed etiam omnino satisfacit, modo (quod profecto debes) 'memineris .. optimi maximi Dei se exercentem potentiam atque tam sanctam quam ἀνυπεύθυνον (rationi reddendae non obnoxiam) operationem explicatu perquam esse difficilem, imo in multis captum nostrum plane transcendere et mysteriis haud abs re accenseri' (Heis.), ingenue (c. Agstino) professus: 'agnosco modulum meum, sentire mihi videor etiam modulum vestrum; altius hoc est incrementis meis et fortius viribus meis, puto, quia et vestris.' *Demonstrationem* eamque *omni ex parte plenam* profecto non voluit. Quid enim iuvisset, philosophis gratificatum esse distinctionibus, quae ex alterâ parte ne ratiocinationis quidem legè firmae [34]) sunt, ex alterâ vero nonnisi

---

32) 'Mosis et Prophetarum dictio sublimior est sobrieque frequentius per tropum explicanda. Nunquam ego adducar, nunquam, spero, alius quicunque prudens et Dei reverens adducetur ad existimandum, verba Ez. 14, 9. ipse (falsus) propheta si pellectus fuerit ut eloquatur vbum, *ego Jehova pellexi prophetam ipsum*, proprie et secundum literam esse intelligenda.' Theologi quoque (ut Bez. Lth.) 'locutionibus saepe aequo durioribus usi sunt .. at *recentiores*, quod laudo, eas emollitum iverunt' (Heis.). Operae pretium videbatur adscribere, quia *recentissimi* induratum iverunt coniectâ in illam mitigationem haereseos hypocriseosque calumniâ. 33) 11. *Μὴ εἴπῃς ὅτι διὰ κύριον ἀπέστην· ἃ γὰρ ἐμίσησεν, οὐ ποιήσεις.* 12. *Μὴ εἴπῃς ὅτι αὐτός με ἐπλάνησεν· οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ.* 14. .. *ἀφῆκεν* (ἄνθρωπον) *ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ.* 15. *Ἐὰν θέλῃς, συντηρήσεις ἐντολάς* .. 17. *Ἐναντι ἀνθρώπων ἡ ζωὴ κ. ὁ θάνατος, καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκήσῃ δοθήσεται αὐτῷ.* 20. *Οὐκ ἐνετείλατο οὐδενὶ ἀσεβεῖν, καὶ οὐκ ἔδωκεν ἄνεσιν οὐδενὶ ἁμαρτάνειν.* 34) Ita quod concupiscentiae ma-

mentem ad fiduciam ablegant?[35]) simplici et immotâ pietate tenendam? Maluit experientiâ niti atque usum vitae tenere, quam de possibili eiusque s. vanitate, s. veritate hc necessitate longas instituere argumentationes. *Keine förmliche (allseitig begründete) 'Theodicee od. Vertheidigung der höchsten Weisheit u. Güte des Welturhebers gegen d. Anklage der Zweckwidrigkeit in der Welt'* (AGSTI); *dem Ap. war es im echt xtl. Sinne genug, ohne alle Speculation, einfach und klar'* [ex ipsâ Dei notione] *'das der Sittlichkeit so schädliche Vorurtheil zu verdrängen, dass Gott selbst die Menschen zum Bösen reize, und dass sie folglich einer höhern Gewalt nachgeben müssend, für ihre unsittl. Handlungen nicht verantwortlich gemacht werden könnten. Um seine Lehre aber auch praktisch zu machen, giebt er im Folg.'* [ex internâ cuiusque hominis conscientiâ] *'e. klare herrliche Beschreibung des Ursprungs des Bösen, das im ersten Beginn unterdrückt, nichts über den Menschen vermag, aber wenn es nicht gehemmt wird, wie der Quell im Fortströmen wächst und anschwillt, und seine Ufer durchbrechend, Unheil und Verderben verbreitet'* (GRS.).

14. 15. Monstrat unde et quo deinceps modo peccatum nascatur. Fons est *cuiusque cupiditas ἰδία*] *propria* (quoad qualitatem et originem), *eines jeden eigene (dem Menschen eigenthümlich zugehörige, niemandem schuldzugebende sondern blos sich selbst zuzuschreibende) sinnl. Lust* (BMG.). Docet igitur ipsa argumentatio, *ὑπό*] referri debere ad *πειράζεται*] nec vero (BMG. KNAPP. GRASH.) ad *ἐξελκόμενος κ. δελεαζόμενος*] quae demum explicatio sunt: *sollicitatur a semet ipso ita nempe ut abstrahatur* ab officio libidinibusque *irretiatur*. Verba 'metaphoram habent a piscatu et aucupio petitam. Illud est elicere bestias e tuto, ubi latent, in locum hamis retibusve expositum, per illicem s. fistulam, hoc inescare, a *δέλεαρ* esca' (SCH.). Translata ad affectuum cupiditatumque illecebras eandem distinctionem servant; *'extrahit* et abstrahit tentans concupiscentia cum *a bono* avertere nititur, *inescat* cum *ad malum* impellit' (HEIS.); ut igitur abstractio non solum differat ab inescatione sed etiam praecedere debeat omnino-

---

teriale s. antecedens (facultas ac necessitas concupiscendi) a Deo (creatore et conservatore), *formale* autem s. *consequens* (usus abususve) ab homine (in alterutram partem eligente) derivatur. Sane quidem 'concupiscentiae affectus per se non est malus proindeque nec productor eius Deus mali auctor, verum usus atque obiectum reddunt eum malum. At possunt etiam bonum imo optimum efficere, si nimirum ad bonum feratur concupiscentia. Quare etsi Deus procreans concupiscentiam materialiter sit *causa sine qua non* homo tentari ad malum queat, cum concupiscentiâ non existente nec male concupiscere homo possit, haud tamen *malitiae* in concupiscendo auctor evadit. Enimvero haec ab usu aut potius modo utendi dependet, utitur vero et quidem libere suâ concupiscentiâ homo. Secus si comparatum esset, omnium in toto qua patet mundo peccatorum causa Deus, quippe qui peccatores omnes .. quoad mentem, corpus ac utriusque facultates singulis momentis conservat i. e. denuo producit, existeret; quod *dictu horrendum est'* (HEIS.). At apertus etiam circulus. Quid quod in Deo *'vivimus movemur et sumus* (Act. 17, 28) hincque omnes quoque animi nostri vitales motus, ad quos pertinet concupiscentia, producit'; ut igitur ratiocinando haud difficulter effeceris *antecedentis* auctorem Deum eundem etiam esse debere *consequentis*. 35) Ut quod peccatum sit *modus ac praesidium ad virtutem perveniendi*, divino consilio dispensatum [R. 5, 19. 21. cll. 11, 32], *necessarium* in naturâ finitâ eâque liberâ, *nullum* in naturâ infinitâ (in quam ne notio quidem defectionis cadat). Quarum argumentationum is denique erit exitus, 'Dei ad omnia ipsaque etiam peccata se extendentem providentiam ita tueri, ne fraus fieri illibatissimae eiusdem Dei *sanctitati* et *libertati humanae voluntatis* .. et ne immunis pronunciari peccator a culpa videatur' (HEIS.), *'um vormalige aus Mangel an Nachrichten unbegreifliche Dinge so wie um künftige od. blos mögliche Vorfallenheiten unbekümmert, soll man, auf die Gegenwart sehend, allezeit versichert sein dass Gott nie Ursache der Sünden sei'* (BMG.).

que magis sit 'violentus et brutus impetus, inescatio vero blanda et arguta persuasio.' Ille in animo et sanguine est situs nec incommode a Luciano assimilatur equo insano, ut, qui ferantur quo voluptati, quo ambitioni, irae aliisve affectibus videatur, avehantur non unum duntaxat equum, sed multos insilientes, furiosos autem omnes. Haec peccati 'partim exaggerat commoda, partim damna extenuat.' In lectoribus Iac. abstractio fuerit a religione xt. utut egregiâ afflictionibus tamen difficili, inescatio vero 'iudaicae religionis, cuius non omnem exuerant amorem atque reverentiam, emolumenta et vacuum omni persecutionis metu exercitium.' Est igitur verborum nec A) *Hysterologia* [GOMAR.] quod sc. piscis inescatus demum extrahatur (quemadm. de crocodilo capiendo δελεάζειν et ἑλκύειν dixit Hdt. 2, 70); et misere extenuatur imago et pessime pervertitur applicatio; nec B) *Hendiadys* [HEIN.] q. d. ἑλκόμενος δελέατι (quemadm. sec. Philon. οὐδέν ἐστιν ὃ μὴ πρὸς ἡδονῆς δελεασθὲν εἵλκυσται); cogita non solum allici sed etiam fixum haerere (Hesych.: δελεάζει· ἐξαπατᾷ); nec C) *Mera cumulatio*, 'ut tentationis notio plane exhauriretur' (PT.); sed D) *Gradatio: (vom rechten Wege ab) angezogen und (durch die Vorstellung eines besondern mit d. Handlung verbundenen Vergnügens) gekörnt (angelockt und festgehalten), das Gemüth immer näher geneigt bis die Handlung beschlossen und begangen worden über dem Verlangen nach solchem Vergnügen* (BMG.); minus ad vba graeca presse: *fortreissen u. fangen, überlisten* (GRASH.). Cf. 2 Ptr. 2, 14. 18. δελεάζειν ψυχὰς ἀστηρίκτους... ἐν ἐπιθυμίαις σαρκός [36]). — Accedit translatio specialis ad *amores meretricios pellicientes* [37]). Unde bene sibi constat imaginis continuatio

15. 'Libido mulierem agit lascivam, quae adolescentem innocentem pellicit in suum amplexum quumque ex eo conceperit, filiam edit τὴν ἁμαρτίαν, quae filia rursus adulta et matura misero patri letum parit' (SCH.) cll. Ps. 7, 15. Iob. 15, 35. Ies. 33, 11. 59, 4. ubi עָמָל, אָוֶן dr. simili gradatione חִבֵּל, הָרָה, יָלַד [38]). Ἐπιθυμία] *concu-*

36) Exterorum finitimae sunt et formulae et sententiae. Ita (in Socratis disputatione adv. Aristipp. de voluptate) ap. Xen. Mem. l. 2. animalia drr. δελεαζόμενα, τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ φαγεῖν ἀγόμενα πρὸς τὸ δέλεαρ ἁλίσκεσθαι [cll. Ael. NA. 6, 31. ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἑλκόμενοι προΐασι κ. ἔξω τῆς θαλάσσης] additurque οὐκοῦν δοκεῖ σοι αἰσχρὸν εἶναι ἀνθρώπῳ ταὐτὰ πάσχειν τοῖς ἀφρονεστάτοις τῶν θηρίων; ita sec. Plut. de serâ num. vindict. τὸ γλυκὺ τῆς ἐπιθυμίας ὥσπερ δέλεαρ ἐξέλκει [cll. Hdi. 1, 12, 10. ὁ μὲν οὖν οὕτω τὸν δῆμον ἐδελέαζεν] et sec. Cic. de senect. 13. 'divine Plato escam malorum voluptatem appellat, quod eâ videlicet homines capiantur ut hamo pisces.' Notissimum est Ovidii *trahit sua quemque voluptas* multaque habet c. nostro l. comparabilia Luciani dial. *piscator*. Add. Phil. quod prob. lib. p. 888: εἰ πρὸς ἐπιθυμίας ἕλαύνεται ἢ ὑφ' ἡδονῆς δελεάζεται. 37) Οἷα ἑταιρὶς κ. μάχλος οὖσα ἡδονὴ per stupri conciliatores ἀγκιστρεύσεται et sensûs δελεάσασα facile subiugat τὸν νοῦν, λογισμόν, qui αὐτίκα δελεασθείς, ὑπήκοος ἀνθ' ἡγεμόνος... γίνεται (Phil. de mund. opif. p. 38); add. de *formulis* Aristot. Polit. 5, 10. παρὰ τῆς γυναικὸς ἐξελκυσθείς. Athen. 13, 8. διὰ τὴν ὁμιλίαν τοὺς ἐραστὰς προσελκύσασθαι. Max. Tyr. Diss. 21 p. 206. ἡδοναῖς δελεασθέντες: — de re, quod Plato τὴν τῶν ἐπιθυμιῶν οἴκησιν dixit γυναικωνῖτιν (sec. Dion. Longin.) quodque Prov. 7, 10–21. stultitia ad peccatum sollicitans meretrici pellicienti assimilatur et Cic. Off. 2, 10. drr. voluptates, *blandissimae dominae*, maiores partes animi a virtute detorquere, et dolorum quum admoventur faces, praeter modum plerique exterreri. 38) Add. Phil. (de sacrif. Abel.): ἡ φύσις πρὸς γένεσιν πραγμάτων ὥρισεν ἐν ψυχῇ δύναμιν, δι' ἧς κυοφορεῖ κ. ὠδίνει κ. ἀποτίκτει πολλὰ διάνοια· τῶν δὲ ἀποκυομένων τὰ. et Max. Tyr. 41, 8. ἡ ψυχῆς ἕξουσία [ἐπιθυμία] κυίσκει τε καὶ τελεσφορεῖ, ᾧ ὄνομα μοχθηρία [θάνατος]. ἀδῖνι τοῦ ἑλομένου αἰτία, θεὸς ἀναίτιος. — Latina exempla praeter HEIN. dederunt WETST. LÖSN. all.

piscentia, libido; Cic. voluptas, Plat. ἡδονή, Hebrr. תַּאֲוָה (etiam תַּאֲוָת et מַאֲוַי) et תִּשׁוּקָה. Quanquam non per se mala, fit tamen si *per se stat* i. e. absque rationis luce et regimine. Quum autem in *carne* (et sanguine) sita adeoque et externis afficienda et internis adversaria, in omnibus ac singulis a morali conscientiae dictamine magis minusve abscedat: in malam plerumque partem dr. de *pravis affectibus* (hebr. יֵצֶר הָרַע *fictio* i. e. cogitatio, meditatio *mala* Gen. 6, 5); quod tamen h. l. non tam (Ht.) inest in voce ἐπιθυμίας (causa enim et fons peccati est *facultas concupiscendi ipsa!*) quam in addito συλλαβοῦσα] *quando concepit* foetum suum — ita np. ut homo τῇ ἐπιθυμίᾳ, quam interrumpere deberet, sensim ipse cedat et consentiat, incipiat velle, optare rem sic propositam (Sml.), 'ut vires cupiditas prava acquirat eundo' (Jasp.) —, eundem etiam suo tempore τίκτει] *parit,* in lucem edit. Quum foetus et natum res sint non solum eiusdem indolis sed eadem, cogitanda est ἁμαρτία] *peccatum,* quod primum *interne concipitur,* deinde *externe paritur;* obiectum igitur alterius sententiae est *peccatum internum,* prava sensa et consilia, alterius vero *peccatum externum,* prava facta. Apparet utrique verbo suam manere vim, ita ut nervos imaginis incidant quicunque comparant notissimam redundantiam narratorum VTi: וַתַּהַר וַתֵּלֶד. 'Est quasi historia peccati inde ab Eva; sic quotidie innumera patrantur peccata' (Jasp.). Sns.: '*si cupiditati aut qualicunque affectui locum dederis, haud citra factum res manebit: ea enim quamvis tacite ac clandestino malum fovens, nisi statim principiis obstiteris, certissime in peccatum erumpet*' (Ht.).

Quemadm. peccatum intus generatum externâ demum actione revera nascitur, ita etiam actionibus demum adolescit ad maiora in dies virium incrementa. Hinc de ἁμαρτίᾳ in lucem iam editâ pergit ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει (s. quod, alterius formae, in paucis Cdd. est: ἀποκυεῖ) θάνατον] *ubi consummatum fuerit, enititur mortem* (in ipso homine, ita tamen ut externe etiam conspiciatur). Namque 'nos non damnabit morti affectus, si abortiat, sed ita demum, si deliberatas easque malas actiones pariat' (Gt.). Cogitandum non tam A) *peccatum patratum* [Lth. (*d. Sünde aber wenn sie vollendet ist*) Mr. (*zu Stande gekommen*) Bng. (= τετελεσμένη)]; friget quod a praeced. τίκτειν sensu non differret insuperque verbum proprium esset medium inter translata: etenim si vel c. Ht. verteris: *editum in lucem, progenitum,* est nonnisi sensus; sed B) *peccatum adultum,* ad maturitatem quasi perductum (cf. Eph. 4, 13. εἰς ἄνδρα τέλειον εἰς μέτρον ἡλικίας Hebr. 5, 13 sq. al.) [Calv. ('*perfectum peccatum non intelligo unum aliquod opus perpetratum, sed cursum peccandi completum*') Pt. Sch.]; imago non minus elegans quam apta: peccatum ubi adolevit i. e. sui quasi iuris factum dominationem in hominem nactum est, '*sobald sie nicht nur einmal begangen worden ist sondern nach u. nach e. unumschränkte Herrschaft über den Menschen errungen hat, wenn sie gleichsam grossgezogen ist zur Lasterhaftigkeit*' (Grash. quanquam vertat: *wenn sie vollendet ist*). Etenim θάνατον] *mortem,* cogita *omnigenam miseriam atque perniciem* (Mr.), quae *peccati exitus et poena* est (R. 6, 16. 21. 23.) ideoque quanquam in terris fundamentum ac fastigium habet *mortalitatem mortemque corpoream,* etiam

ante et post hanc mortem obtinere ac durare potest tanquam *conditio animi torpidi et quasi enecti*. Scripsit ex opp. v. 12: 'Sicut qui tentatus superat, praemia vitae meretur, ita qui concupiscentiis suis illectus a tentatione superatur, merito ruinam mortis incurrit' (BED.).

Universam imaginem quod attinet, utut tropus nec mutatus (GRS.) nec durior (MR.) est, attendi tamen oportet eum 'magis e natura rei ipsius explicandum esse, quam urgendam similitudinem mulieris quae concipit et modum quo fiat' (MR.). Inde non opus literis, quod Ἐπιθ. Ἁμ. Θάν. 'vim personarum' habeant, maiusculis (PT.); incommodum (adeo adversus veram ellipsium legem) explere: συλλ.] sc. ἐν γαστρί, ἐκ τοῦ ἀνδρός (PT. GRS.); artificiosius applicare: '*Hat die Begierde sich wie eine Buhlerin an den in ihre Netze gelockten u. gefangenen Menschen fest angeschlossen, denn dieser Begriff liegt in συλλ., so dass sie auf das Innigste mit ihm vereint, gleichsam von ihm empfangen könnte, so wird die Frucht dieser Vereinigung nicht ausbleiben, das Kind dieser strafbaren Liebe ist die Sünde, deren mächtiges Wirken das grösste Elend herbeiführt*' (GRS.). Bene BNG.: '*Obgleich Satan, böse Leute, auch äussre Verknüpfungen der Umstände u. die Vorstellung mancher Scheingüter das Ihrige dazu beitragen, so geschehe doch (versichert der Ap.) die eigentl. Reizung zum Bösen, die Ausgeburt u. das Entstehen sündhafter Handlungen dadurch eigentlich, dass die innern Begierden in eine unordentliche Bewegung gesetzt und durch verworrene Vorstellungen eines Scheingutes u. Vergnügens daran zum Uebergewicht gebracht werden.*' '*Anstatt dass er sagen könnte, Gott strafe die Sünde mit dem Tode, setzet er, die Sünde selbst gebiert den Tod, um dieses Strafübel für eine eigentliche Ausgeburt der Sünde auszugeben u. die Unausbleiblichkeit dieser Verbindung anzuzeigen. So wenig Gott Urheber der Sünde ist (will Jac. sagen), eben so wenig ist er auch Urheber der Strafe d. Sünden, des Todes; als welche Strafe aus dem vorhergehenden Uebel entstehet.*'

Sententia, ne ab exteris quidem aliena, per totam SSam bene sibi constat. Quemadm. enim Jesus τὴν σάρκα opposuit τῷ πνεύματι τῷ ζωοποιοῦντι dixitque ὠφελεῖν οὐδέν (Io. 6, 63), ita etiam Paulus appellat σάρκα ἁμαρτίας (R. 8, 3) nec pugnat c. Iacobo, quod ἁμαρτίαν facit matrem ἐπιθυμίας. *Vitiositas* enim et *peccandi* est *facultas*, imbecilla ac caduca carnis indoles, adeoque *libidinis* ad peccata instigantis *fons*, et *peccandi actio* (ἁμάρτημα) ex istâ imbecillitate profecta, adeoque eiusdem libidinis *fructus*. 'Ubi caro et sanguis est, libido enascitur per ipsius necessitatem naturae' totaque et omnis 'cum carne demum' exuitur (R. 6, 7. cll. 1 Ptr. 4, 1). Homo vero, quum 'non totus caro, praeter animalem naturam praeditus est meliore quadam et altiore, quae mens et ratio, in SSâ ut plurimum *spiritus* vocatur, si non κατὰ σάρκα transigat aetatem sed vivere conetur κατὰ πνεῦμα, si spiritu impetus et libidines carnis frangat et coerceat, si magis magisque in dies, quae inhonesta sunt vel iucundissima carni, repudiet, quae vera, recta, bona vel molestissima tristissimaque carni, affectet, si hâc viâ sese expurget ab omni labe carnis, sanctitatem spiritus hac ipsa re praestans religiose: is tandem hâc vitâ defunctus cum carne subactâ deponet quoque ἁμαρτίαν atque in alterâ vitâ metet ea quae spiritu colendo et conserendo per hanc vitam pepererit, dum omnis cultus et ornatus carnis, omnis quaestus rerum terrenarum cum carne computrescet, evanescet, in nihilum redibit' (SCH.).

Ceterum Iac., monstrante argumentationis nexu et conformatione, scripsit hominibus, qui ad Deum incusandi temeritatem abripiebantur falsâ aestimatione sortis suae perquam calamitosae, 'inprimis cum non tam propter sua peccata, quam propter Deum et fidem in eius filium tentationes paterentur ideoque nihil

esset proclivius, quam ut Deo quoque auctori eas attribuerent. Qui erat causa causae s. evangelii praedicati, hunc etiam putabant iure se posse dicere causam causati i. e. tentationum propter evangelium ipsis subeundarum (HEIS.). Qua in re vix momentum fecerit paganorum pessima licentia, qua *πάντα θεῷ ἀνέθηκαν ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστι, κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν* (Xenophan.); nec etiam VTi qualia 2 Sm. 12, 15. quod *Jehova percusserit* puerum Bathsebae; omnium minime Simonis Samaritani (sec. Xtt.) s. Iudaei Cypril (sec. Ios. Antt. 20, 7, 2. qui eundem dixit *se magnum simulasse*, cll. Act. 8, 9 sqq.) commenta; rectius appellati sunt Pharisaei, quorum opiniones latissime per Iudaeos erant diffusae. Harum huc facit, quod quanquam non omnem, tamen plurimam actionem humanam in *fatum* et *astra* reiecerunt [Ios. Antt. 13, 5, 9. 18, 1, 1. dbjud. 2, 8 extr.], adeoque fortasse non temere dicti sunt *οἱ τυχῇ κ. εἱμαρμένῃ ἐπιγράφοντες τὴν τῶν ἁμαρτανόντων πρᾶξιν* (Constitt. app. 6, 6); porro quod externe potius quam interne peccatum aestimantes pravae singulatim cupiditati exiguum vix crimen tribuebant [vd. interpretes ad Mt. 5, 21 sqq.]; denique quod magnam sanctitatem prae se ferebant: posset igitur eorum castigatio sequentibus etiam eo aptius continuari, quo facilius pro arrogantiâ suâ bene facta *sibi solis* adscripserint. Vd. HEIS. p. 159 sqq. cuius etiam commendandae sunt Dissertatt. (XV et XVI) in v. 13. 14. p. 491—540. Add. POTTI Exc. I. (supra iam laudatum p. 4.) eundemque (in v. 13) AGSTH p. 155—63. Nec alienum fuerit, quod de Pauli sententiis male a quibusdam usurpatis SML. monuit; quemadmodum enim posthac foede nonnunquam a Praedestinatianis sunt perversae, ita iam tum obnoxiae fuerunt abusui [R. 9, 18. 22. 11, 7. 8. (7; 17 sqq.) cll. 3, 8.] commode recteque a Iac. castigando.

16. 17. Eo tamen, quod non Deo sed homini tribuenda est culpa malorum, *nolite in* alterum *errorem abstrahi*, ut np. bona quoque a summo numine abiudicetis; *omnis datio bona* pariter *atque omne donum perfectum coelitus descendit, a patre* proficiscitur qui *siderum* adeoque omnis lucis et vitae ipse parens, spiritualis mundi quasi sol est, at *totus alienus ab omni*, quae ne a lucidissimo quidem sidere abest, et loci *varietate et vicissitudine* lucis ac *umbrae* adeoque nulli plane mutationi aut imperfectioni obnoxius.

Fluctuant 1) verborum connexio; ter oratio *ἀσυνδέτως* continuatur; 2) translationum applicatio; explicatio in varias partes temere distracta fuerit; legitimum harum fluctuationum tollendi praesidium intercludit 3) argumentationis ambiguitas; sedes sententiae: *πᾶσα δόσις ἀγαθὴ .. ἄνωθέν ἐστι* non prorsus vindicata est ab ambiguitate a) vocis *παντός*, b) cogitationis s. per se minus definite informatae s. impeditae effati alius scriptoris mutuatione. Paucis: A) ex ipsa verborum facie oratio ita continuatur, ut novo errori ex antecedd. (13—15) facillime oriundo partim generatim e Dei natura (16. 17), partim ex speciali Xtianorum experientia (18) occurratur: *Lasset euch (aber) nicht irre führen (mit dem Bösen auch das Gute Gott ab und dem Menschen zuzuschreiben); alles Gute u. Vollkommne ist Wohlthat u. Gnadengeschenk Gottes; er ist gleichsam die geistige Sonne (Quelle alles Lichts und alles Segens), keiner Veränderung (der Gesinnung) u. keinem Schatten (des Bösen) unterworfen; unsre Bekehrung selbst verdanken wir (nur) seinem freien Willen;* —— nec tamen exclusa est B) argumentatio antecedd. commatum momenta comprehendens (16) eaque et amplificando (17) et speciatim ad Xtianos applicando (18) confirmans: *Lasset euch (also) nicht irre führen (Gott schuld zu geben, was doch nur Ausgeburt menschlicher Lust und mithin eigne Verschuldung ist); nur Gutes u. Vollkommnes kommt von Gott; er ist die*

Geistersonne, unwandel- u. unverfinsterbar; sein Geschenk ist namentlich auch unsre Bekehrung! Quae utraque connexio universae tandem argumentationi par pondus addit; redit huc, ut religionem xtianam nullâ calamitatum mole labefactati strenue tueamur: *unsere Bekehrung ist sein Geschenk, also wahre und dauernde Wohlthat und unverbrüchlich festzuhalten!*

16. Quod Cod. Al. addit οὖν certe 'non pertinet ad textum' (SML.). *Μὴ πλανᾶσθε*] *ne a (verâ) viâ abducamini, abduci vos patiamini.* Dicunt nostri, 'ubi a *gravi* errore homines revocare volunt, quem isti tamen *levem* iudicant' (PT.), inestque hoc, errorem ab impostoribus suppeditari, quibus tamen resisti et possit et debeat. Nec interne nec exemplis firmum est, quod addunt s. fere [GES. '*gewöhnlich*'] s. 'semper' (HT. SCH.) ad antecedd. referri. Incipit Sadducaeorum refutationem ap. Mt. 22, 29 πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τλ. et Gal. 6, 7. separatur interpositâ cohortatione (κοινωνείτω ὁ κατηχούμενος τῷ κατηχοῦντι) atque ad sqq. refertur (θεὸς οὐ μυκτηρίζεται, pro semente messem faciet homo). Ubi autem antecedd. respicit, nunquam finit cohortationem, sed ita interpositum est ut continuet ac firmet, nunc illustrando, nunc cavendo. Ita 1 Cor. 15, 33. hic est sententiae ordo: *absque immortalitate genio indulgendum esset;* μὴ πλανᾶσθε· *facilis est error;* ἐκνήψατε δικαίως κ. μὴ ἁμαρτάνετε τλ.; 6, 9: ἄδικοι *non servabuntur;* μὴ πλ.; οὔτε πόρνοι οὔτε εἰδωλολάτραι τλ. *salutem consequentur* (ubi non demonstranda erat prior sententia; orditur ipse: ἢ οὐκ οἴδατε τλ.; at vero haec, omnes illos, quos singulatim enumerat, comprehendi τοῖς ἀδίκοις, quantamcunque isti γνῶσιν, πίστιν ctt. crepent); 1 Io. 3, 7. simili ratione momentum cohortationis: μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς inest sequentibus: *is demum sensu xtiano est iustus, qui iustitiam etiam facit, qui vero peccatum patrat, est ἐκ τ. διαβόλου.* N. l. quanquam *aberrationem* alii ad *desciscendum*, alii ad *peccandum*, plerique ad *perperam de Deo statuendum* retulerunt, cohortatio ipsa ad antecedd. fere est revocata —[BED. ERASM. SML. MR. ('*nolite Deum facere auctorem peccati illius . . in vobis est culpa; cupiditas nostra abutitur eiusmodi malis externis ad malefactâ*') PT. HT. SCH. GES. ('*um die Unhaltbarkeit jener falschen Ansichten über den Ursprung des Bösen noch anschaulicher zu machen, hebt es der Ap. nun noch besonders hervor, dass von Gott dem Unwandelbaren nur Gutes komme*') GRASH. ('*so wenig wie Gott der Heilige, v. 13, anzuklagen ist, wenn ihr sündigt, kann auch Gott der Allgütige, von dem nur solche Gaben kommen, die zum wahren Wohle des Menschen dienen, Ursache sein eurer Sünde; jede seiner Fügungen, sie erscheine uns angenehm od. nicht, ist eine gute Gabe*')]—; inclinant tamen ad sqq. v. c. GT. ('*ne putate vestrum studium sufficere sine precibus, ut Iudaei non pauci existimant*') et BMG. (*füglicher aufs Folg. was als erheblich u. mit dem Vorhergeh. in Verbindung stehend bezeichnet wird*). Ceterum additâ compellatione ἀδελφοί μου ἀγαπητοί] castigationem *mitigari*, recte monuerunt; temere vero a nonnullis iam verbum πλανᾶσθαι ad disciplinam astronomicam est revocatum, sicut pravi doctores vocentur ἀστέρες πλανῆται Iud. 13.

17. Bona a Deo veniunt. Ἄνωθεν] *superne, coelitus* (οὐρανόθεν Act. 14, 17), *divinitus.* Cf. 3, 15 (ubi opp. ἐπίγειος) Io. 3, 31 (ubi app. ἐκ τ. οὐρανοῦ, opp. ἐκ τ. γῆς) et 6, 32 sq. (ubi coelestis doctrina, per quam ap. Iac. Deus dr. homines ἀποκύειν v. 18, *panis* appellatur καταβαίνων ἐκ τ. οὐρ. qui *vitam*, naturam quasi novam ctt. hominibus det); add. Ios. 2, 11 (בַּשָּׁמַיִם מִמַּעַל ex opp. עַל הָאָרֶץ מִתַּחַת) et seriorum מַתְּנָה עִלָּאָה [illegible]*m supernum.* Part. καταβαῖνον] posset A) appositum cogitari: *coelitus est* (coelestis,

divinae originis), *sp. descendens a patre luminum Deo* [*e. Epexegesis* Bng.]; sed praestat cum plerisque B) supponere: *est descendens, descendit* q. d. *καταβαίνει*, ut 3, 15. habetur *οὐκ ἐστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη ἀλλ' ἐπίγ.* et expresserunt iam Lat. priscus (*desursum descendit*) et Syr. Np. si vel *καταβαῖνον ἐστί, κατ. ἦν* ctt. durationem involvant, ea nec a simpl. Praesente et Imperfecto abest; unde Arist. Metaph. 4, 7. *οὐδὲν διαφέρει τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶν ἢ τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνει, ἢ τὸ ἄνθρωπος βαδίζων ἐστὶν ἢ τέμνων, τοῦ ἄνθρωπον βαδίζειν ἢ τέμνειν.* Vd. Win. *Gr.* [ed. 2. p. 140] ed. 3. p. 294 (ubi in nota haec adscripta sunt: 'Es liegt im Character der populären Sprache, präcise Sprachformen aufzulösen um grössere Deutlichkeit zu erreichen' cll. p. 266).

Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ κ. πᾶν δώρημα τέλειον] Est Hexameter, quem sane *e poeta graeco* habere possit, non quidem lectionis praesidio sed sermonis quotidiani, in quem multa eiusmodi translisse constat; sed quum monstrari nequeat, graeca autem carmina et in scriptorem nostrum et in eius lectores minus cadere videantur, rectius dixeris *haud cogitanti excidisse*, ut saepe fit in oratione singulatim sublimiore iam per se numerosâ, atque Ciceroni adeo, qui de Or. 2, 44. 'vehementer vitiosum id genus et longa animi provisione fugiendum' pronunciat, nonnunquam accidit; nostrorum huc pertinet Hexam. Hebr. 12, 13. et Pentam. v. 26. Vd. (qui largâ exemplorum copiâ vitii labem diluendam curarunt) laudatos a Wr. ad n. l.. Sen. ignotum quendam poetam eo magis suspicatur, quo facilius reliqua quoque in numeros redigi possint: *οὔτε παραλλαγὴ οὔτε τροπῆς τι σκίασμα παρ' αὐτῷ*, seu: *οὔτε τροπῆς ἔνι ἀλλαγὴ οὔτε σκ. π. αὐτῷ*. Paulus certe, graecus magis inter graecos, ter habet vba poetarum grr. Act. 17, 28. Arati, 1 Cor. 15, 33. (praecedente *μὴ πλανᾶσθε*) Menandri, Tit. 1, 12. Epimenidis. Quod singula attinet

I) Et Substt. *δόσις* et *δώρημα* et Adjj. *ἀγαθὸς* et *τέλειος* differunt ita, ut posterius priore sit *definitius* ideoque *maius:* 1) *datio* – quae latissime patet omnemque et dandi actionem et rem datam complectitur, cuiuscunque demum eae sint qualitatis – et *donatum* – quod tanquam munus dono datum adiunctam fere habet notionem honorifici adeoque haud temere singulatim ad beneficia spiritualia referretur a Deo dispensata; 2) *bonum* – quod ad utilia quaecunque transferri potest – et *perfectum* – 'quod numeros suos habet et id ipsum est quod esse debet' (Ht.), quo quum hoc singulatim pertineat ut ad finem pertingat et durando et efficiendo, dici poterit diuturnum quodque 'nos perficiat s. perducat ad vitam aeternam' (Gt.). Separatim quidem et *δόσ.* de summis bonis et *δώρ.* de minimis rebus aeque recte dicetur, quam *ἀγαθ.* de perfectissimo (veluti Mt. 19, 17. de Deo), *τέλ.* de minus perfecto at aliis perfectiore. Coniuncta vero non possunt prorsus *ἰσοδυναμεῖν* (Pt.) sed ut salva sit cogitandi lex, in *alterutro* certe verborum si non *gradatio*, saltem *distinctio* locum habere debet: A) *Alle göttl. Gabe u. alle göttl. Bescheerung;* B) 'Alle gute Gabe u. alle vollkommne Gabe' (Luth.); C) *Alle gute Gabe u. alles vollkommne Geschenk.* Harum sententiarum prima obscuritate aliqua ac levitate laboraret, secunda autem a tertiâ sensu non differt, quippe distinctionem, quae

momentum facit, in hac bis expressam solâ Adjj. gradatione et plene et fere apertius[39]) eloquens: *varii generis bona*, quae qualia singulatim cogitanda sint — *minora* et *maiora*, *corporea* et *spiritualia*, *terrestria* et *coelestia*, *naturalia* et *gratiosa*, *communia* et *singularia* — e loci reique naturâ (*aus den Worten weniger als aus den Sachen* BMG.) ducendum est, quaeque utut ἀγαθὰ omnia, ex alterâ tamen parte caduca sunt et temporaria; unde ipse Paulus 'omni cognitioni, omnibus vatjcinandi, miracula patrandi ctt. donis, imo ipsi fidei ac spei amorem eo nomine praefert, quod τέλειος sit et *μένει* in aeternum 1 Cor. 13, 8. 10. 13. (HEIS.). Add. R. 12, 2. τὸ ἀγαθὸν κ. εὐάρεστον κ. τέλειον et Lc. 10, 42. ubi Maria τὴν ἀγαθὴν μερίδα praetulisse dr. additur vero ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς· cll. Phot. ep. p. 260: παρ' ᾧ οὐκ ἔστι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, αὐτὸς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους συντηρήσει τλ. Bene igitur DIDYM.: 'divina dona, quae eo quod prosint optima dicit data, eo quod plena et sine defectu sunt, dona perfecta indubitanter appellat.

Contra WOLFIUM qui c. WOKEN. Stromm. app. II, 31. adv. FABR. et LYD. in agonistt., AMBLIUM [ZORN.] in: *Erörterung dunkler Schriftstellen d. NTs* II, 213 ('*wir sollen alle Gaben, gross oder klein, Gott allein zuschreiben*') all. vocabulorum ἰσοδυναμίαν contendit, monstravit HEIS. 1) p. 543-61. διδόναι c. δόσει, et δωρεῖσθαι c. Substt. non solum *aperte* sed etiam *diserte* tanquam minus et maius distingui; locorum enumeratorum eminent quae popularis Jac. nisus versione alex. habet, Phil. (leg. allegg. II, p. 74. ὅταν φῇ· τὰ δῶρά μου δόματά μου· διαιρήσεις, ὅτι δῶρα δοματῶν διαφέρουσι. τὰ μὲν γὰρ ἔμφασιν μεγέθους τελείων ἀγαθῶν δηλοῦσιν, ἃ τοῖς τελείοις χαρίζεται ὁ θεός· τὰ δ' εἰς βραχύτατον ἕξεται, ὧν μετέχουσιν οἱ εὐφυεῖς ἀσκηταὶ οἱ προκόπτοντες. de Cherub. p. 94. πάνυ εὐδήλως παρίστας, ὅτι τῶν ὄντων τὰ μὲν χάριτος μέσης ἠξίωται, ἡ καλεῖται δόσις· τὰ δὲ ἀμείνονος, ἧς ὄνομα οἰκεῖον δωρεά. de decal. p. 576. ὁ πρὸς τὸ ζῆν ἀφθονίαν δοὺς κ, τὰς πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἀφορμὰς ἐδωρεῖτο); nec satis respondent graecis latt. *munus* et *donum*, quae sane Cic. utroque ordine copulavit (Cat. maj. 12. pro Arch. 8); — 2) p. 570-75. 'inconsiderate' et 'ἀφιλοσόφητον' scripsisse WOK.: '*perfectum h. l. exponit, qualia bona sint, quae Deus dat, np. non quodammodo bona ad hoc vel illud, sed perfectissima bona*'; debere enim salvâ dationis perfectione eorum quae a Deo dantur discrimen et agnosci et verbis etiam exprimi; 'eâdem (inquit) summa perfectione Iro assem donat, qua Croeso infinitam auri argentique vim; uti tantâ perfectione muscam quantâ aquilam, tantâ culicem quantâ elephantum mundo dat; nec minore ad minimum ex nihilo pulviscul um quam ad producendum maximum hoc Universum opus habuit virtute: ingratissimi tamen bipedum essemus omnium, nisi de maioribus beneficiis maiores ei gratias ageremus; ingrati saltem et oscitantes, nisi quoque in gratiarum actione ipsis illis maioribus maiora daremus nomina.' In singulis quae cumulavit argumentis non absque re fuerit, quod a) 'nexus manifestissime prodat, aliud quid et maius τέλ. dicere quam ἀγ. (Opp. vv. 17. 18. v^bus 13-15. et medius interiacens v. 16. continet admonitionem ad oppositionis vim et veritatem probe perpendendam. Negatum v. 13. erat Deum tentari *a malo* et tentare *ad malum*. Ex adverso nunc affirmatur, eundem *dona* dare *omnia*, πᾶσαν δόσιν ἀγ. Verum et dictum erat v. 15. quod ἐπιθ. ἁμοτ. concupiscentia *perfecta* (consummata) pariat mortem. Huic ἀπαρχ. nunc opp. τέλειαν, ut quemadm. *malorum* et *inceptrix* v. 14. et *perfectrix* v. 15. concupiscentia declarata fuerat, ita e contrario intelligeretur, *bonorum* Deum non ἀρχηγὸν modo sed et esse τελειώτην... Praetermitto cetera opp. membra. Nam v. 15. est ἀποκύει et v. 18. ἀπαρχήν. Occurrit ἐξελκ. κ. δελεαζ. v. 14. in sermone de concupiscentia; et βουληθεὶς v. 18. de Deo. Eadem concupiscentia θάνατον, *mortem* v. 15. dr. parere; Deus autem vv. 18. 21.

39) Unde SYR. ... altero Subst. omisso.

parere sermone veritatis ad *vitam* eamque sempiternam'; — — quodque b) consilium hoc fuerit, evangelium lectoribus insinuare tanquam donum *perfectum* ideoque *constanter tenendum*, unde diserte appelletur singulare Dei donum v. 18. idque salutem animorum effecturum v. 21., adeo ut sensus redeat ad Pauli illud Phil. 1, 6. *πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χρ.* — Quae vero de allusionibus ad donationes testamentarias, ad hominum munera quorum alia sint officii alia beneficii, ad varios denique gradus praemiorum militarium athleticorumve adscripsit partim probans partim refutans, ea omnia aliena videntur.

II) A praemisso *πᾶς* argumentatio est suspensa [vd. p. 6 sqq.]. Utroque loco debet idem sensus esse. Est (A) nota universalitatis: *omnequodcunque, nullum non bonum* — [BED. (*'postquam docuit vitia, quibus tentamur, non a Deo nobis sed a nobis ipsis inesse, ostendit e contra, quia quicquid boni agimus, hoc Deo donante percipimus'*) GOMAR. (*'deinde Deum originem omnis boni esse indicat ... Deus est dator et origo luminis .. ergo non est causa errorum, vitiorum, malarum tentationum, quae tenebrae sunt'*) AMEL. WF. BMG. (*er zeigt die Unentbehrlichkeit und Hinlänglichkeit Gottes als der eigentl. Quelle des rechtmässigen Verhaltens an, zu verhüten theils dass er nicht ganz abgesondert zu werden scheine u. niemand meine, wie das Böse vom Menschen selbst herrühre, also leite der Apostel auch das gute Verhalten vom Menschen selbst her, theils alle hochmüthige Selbsterhebung sowohl als das Vorurtheil vom Einfluss des Gestirns*) MA. (*alle Wohlthaten kommen vom Stifter aller Heiterkeit und Freude*)] —, quod a Deo originem habere debere, ideo attinebat monuisse, ut bene recordaremur partim opus esse divino auxilio ad superandam istam concupiscentiam (GT.), partim 'ista omnia bona, quae sensûs hominum tam facile impellunt, non esse vera et perfecta bona, itaque et homines vanis votis, novis semper, circumagi, a verâ felicitate semper alienos; non igitur quaerendam esse felicitatem in rebus externis' (SML.). Addiderunt (B) 'vim exclusivam': *merum, nil nisi bonum* [RAPH. ('mera donatio bona h. e. nonnisi don. bona') PT. AGSTI JASP. STOLZ HT. SCH.]; quae sententia, nonnisi bona a Deo originem habere posse, et per se et in nostro nexu tam idonea est visa, ut ad eam ab alterâ plerique omnes transilirent, s. solam tenentes s. alteri admiscentes, non tamen ad liquidum perductâ eius e vocabulo derivatione. Ita quod iuxta appellarunt (vd. WF.) *'τοὺς πάντας ἱππέας omnes equites* i. e. meros equites nullis admixtis peditibus' Arrian. exp. Al. 3, 8, 7. et Eustathii illud ad Iliad. χ: *ἔστι σύνηθες Ὁμήρῳ νοεῖν τὸ πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος*, satis diversa composuerunt; quod informarunt: *'die Gabe die ganz durch und durch gut ist,* quae tota, quanta quanta est, bona est' (BMG.), si vel non merus sensus esset [vd. p. 7], non debebat certe *πᾶς* ab Adj. separari (nisi fortasse satis temere huc trahere velis, quod hebr. כֹּל quippe Subst. in talibus et praemittatur et separetur); quod denique verti possit *omnem quamcunque dationem* a Deo proficisci *tanquam bonam*, id saltem a vocabulorum locatione et exaggeratione nullam habet commendationem. Subsistendum igitur foret in *sensu conclusione effecto* eo magis, quum 1) quod *omnia bona Dei* sint, sponte cogitationem eo traducat, *Dei omnia* esse *bona*, quumque 2) saepe, quae dicimus, non mere presseque informari sed etiam uno alterove modo applicari velimus; id quod locum potissimum habet ubi aliena vba nostra facimus. Atque ita plerosque in-

terprētes certe sensisse, inde concluseris, quod utramque sententiam inscii miscent, veluti SML.: 'supernae originis est omnium verorum bonorum largitio; perfecta dona omnia e coelo ad nos demittuntur; nihil vitiorum inde ad nos derivatur'; SCH.: 'pron. ante suum nomen, nullo utrumque articulo, distributivum plerumque: omnis, nullus non, vel etiam: nihil aliud nisi, merus'; GRS. in argumento: '*nur Gutes*', in explicatione: '*alle mögliche gute Gabe, welche es auch immer sei*'; deliberatius quam verius utrumque copulavit GRASH.: '*lauter gute Gabe d. h. jede gute Gabe, die den Menschen zu Theil wird, und nur gute, keine schlimme, nachtheilige Gabe*'.

Deus, a quo bona veniunt, est *πατὴρ τῶν φώτων*] *pater luminum* i. e. *omnis lucis fons et parens, totus principaliterque ipse lucidus*. *Πατήρ*] 'ex usu scriptorum etiam profanorum non modo *genitor* dr. sed etiam qui rei alicuius vel *auctor* vel *inventor* est vel *causa* quoque *remotior*; sic ap. Plat. in Phaedr. ed. Heind. p. 284. *Λυσίας πατὴρ* dr. eius sermonis quem Socr. habuit, et p. 341. *ὁ Θεῦθ literarum inventor, πατὴρ γραμμάτων*' (HT.); add. ex usu nostrorum, quod 1) אָב ex iis vcblis est quibus [ut בְּצַל, בֵּן simm. vd. Lexx. et Grammatt.] qualitas aliqua Subiecto suo plerumque non sine vi attribuitur (*etwas ursprünglich, in einem hohen Grade und Ueberfluss an sich habend* BMG.), quodque 2) in patris ad Deum translato nomine paternus fere animus spectatur etiam in ll. qualia Phil. de char. p. 799. *ποιήτης τῶν ὅλων κ. πατήρ*, et Ios. Antt. 1. in. *πάντων πατὴρ κ. δεσπότης*. *Τῶν φωτων*] A) *Φωτῶν, virorum* [*οἱ φῶτες* a *φάω* (*φημί*) s. *φύω*], *hominum* [STOLZ in: *Anmm. zu s. Uebersetz.* ad n. l. - quia in oratione poetica, ut *ἄνωθ. καταβ.* ctt., Deus dr. *πατὴρ τ. φ.* et v. 18. *ἀποκυήσας*]. Obest nexus et antecedd. et sequentium ad *coelum eiusque lumina* ablegans. B) *Φώτων, luminum*. Ita iam antiqui omnes et ipse STOLZ in versione retractata. Vario tamen sensu. AA) *Luminarium*, lucem fundentium alia physicam, alia spiritualem [SCH. ('parens cum luminum coelestium .... tum eorum luminum i. e. ingeniorum, quae hominum generi salutem, honorem ac felicitatem omnis generis impertiebant, ut *post prophetas Xtus et App.*'; qui quae vera interposuit: astra veteres animatas naturas, *Deos*, recentiores Hebrr. *angelos* esse existimabant', recte ad n. l. non applicuit: si enim coelestia lumina tanquam spiritus cogitata volebat, debebant certe *spiritualia lumina* ad quoscunque et hominum et aliarum naturarum spiritus extendi; comparat Mt. 5, 14 sqq. Lc. 11, 34 sqq. additque - unde apparet Deum lucem primam ac supremam esse, lumen vero 'conditionem necessariam omnis *οὐσίας* et *ζωῆς*' - Gen. 1, 3. Ies. 45, 7. Ps. 27, 1. 36, 10. 49, 20. 104, 2. Mich. 7, 8. 2 Cor. 4, 6. 1 Tm. 6, 16. 1 Io. 1, 5.)]; simplicius de solis doctoribus accepit DÖDERL. Instit. I, 295. cll. Io. 1, 8. 5, 35 (ubi simm. de Bapt.) all. BB) *Illuminationum* s. (quum Plur. [40]) ad luminis varios quasi radios commode refe-

40) Ad Trinitatem, '*lumen de lumine*' Symboli Nic. retulit IUSTINIAN. contradicentibus all. Iesuitt. (ut ESTIO, LORINO) 'quia in Deo non sunt ponenda lumina, pluraliter, sed *unum lumen*, sicut est *unus deus* et *unus dominus*.' Plenissime excussit CORN. A LAP. cuius disputationem GRS. p. 77. ad haec revocavit capita: *Patrem luminum* vocat Deum et SS. Trinitatem. Primo quia respicit ad sapientiam, quam dixit postulandam a Deo: sap. autem est lumen mentis cuius pater i. e. auctor est Deus. Secundo quia respicit ad Solem: hic enim est pater omnis luminis in mundo. Tertio, Deus est *pater luminum* i. e. bonorum: omnis enim boni causa et symbolum est lumen. Quarto, quia opponit Deum concupiscentiae, quasi lucem tenebris. Ad Trinit. applicationem praeivisse videtur GREG. NAZ. cuius haec habet GRS.: *θεὸς μέν ἐστι φῶς τὸ ἀκρότατον κ. ἀπρόσιτον κ. ἄῤῥητον· οὔτε νῷ καταληπτὸν οὔτε λόγῳ ῥητόν, πάσης φωτιστικὸν λογικῆς φύσεως, τοῦτο ἐν νοητοῖς, ὅπερ ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος ὅσον ἂν καθαιρώμεθα φαν-*

ratur) *illuminationis* [LUTH. '*Vater des Lichts*'], spiritalis plerumque, quae quum mentis eruditionem, animi emendationem, vitae denique felicitatem complectatur, latius modo, modo angustius est concepta - [ZW. ('hebraism. est pro auctore lucis aut pro summâ luce, a quo quidquid lucis est in coelo et in terra profluit') consentt. CALV. BEZ.; GOMAR. ('veritatis et sanctitatis auctor') BENSON. ('auctor et rationis et revelationis') BRD. ('patrem luminum appellat quem auctorem novit spiritualium charismatum') consent. GT. (qui eodem refert πατέρα τῶν πνευμάτων Hebr. 12, 9. 'qui Xtiano cuique dat spiritus dona'); WF. ('omnis perfectionis, bonitatis, sapientiae et prosperitatis') MR. ('auctor hilaritatis et serenitatis') cons. HENSL.] -; fuerunt etiam qui interne magis acciperent: *pater luminosissimus* i. e. sanctissimus, felicissimus, quo pertinet HANE (*Schrifterkll. II, 6*) *der gutdenkende Vater*'. Nec exhauriunt mentem scriptoris, nec ab explicatione applicationem satis distinguunt. CC) *Spirituum*, qui quasi sunt lumina, spiritûs lucisque divinae per mundum corporeum micantes quasi radii; quorum auctor Deus modo summatim dr. ut Hebr. l. c. modo per partes, ap. Graecos ἀνδρῶν τε θεῶν τε et simm., ap. nostros singulari ratione habitâ et *angelorum* et lucis in hominibus *evangelicae* [DIDYM.: 'luminum intelligibilium h. e. illuminatorum rationalium' cll. Schol. ap. MATTH.: φῶτα ἢ τὰς λογικὰς δυνάμεις καλεῖ ἢ τοὺς πεφωτισμένους διὰ πνεύματος ἁγίου· et (consent. THEOPHYL.) τῶν φώτων· ἤτοι τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων ἢ τῶν πεφωτισμένων ἀνθρώπων]. DD) *Siderum* [SML. PT. AGSTI HT. STOLZ GBS. ('*Schöpfer der leuchtenden Gestirne*') GRASH.]. Sidera sunt coeli mundique *lumina* [אורים Ps. 136, 7. מְאֹרֹת Gen. 1, 14 sqq. add. Jer. 4, 23. ubi quod propheta summatim dixit אוֹרָם np. coeli, LXX reddid. τᾶ φῶτα, solem, lunam ceteraque astra] omniumque temporum et locorum singulatim poetis *celebrandae maiestatis divinae* largum dederunt argumentum [Ies. 40, 26. Ier. 31, 35. Ps. 136, 7-9. 147, 4. Iob. 38, 31-33. Sir. 42, 16 (ubi ἥλιος φωτίζων dr. κύριος) 43, 9-11]; nostro vero, si non inde se obtulerunt, 'quod phrasi utens ἄνωθ. ἐστιν καταβ. coelum sideribus distinctum *quasi* ante oculos videret' (PT.), quodve haec scriberet '*in stiller Feier der Nacht .. wo der gestirnte Himmel mit aller Pracht, die er in jenen südl. Gegenden entfaltet, vor ihm lag*' (GBS.), sponte tamen hanc imaginem obvertebant et universum argumentum, calamitatum vexationumque tempestates quasi obscurantes et vitae serenitatem et benignitatis divinae lucem, et singulare consilium impugnandi errores de Dei moderatione singulatim in honorem stellarum (BULL) detrahentes. Inservit autem descriptio ipsa orationi distinguendae, ita ut haecce lumina *tamen* sint quo re externâ ac corporeâ res interna spiritalisque si non illustratur sola, certe comprehenditur, adeoque cogitari debeat Deus perfectissimus totus omnisque extra se perfectionis fons et parens, cuius utriusque perfectionis et aptissimam repraesentationem et apertissimum documentum exhibet *coelum astriferum;* unde *sidera* siderumque *creatorem* noluit diserte dicere, sed *lumina* luminumque *patrem*, quod sane ad genus spiritale inclinat. Bene

---

ταζόμενον, κ. ὅσον ἂν φαντασθῶμεν ἀγαπώμενον, κ. ὅσον ἂν ἀγαπήσωμεν αὖθις νοούμενον, αὐτὸ ἑαυτοῦ θεωρητικόν τε καὶ καταληπτικόν, ὀλίγα τοῖς ἔξω χεόμενον· φῶς δὲ λέγω τὸ ἐν πατρὶ κ. υἱῷ κ. ἁγίῳ πνεύματι θεωρούμενον· ὧν πλοῦτος ἐστὶν ἡ συμφυΐα κ. τὸ ἓν ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος· δεύτερον δὲ φῶς ἄγγελος, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀποῤῥοή τις ἢ μετουσία, τῇ πρὸς αὐτὸ νεύσει κ. ὑπουργίᾳ τὸν φωτισμὸν ἔχουσα, οὐκ οἶδα εἴτε τῇ τάξει τῆς στάσεως μεριζομένη τ. φωτισμόν, εἴτε τοῖς μέτροις τ. φωτισμοῦ τὴν τάξιν λαμβάνουσα· τρίτον φῶς ἄνθρωπος, ὃ κ. τοῖς ἔξω δῆλόν ἐστι· φῶς γὰρ τὸν ἄνθρωπόν ὀνομάζουσι διὰ τὴν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου δύναμιν, κ. ἡμῶν αὐτῶν πάλιν οἱ θεοειδέστεροι κ. μᾶλλον θεῷ πλησιάζοντες. κτλ.

igitur SML.: 'maneo in sententia, Iac. designare solem, lunam et astra, quibus humanae vitae beneficia et commoda debentur; *ab isto mundo corporeo debebant homines ad Deum auctorem respicere et summum perfectissimumque lumen et felicitatis alium quasi aeternumque orbem imaginari*'... quemadm. iam Sap. 13 in. reprehenduntur 'quod ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν non collegerint ipsam Dei maximam perfectionem, quod φωστῆρας οὐρανοῦ loco Deorum et dominorum honorarint, np. solem, lunam, planetas.' Nec quod digitum Iac. intendat ad pectoralis sacerdotalis Iudaeis tantopere celebrata *lumina* [אורים ותמים] quibus 'omnis divinae veritatis cognitio ac voluntatis cum regibus et populo communicata fuit' (HEINS. *Exercitt.* in NT. p. 587.), absque re fuerit. Certe quod Latt. Iovem dixerunt *Lucetium*, 'lucis auctorem' (Macrob. Saturn. 1, 15. ell. Gell. NA. 5, 12), malim ad lucem extendere per oracula all. cum hominibus communicandam (*Licht, ans Licht bringend*), quam ad lucis luminumque creationem restringere.

Deus, *omnis vitae et felicitatis fons verus et supremus*, idem est *fons limpidissimus*, ipso sole ut principalior, ita etiam longe purior et perfectior. Recordatus solis singulatim vicissitudines, ita continuat imaginem, ut neutrum genus, loci et lucis, in Deum cadere, diserte addat. Παρ' ᾧ οὐκ ἔνι] *apud quem non in(est)*, in quem omnino non (neque *externe* neque *interne*) cadit; *weder in ihm und seinen innern Eigenschaften noch bei ihm in seinem Verhalten* (BMG.). Est ἐνὶ (= ἐν) cum vi (vbi subst. inclusi atque e loci nexu et natura addendi) ideoque accentu retracto dictum, ut ἔπι, πάρα simm. [WIN. (*Gr.* ed. 2. p. 42; ed. 3. p. 73 sq. *Comm. ad Gal.* ed. 3. p. 94.) c. Etymol. M., PASSOV. ('*statt* ἔνεστι *wird nur* ἐνὶ *gebraucht u. dann* ἔνι *betont*') et BUTTM.]; nec vero ex ἔνεστι (pro quo semper in NTo, 1 Cor. 6, 5. Gal. 3, 28. Col. 3, 11) contractum [GBS. c. MATTHIAEIO]. Add. BRETSCHN. s. v. ἔνειμι. Παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα] 'Omnes hae voces' [NTi ἅπλγγ.] 'sunt astronomicae. Nam Deus soli comparatur ostenditurque multo eius lux solis luce perfectior. Sol παραλλαγὰς s. παραλλάξεις habet, ut et Plat. dicit in Timaeo, *aliter conspicitur in ortu, aliter in meridie, aliter in occasu*. Praeterea habet τροπάς, *annuos a nobis abscessus*, quos *solstitia* dicimus... Pro iis abscessibus *alias nobis umbras iacit*, quod est ἀποσκιάζειν... Deus nec oritur nec occidit, nec abscedit, sed semper propinquus est se invocantibus. Easdem luces iacit sine umbrae mixtura. Mal. 3, 6. Ἐγὼ κύριος οὐκ ἠλλοίωμαι' (GT.).

Emendavit et accuratius definivit GBS. I) Παραλλαγή] *mutatio, alternatio, vicissitudo; aberratio* (*Umwandlg* et quae cohaerent *Abwechslg*, *Vertauschg*, *Verändrg*, etiam rei cuius alia existit facies: *Unterschied*; *Vorbeiwandlg* et quae consequuntur *Abgehen*, *Fehlgehen* ctt.). Pro ea dici etiam μεταβολὴν, temere statuit LÖSN. patere 'ex iis locis ubi c. voce τροπῆς coniungitur'. Non magis recte c. παραλλάξει componitur; namque ne habetur quidem haec vox ap. Grr. sensu nostro astron. ('*als Bezeichng des Winkels, den zwei verschied. Gesichtslinien zu einem u. demselben Gegenstande mit einander bilden*') atque in Tim. certe, ubi ipsa nec vero παραλλαγὴ lr., haec vis alienissima est: dr. np. (p. 291 ed.

Bip.), mythi de Phaëthonte, qui currûs paterni importunâ rectione universo conflagrationem, sibi fulminis ictum contraxerit, hoc esse τὸ ἀληθές, τῶν περὶ γῆν κ. κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις κ. διὰ μακρῶν χρόνων γινομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ πολλῷ φθορά. Esse tamen e veblis disciplinae, Gas. monstravit e Gemino (εἰσαγωγὴ εἰς τὰ φαινόμενα, in Dion. Petav. Uranologion Par. 1630), ubi praeter χλιμάτων παραλλαγὰς et παραλλαγὴν τῶν ἡμερῶν p. 16. 26. (*'Verschiedenheit des Klima's u. der Tage'*), habetur παραλλαγὴ τῶν τμημάτων ἐν ὑπὲρ γῆν φέρεται ὁ ἥλιος p. 26. (*'v. Wechsel der Sonnenbahn wovon dann auch die Stärke u. Schwäche der Sonnenstrahlen abhängt'*) diciturque luna παραλλάξαι πρὸς τὸν ἥλιον τῇ νυκτί, περὶ τοῦ νουμηνίου p. 38. 39. (*'von den verschied. Stellgen des Mondes gegen die Sonne'*). Add. Aesch. Agam. 472. τάχ' εἰσόμεσθα λαμπάδων φασσφόρων, φρυκτωριῶν τε κ. πυρὸς παραλλαγάς τλ. (*'vom bald stärkern bald schwächern Auflodern des Feuers'*). II) Τροπή] *'Wendung od. geänderte Richtg eines Körpers in s. Bewegg'* (Bmo.), dr. *'de conversione solis* et tropicis Cancri et Capricorni', *Sonnenwende*, v. c. sp. Gemin. p. 2 (τροπὴ θερινή, ubi ὁ ἥλιος τὸν βορειότατον κύκλον γράφει κ. μεγίστην πασῶν τῶν ἐν ἐνιαυτῷ ἡμέραν ἐπιτελεῖ, ἐλαχίστην δὲ τὴν νύκτα, et τροπὴ χειμερινή ubi νοτιώτατον κύκλον γράφ. et vicissim μεγίστην νύκτα facit ἐλαχίστην δὲ ἡμέραν); nec quod Raph. dicit se non intelligere, quae e solstitio *obumbratio* oriatur, valet eo ut cogitari possit adesse debeat *conversio 'ab ortu ad occasum, qua, cum terram subit, nox efficitur'*. III) Ἀποσκίασμα] *Abschattg., Schatten.* Cum Genit. τροπῆς copularunt 1) tanquam qualitatem: *conversionis* a) *imperfectio* ['ipsa mutabilitas umbra est quae quasi obscuraret lubem, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret' Greg. M. moral. 12, 17]; b) *vestigium* [Wolf (*nulla mutatio imo nec mutationis umbra*) Mr. (*'ne tantillum mutationis'*) Stolz (*'nicht einmal ein Schatten eines Wechsels'*); praeiverunt Oecum. et Theoph. (τὸ τροπῆς ἀποσκίασμα, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ μέχρις ὑπονοίας τινὸς ὑποβολή) Hesych. (τρ. ἀπ. ἀλλοιώσεως κ. φαντασίας ὁμοίωμα) Suid. (ἀντὶ τοῦ ἀλλ. κ. μεταβολῆς ἴχνος κ. ὁμοίωμα φαντασίας) Etym. M. (μεταβολῆς ἴχνος), quo etiam *'modicum obumbrationis'* in Lat. prisca et *'momenti obumbratio'* sp. Agstin. videntur revocanda: expresserunt *sensum* potius quam *var. lect.* ῥοπῆς, quod sane *momentum* est, minime vero *punctum temporis*]; — — 2) tanquam effectum (q. d. ἐκ τροπῆς): *obumbratio ex conversione originem habens*, a) *caligo ex alternatione: (keine Veränderg) noch (mit Licht) abwechselnder Schatten* [Luth. (*Wechsel des Lichts u. der Finsterniss*) Ht. (*kein Wechsel von Licht u. Schatten*) Stolz (in vers. retract.: *keine abwechselnde Verdunkelung*); τροπὴν s. absque imagine accipientes s. contra usum *'separatim de vicissitudinibus quibus sol aut luna obscurantur'*, extensâ τῇ παραλλαγῇ ad *'omnem vel lunae vel solis vicissitudinem'* (Ht.)]; b) *umbra 'quam terra jacit sole sub eâ condito'* (Raph.; τροπῇ, *annuo solis motu*, contra usum ad *varium situm quotidianum* relatâ); c) *umbrae quas pro variis suis inclinationibus varias nobis jacit sol i. e. facit ut jaciantur* [Justinian. (*'a tropico ad tropicum nunc accedens nunc recedens varias efficit umbras'*) aliq.

pontiff.; Gr. Wtst. Sch. Ges. ('der aus d. Sonnenwende entstehende Schatten', h. sns.: 'bei Gott findet keine schattenwerfende Abwendung wie an der Sonne statt, er bleibt uns ewig gleich nahe u. gütig')].

Videtur vis veblorum astronomica nec negligi prorsus nec nimis premi debere. Ipsâ vocum dispositione Iac. satis aperte et bipartitam fecit imaginem suam, et duplex quod volebat momentum monstravit: alienationem np. et obscurationem (παρΑΛΛΑΓὴν et ἀποΣΚΙΑσμα), quarum haec est in Deum applicatio: nec benignitatis nec sanctitis mutationem cadere in summum numen, *keine Wandlung, Ab- u. Zuwendung, Verfinsterung.* Constat sibi loco suo et animo; 'non hodie reddit felices, cras praebet occasionem peccandi per quam miseri fiant homines' (Mr.); non accedit modo, modo abscedit quippe 'omnibus idem et semper quasi ἐν μεσουρανήματι' (Wtst.); *non eripitur eius benevolentia per calamitatum tempestatem.* Constat sibi luce suâ ac perfectione; non obscuratur, quod facile patiuntur qui huc illuc vertuntur, hoc illo corpore intercluduntur; rebus quoque adversis peccati mortisque regnum disjicere studet, bonos homines exercet ut maiore animorum perfectione fruantur; *non violatur eius puritas per tentationum umbras.* Uno vbo: φῶς ἐστὶ καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία 1 Io. 1, 5.

'Saepius a sideribus mutationis repetitur imago' (Pr.), Sir. 27, 11 (ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται) cll. Hebr. 1, 10-12. Sap. 7, 26. 29. 30. Sententia non solum a patribus saepius est repetita — ut a Pseudodion. Areop. qui ita exorsus est hierarchiam suam coelestem: Πᾶσα δόσις ἀγ. κ. πᾶν δώρ. τέλ. ἄνωθ. ἐστι καταβ. ἀπὸ τ. πατρ. τ. φώτων. Ἀλλὰ κ. πᾶσα πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος, εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα, πάλιν ὡς ἐνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ κ. ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ πατρὸς ἑνότητα κ. θεοποιὸν ἁπλότητα — sed apud exteros quoque iam deprehenditur, utrâque formâ: a) Θεοὶ ἀεὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ προτείνουσιν, ὥςπερ ἥλιος ἀνέσχων τὸ φῶς. Procl. cll. Dion. Hal. 1, p. 123. παντὸς ἀγαθοῦ θεοὶ δοτῆρές εἰσι τῇ θνητῇ φύσει κ. φύλακες quos δωτῆρας ἐάων dixit Hom. Od. 8, 325. Dio O. 32, p. 365: τὸ μὲν σῶζον κ. τρέφον κ. γόνιμον ὄντως ἄνωθέν ποθεν ἐκ δαιμονίου τινὸς πηγῆς κάτεισι. b) Τὰ ἔργα κυρίου πάντα ἀγαθὰ κ. πᾶσαν χρείαν ἐν ὥρᾳ αὐτῆς χορηγήσει· κ. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τοῦτο τούτου πονηρότερον, πάντα γὰρ ἐν καιρῷ εὐδοκιμηθήσεται Sir. 39, 33-35. cll. 16. et Sap. 1, 12-16. 2, 23. 24 (errore vitae paratur pernicies; neque mortem fecit Deus neque interitu viventium delectatur; σωτήριοι αἱ γενέσεις τ. κόσμου κ. οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου οὔτε ᾅδου βασίλειον ἐπὶ γῆς· diaboli invidiâ mors in mundum intravit). Phil. de agricult. p. 195. ἀμήχανον τῶν ἐπιβαλλόντων ἔνδειαν εἶναί τινος ἐπιστατοῦντος θεοῦ πλήρη κ. τέλεια τ' ἀγαθὰ τοῖς οὖσιν ἅπασιν εἰωθότος χαρίζεσθαι. de sacrif. Ab. et C. p. 138. θέμις οὐδὲν ἀτελὲς αὐτῷ χαρίζεσθαι· ὧθ' ὁλόκληροι κ. παντελεῖς αἱ τοῦ ἀγεννήτου δωρεαὶ πᾶσαι. Bereschith R. 51, 1, Dixit R. Chanina: *non est res mala descendens desuper.*

18. Hic ipse Deus omnibus numeris absolutus *pro merâ suâ voluntate nos* denuo in alios prorsus homines *genuit verbi veritatis* semine, *ut veluti primitiae essemus eorum, quos* novas quasi *naturas fieri voluit.*

Deus, *luminum absque omni vicissitudine et labe pater*, etiam *parens* est *generationis nostrae per verbum veritatis factae.* Addit 'qua in re potissimum munus illud coeleste v. 17. cernatur, quo rite colendo σοφίαν v. 5. s. Lc. 11, 13. ἅγιον πνεῦμα consequamur, et omnibus votis expetendum et omni curâ operâque anquirendum' (Sch.). Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας]

'Deus olim Israelitas genuisse dr. quum eos ex Aegypto liberavit Deut. 32, 18.' [ubi Deus, cuius oblivi sint, dr. ipsorum יָלַד et אֵל מְחֹלְלֶךָ] 'At nunc multo excellentius eos *genuit* ad vitam aeternam *per evangelium* 1 Ptr. 1, 23' [*ἀναγεγεννημένους διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ κ. μένοντος*' quae tota sectio nostram est (paralll.: 1, 22. 2, 1. cll. Iac. v. 21. 27; 1, 23. cll. Iac. 18; 24. 25. cll. Iac. 10, 11.)] 'idque ideo *quia voluit*, nullis nostris operibus ad id excitatus Eph. 1, 4 sq.' [*ἐξελέξατο ἡμᾶς ... εἶναι ἁγίους κ. ἀμώμους ... κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ* quam v. 11. dixit *πρόθεσιν, βουλὴν τοῦ θελήμ.*] (Gr.). 'Ἡμᾶς] non tam 'nun uns' quam 'uns alle' — Deus *ἀπεκύησε*] *peperit*.

Divinitus nati duplici sensu dicimur. A) Generatio. Est creatio prima, physica eaque bipartita: a) 'per quam corpus animamque habemus et *animalia* sumus, quamvis animalium excellentissima, terreni, quamvis domini terrarum' (Seqq.); b) 'per quam, ut Clem. Al. ait, *θεοῦ λόγου λογικὰ πλάσματα* sumus, non pecudibus ac belluis annumerandi, non ex pulvere orti atque in pulverem relapsuri, sed *caelestis generis et indolis*.' B) Regeneratio. Est creatio altera, nova, ethica, qua in *novam* eamque *meliorem conditionem transformantur*; a) externe: α) *gentis israel.* in civitatem publice constitutam vindicatio; Deut. l. c. unde gens ipsa Iehovae dr. בְּנִי בְכֹרִי Ex. 4, 22. cll. Hos. 11, 1. Ies. 1, 2; β) *familiae xtianae* e Iudaeis paganismo congregatio; Eph. 2, 15. dr. Deus *τοὺς δύο κτίσας εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον* cll. 4, 24; b) interne: *hominum* numini peccando adversantium *transformatio in Dei filios*, qui novâ prorsus vi vitali omnes ac singuli impleti et agitati, animo, mente ac vitâ ad divina et coelestia in tantum applicantur, ut Deo iam *similes* existant ideoque *accepti*; dicunt *ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι, ἀνακαινοῦσθαι* et magis translate *ἀναγεννᾶσθαι, ἄνωθεν γεννηθῆναι, καινὸν ἄνθρωπον ἐνδύσασθαι*: quo homines e tenebris *τῆς πρότερας* et *ματαίας ἀναστροφῆς, τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου*, e peccati legisque servitute liberati, *καινὴ κτίσις* fiunt *νιοθεσίας* participes (vd. Lexx. et Io. 1, 12 sq. 3, 3 sqq. Eph. 4, 22 sqq. 1 Ptr. 1, 13 sqq. cll. 2 Cor. 5, 17. Gal. 6, 15. et Eph. 1, 5. R. 8, 23). Adde 1) Iudaeorum morem רַבִּי רַבִּן *magistri discipulos* appellandi, unde gravius paululum quam Graecis sonant Pauli vbaa: *ἐν Χριστῷ διὰ τοῦ εὐαγγ. ἐγέννησα ὑμᾶς* 1 Cor. 4, 15. cll. Phil. 10. et Gal. 4, 19 (*τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χρ. ἐν ὑμῖν*); 2) proselytorum tanquam *novorum hominum* (בְּרִיאָה חֲדָשָׁה, *καινὴ κτίσις*) existimationem, in tantum, externe ut solent Iudaei, extensam, ut *recens natis* compararent omnique non solum pristinae consuetudini sed adeo *cognationi* exemtos pronunciarent (vd. ad 2 Cor. 5, 17. et 1 Cor. 5).

Est imago. 'Novos quasi homines fecit; pristinae ignorantiae ac calamitati ereptos, nos reddidit veritati, virtuti ac felicitati' (Hr.). Sponte igitur evanescit discrimen *pariendi* et *gignendi* (cf. hebrr. Deut. l. c. et vern. *wiedergebären*), nisi adeo *ἡ ἀποκύησις*, quippe non momento absoluta, *τῇ γεννήσει* praeferenda videatur. Spectat autem non corpoream sed spiritalem naturae humanae partem, quae particula divinae naturae in humanam quasi traducta, nos demum facit *Dei filios*, primum facultate, deinceps demum effectu (ut recte

antiquissimus quidam patrum ab Iren. laudatus omnes homines consuerit *natos* esse filios Dei, non omnes item *factos*' Sch.). Ptr. l. c. addidit imaginem *seminis*. Noster *partûs* translationem tradutit intercedente *patris* appellatione v. 17. e v. 15.

Utrum autem (A) *generationem* voluerit, naturarum np. *rationalium*, an (B) *regenerationem* naturarum (per Xtum) *emendatarum*, non diserte decernunt quae de modo addidit: λόγῳ ἀληθείας] A) *ratione* et ipsâ *veritate* et *veri* indagatrice, q. d. 'φῶς ἀληθινὸν omnibus hominibus illucens' (Sch.); B) *doctrinâ* (Dei np. per Xtum cum hominibus communicatâ) item et *verissimâ* et omnis *veritatis* magistrâ; nec lucro est comparatio hebrr. דְּבָר et אֱמֶת. At non tam *rationem* adeove *doctrinam rationalem* (*die Lehre der Vernunftwahrheit, im Gegensatze der jüdisch-positiven Religionslehre*), quam τὸν λόγον τ. ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν (Eph. 1, 13) hos λόγῳ tibus (ἐμφύτῳ, δυναμένῳ σῶσαι τὰς ψυχάς) voluisse, reliqua orationisque connexio docent; quod monstratum vd. ad v. 21.

Ceterum nostris etiam temporibus scripta sunt quae addit Sml.: 'Non sunt Xtiani, licet nomine hoc quasi historice distinguantur, quibus deest experientia et divinitus instituta series novorum et sanctiorum illi motuum; cetera omnia possunt pro temporum et locorum varietate variare; historica cognitio de rebus et sermonibus Xti atque App. iniis modis potest differre, quia temporum locorumque differentia secum fert historicae cognitionis varietatem; sed hic novus usus domesticus rerum cognitarum ad internam perfectionem et similitudinem cum Deo auctore λόγου ἀληθείας, nulli Xtiano potest omnino deesse; aliter deest ipsi omnis πνευματικῆς εὐλογίας participatio; Dei enim εὐλογία non caret effectu novo in homine'.

Generavit nos Deus εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων] *ut essemus primitiae quaedam naturarum eius:* A) *Nos homines rerum creaturarum primi et praecipui* [Sch.: 'divino *rationis* et *orationis* munere,' cuius ex tot animantium generibus atque naturis homo solus est particeps, principatum dignitatis ei datum cernimus. hinc Sap. 9, 2. dr. δεσπόζων τῶν ὑπὸ θεοῦ γενομένων κτισμάτων.' coll. Schol.: τὴν ὁρωμένην κτίσιν ψηφίν, ἧς τιμιώτερον τὸν ἄνθρ. ἔδειξεν. et Cic. Off. 1, 28: 'nobis personam imposuit ipsa natura magnâ cum excellentiâ praestantiâque animantium reliquarum'; quam principatum honoris distipulus Xti universis hominibus reddit vacuus προσωπολημψίᾳ (2, 1.) adv. Iudaeos singulare se prae reliquis θεοῦ πρόνημά s. κτίσμα iactantes]; B) *Nos Xtiani mortalium primi et praecipui* [Beng. Mor. ('omnium creaturarum carissimi et dignissimi .. die Lieblinge unter seinen Geschöpfen']; C) *Nos Iudaei* [sec. Nösselt. *Antiocheni* appellatione *Xtianorum* primi ornati; vd. Prolegg.] *primi* 'convenit atque adeo primitiae messis largioris in posterum expectandae' [Wr.; Gt. ('*Iudaeis id nomen tribuitur R.* 11, 16. *qui etiam drr.* προηλπικότες *Eph.* 1, 12. *electi* ἀπ' ἀρχῆς 2 *Th.* 2, 13.') Sml. Stolz Agsti ('*ich glaube, der Vf. sagt das mit besondr. Beziehg auf d. Judenxsten, welche die Mutterkirche ausmachten u. in den Augen des Ap. einen Vorzug vor den Heidenxsten hatten, Paulus, der in keinem Stücke den* ὑπερλίαν ἀποστόλοις *nachstehen wollte, rühmt dies auch v. seinen d. i. den Heidenxsten R.* 11, 16. *u. a.*') Pr. Ht. ('*ut nos ante alios verae doctrinae initiaret*') Gnv. Grash.].

Κτίσματα] A) pr. *natûrae*, animata aeque atque inanima, ut 1 Tm. 4, 4. Ap. 5, 13. 8, 9; B) transl. *Xtiani*, 'κτισθέντες εἰς και-

τὸν ἄνθρωπον, καινὴ κτίσις (vd. supr.) [Gnot.: 'intellige καινῶν s. νέων, quod non semper exprimitur sed ex rei naturâ intelligitur', ex additis np. quae imaginem indicant; non opus censet Ht. modo αὐτοῦ κατ' ἐξ. dictum accipiatur de veris Dei filiis, quae tamen vis item ex additis demum recte deducetur]. Quod 'differat aliquantum inter τὰ κτίσματα et inter τὰ ποιήματα, inter τὰ γενόμενα διὰ τοῦ λόγου et inter τὰ γενόμενα ἐν τῷ λόγῳ i. e. λογικά' (Scn.), id certe P. non agnoscit: Eph. 2, 10. αὐτοῦ ποίημά ἐσμεν κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησ.; 3, 9. θεὸς τὰ πάντα κτίσας διὰ Ἰησοῦ Χρ. pro quo Col. 1, 16. ἐν αὐτῷ et δι' αὐτοῦ κ. εἰς αὐτόν. Quod autem κτίσματα per Synekd. sint *homines* reliquarum naturarum principes, quemadm. horum principes sunt *Xtiani*, id impedit notio *partis* in ἀπαρχῇ latens atque oppositionem *totius generis* flagitans s. *creatorum* s. *denuo creatorum*. Ἀπαρχή] *primitiae* frugum (Hesych. προσφορά, ἀφαίρεμα), quae quum Deo sacrae essent, transl. dictae sunt de *primis* et *praecipuis* (πρῶτοι κ. τιμιώτεροι· Schol. ap. Matth.; cll. Schol. ad Eurip. Orest. 96. ἀπ. ἐλέγετο οὐ μόνον τὸ πρῶτον τῇ τάξει ἀλλὰ κ. τὸ πρῶτον τῇ τιμῇ, ὅθεν κ. ἀπαρχὰς χάρπων προσῆγον οἱ παλαιοὶ κ. ὠνόμαζον, τὰ χρειττονα ἐκλεγόμενοι). In NTo praeter Act. 14, 4 (ubi sensu *praecipui et sancti* dr.) ad tempus refertur: 1 Cor. 15, 20. 23. ἀπαρχὴ Χριστός (Hes. πρῶτος Χρ.) *primus* mortuorum in vitam suscitatorum; 16, 15. R. 16, 5. ἀπ. τῆς Ἀχαΐας, Ἀσίας *primi* in his regionibus conversi. Sponte autem res eo vertebatur, ut *primi conversi* se *prae reliquis dignos et sanctos* opinarentur, quae opinio eo facilior cepit incrementa, quo magis Iudaei se iactarent gentem Iehovae, ἀπαρχὴν (ut Philo loquitur) totius generis humani. Add. Ier. 2, 3. R. 11, 16. Quod vero *primitiae* (frugum) – רֵאשִׁית, בִּכּוּרִים; ἀπ., πρωτογεννήματα – aliae erant *natae* s. *primitivae*, aliae *factae*, quodque utraeque a *primogenitis* (hominum brutorumque) – בְּכוֹרוֹת, πρωτότοκοι – distinguuntur [vd. Lexx.]: id ad imaginis sensum in tantum facit, ut in translatione *primitiarum* hoc sit momentum primarium, quod primum quid *Deo* sit aliquo modo *oblatum ac consecratum*, ut contra translatio *primogeniti* ex notissimis iuribus filii natu maximi ad *dignitatem* ibi etiam referatur, ubi primatus temporis locum habet; unde in NTo praeter ἐκκλησίαν πρωτοτόκων Hebr. 12, 23. nonnisi Xtus dr. πρωτότοκος R. 8, 29. Hebr. 1, 6., πρ. πάσης κτίσεως Col. 1, 15. et (paulo gravius quam ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων 1 Cor. 15, 20) πρ. ἐκ νεκρῶν Col. 1, 18. et Ap. 1, 5. Trg.] 'quaedam *quasi primitiae*' (Ht.), 'ut addito nomine intelligamus sermonem habere metaphoram' (En.). Quod Stolz. vertit 'einige der Erstlinge' id aeque in nexu demum inesse posset ac Sch.[II] 'singulares et eximiae primitiae, vi Adj. magnitudinem quandam et praestantiam declarantis' (Fisch. ad Wkll.), 'e. ganz bes. Ausbund s. Geschöpfe'; cf. Win. Gr. ed. 2. p. 209. ('liegt nicht in dem W. τις an sich, sondern in dem jedesmal. Contexte, wie denn auch das einfache τι, wo es prägnant ist, blos aus d. Zusammenhange erkannt werden kann') ed. 3. p. 145; sunt igitur hae sententiae non minus alienae, quam Agstii λόγῳ ἀληθείας 'zur wahren Religion' et Potti vborum εἰς τὸ εἶναι ad *eventum* revocatio (q. d. 'διὰ τοῦτο δεῖ εἶναι ἡμᾶς', unde sequitur, nos ut primogenitos i. sacratos esse debere' cll. 2 Tm. 4, 6. Phil. 2, 17. all.).

Fecit Deus nos Xtianos βουληθείς] – αὐτὸς βούλ., βουλ. γὰρ simm. singulatim in Verss. sunt mersae expletiones – *consilio capto, volens, quia voluit*. Quae insint, praeeunte Bns. [*freiwillig, nach u. aus guter Ueberlegg, durch u. vermittelst s. Willens*] bene expressit Ma.: 'quod Deus facit iuxta suam voluntatem', id facit vel' (A) 'quoniam est potens, vel' (B) 'quoniam ab aeterno ita decrevit, vel' (C) 'quoniam est benignus et benevolus'. Addit:

'Nunc tertium praetulerim: *pro sua benignitate voluit* 'ita', οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήσαμεν αὐτόν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς 1 Io. 4, 10. [STOLZ (*huldreich gab er uns e. neues Leben*) HT. (*aus freier Gnade*)]. Recte, si is est cardo, nonnisi bona a Deo contingere. Tum omnium beneficiorum id appellaretur, quod dignitate erat primum, adeoque omnibus aerumnis longe maius et certius documentum, omnem etiam mali suspicionem a voluntate divinâ sponte excludens. '*Wir haben uns — so ist d. Zusammenh. mit dem Vorherg. zu denken — keineswegs zu beklagen, dass uns die Gottheit nicht wohlwolle, od. dass sie uns zum Bösen reize; denn sie hat uns ja, indem sie uns zuerst z. Chth. berief, den grössten Beweis ihres Wohlwollens gegeben, u. ihre Unveränderlichk. bürgt uns dafür, dass sie keineswegs unsern Abfall veranlassen kann*' (GBS.). Quod si contra hoc est primum et summum momentum, omnia quaecunque bona nonnisi a Deo contingere, cardo est quod (A) voluit appellaturque omnium beneficiorum divinorum id, quod tempore primum fuit adeoque causa demum extitit omnium, quibus fortasse sibi videantur meruisse, bene factorum. Ita hoc potissimum inculcaretur, ut voluntati divinae omnia accepta referrent et commoda et incommoda, alieni et a superbiâ, quippe qui ne initium quidem fecerint ipsi, et a temeritate Deum incusandi, quippe quos propria cupiditas trahat, et a fluctuatione, quippe qui sciant nullam in Deo metuendam esse 'consilii mutationem aut necessariae opis recusationem, modo ne nobismet ipsi desimus eiusque munere uti cessemus' (SCH.); *der Unwandelbare sow. in s. Heiligk.* (*v.* 13) *als in s. Güte* (*v.* 17) *u. in s. ewigen Rathschlüssen* (*v.* 18), *kann, da er euch selbst z. Chth. berufen hat, nicht euren Abfall veranlassen* (GRASH.). Aliena sunt 1) Ciceronis, quod SCH. affert, de off. 1, 15.: 'beneficia quae temere aut fortuitu data videntur, aeque magna non sunt habenda atque ea quae *iudicio, considerate constanterque* delata sunt'; 2) BNG.[II]: *Gott habe durch die an den Israeliten erfüllte Wahrheit seiner Zusagen seine Beständigkeit u. Unwandelbarkeit erwiesen*; 3) POTTI *βουλ.* 'pro comp. *εὐβουληθείς*' et GBS.[1] *βούλεσθαι* fortasse significare posse *benevolentiam*, quia 2 Sm. 20, 11. חָפֵץ בִּירֹאָב LXX reddiderint *βούλεσθαι Ἰωάβ*, quum vero plerumque *βούλεσθαι ἐν* scribant, deesse ita accipiendi causam, aptius cogitando addi inf. *ἀποκυῆσαι* 'er wollte es und schuf uns d. h. seinem Willen verdanken wir es'. Sensus bonus et verus male effectus. חָפֵץ est gr. *εὐδοκεῖν* et *velle aliquem* atque *velle aliquid* ipsâ naturâ sua differunt.

— Placet summam totius argumentationis comm. 16—18. subiungere ERASMI vbis: 'Ut Deus suapte naturâ pure summeque bonus est, ita nihil ab illo proficiscitur nisi bonum. Si quid igitur in nobis est vitiorum, non Deo sed nobis ipsis feramus acceptum: si quid bonae rei, si quid verae lucis, si quid illibatae sapientiae, id totum auctori Deo adscribamus. Si quid lucis habet hic orbis crassior, a coelestibus illis corporibus habet et potissimum a sole... Quicquid vere lucidum est, id nobis ex sese mittit ille pater et princeps omnis verae lucis... Dona sunt verius quam praemia, liberalitas potius quam merces. Fas igitur non est, ut hinc quicquam nobis arrogemus, sed pro nostris malis Dei misericordiam interpellemus, pro bonis non nostris illius liberalitati gratias agamus... Nostrum hunc diem nox succedens excipit, nubes intercedentes obducunt, humanam sapientiam obnubilant errores opinionum, humanam probitatem inficiunt malae cupiditates. Apud illum nulla malorum mixtura nec ullae caliginis vices... Hic rursus nos genuit, prorsus in alios homines transformavit, non ex corrupto semine terreni patris, sed ex purissimo semine sermonis aeterni et veridici. Mendax erat sermo serpentis .. verax est sermo doctrinae evglicae.. Suâ gratuitâ bonitate.. in terris novam creaturam nosque huius novae conditionis veluti primitias quasdam esse voluit qui inter primos sumus ad evglicam doctrinam vocati.'

19—21. Tanta quum debeantur supremo numini per verbum veritatis, *oportet, fratres mei dilecti,* vos *omnes promptos* paratosque *esse ad audiendum* discendumque, *tardos* vero minimeque praecipites *ad loquendum, tardos* item *ad animum exacerbandum. Exacerbata enim hominis affectio Dei iustitiam non perficit. Ideo depositâ* cum *omnis generis* et *inquinantibus et* in vobis nonnisi *exuberantibus vitiis* adversus Deum effervescendi temeritate, pacatâ potius modestâque *mansuetudine verbum* illud vobis iam insitum ac quasi *ingeneratum* efficacius in dies in animos *admittite, quippe quod salutem vobis afferre valeat internam* eamque aeternam.

Est cohortatio ex antecedd. ducta. Docet hoc arcta verborum connexio, si non ex criticis de causis dubio ὥςτε, tamen e vcblo λόγου v. 18. 22 sqq. certa. Ducitur e v. 18. atque inde demum vv. 13 et 2. respicit. 'Quum in id tendant adversa, quae nobis immittuntur, ut fiamus meliores, ac praeterea Deus nos tanta vocatione dignatus sit' — (Gt.; v. 4. 18); 'quum primitiae sitis conditoris optimi et benignissimi, operam date ut a vitio et sordibus quibusque sitis alieni' (Wf.), 'ne munus a Deo datum habeatis non utentes et male habentes perdatis atque sic praesidio auxilioque contra tentationes destituamini' (Sch.). In his quum etiam argumentum apte continuetur, non fuisset quod Mr. (repudiato ὥςτε) plane aliam admonitionem incipere contenderet, Ht. ὥςτε notaret 'ab hominibus imperitis et dicendi rudibus saepe usurpari, ubi nulla ex praemissis conclusio locum habeat', alii alia 'comminiscerentur —: nisi haesitandi causam praebuisset quo conclusionem orditur:

19. Ἔστω πᾶς ἄνθρ. ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν] *sit omnis homo celer ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram* — quemadm. Hebrr. קְצַר רוּחַ, אֶפְרִים קְ׳ q. d. *kurz angebunden,* ex opp. אֶרֶךְ ר׳, אָפְ׳ אַפַּיִם cll. *irasci celer* Horat.; βραδὺς ὠφελῆσαι, ταχὺς βλάψαι Phil.. Locum communem de frenanda linguae intemperie iraque cohibenda [Gt.[41])

41) 'Ideo philosophi aiunt nobis datas aures duas, linguam unam; et aures patulas, linguam septo dentium obvallatam. At multi sunt quibus dici potest Sophocleum illud: *βούλει λέγειν τι, καὶ λέγων μηδὲν κλύειν*', s. cum Plut. (*περὶ ἀδολεσχίας* in.) duo haec et prima et maxima esse, audire et audiri, quorum neutrum contingat garrulis, illudve Pirke Aboth 1, 15. אמור מעט ועשה דברה *loquere parum fac multum.* — Tam trita est sententia, ut utrum certus aliquis locus alius scriptoris Iacobo obversatus fuerit, dubitari queat. Finitima eaque a Iac. haud aliena sunt Sir. 5, 11–13. *γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει σου, κ. ἐν μακροθυμίᾳ φθέγγου ἀπόκρισιν. Εἰ ἔστι σοι σύνεσις, ἀποκρίθητι τῷ πλησίον, εἰ δὲ μή, ἡ χεὶρ σου ἔστω ἐπὶ στόματί σου. Δόξα κ. ἀτιμία ἐν λαλιᾷ, κ. γλῶσσα ἀνθρώπου πτῶσις αὐτῷ.* 4, 29. *Μὴ γίνου ταχὺς ἐν τῇ γλώσσῃ σου·* 1, 21. *Οὐ δυνήσεται θυμὸς ἄδικος δικαιωθῆναι· ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ πτῶσις αὐτῷ.* Add. 9, 18. (*φοβερὸς ἀνὴρ γλωσσώδης κ. ὁ προπετὴς ἐν λόγῳ αὐτοῦ μισηθήσεται*) 20, 3–6. Sap. 1, 11 (*φυλάξασθε γογγυσμὸν ἀνωφελῆ κ. ἀπὸ καταλαλιᾶς φείσασθε γλώσσης*) Prov. 10, 19. 13, 3. 17, 27 sq.; 15, 1. 4. 17 sq. 30. 33. Coh. 4, 17–5, 6. 7, 8–10; singulatimque Mt. 5, 22 sqq. Simil.: Ep. Barn.: *οὐκ ἔσῃ πρόγλωσσος· παγὶς γὰρ στόμα θανάτου.* — Zeno ap. Diog. Laert.: *διὰ τοῦτο δύο ὦτα ἔχομεν, στόμα δὲ ἕν, ἵνα πλείω μὲν ἀκούωμεν ἧττονα δὲ λέγωμεν* [idemque adolescenti cuidam *ἀθυρογλώσσῳ: τὰ ὦτα σου εἰς τὴν γλῶτταν συνεφύηκεν*]. Cleobul. ap. eund.: *φιλήκοον εἶναι μᾶλλον ἢ φιλόλαλον.* Demonact. ap. Lucian.: *ἐρομένῳ τινι, πῶς ἂν τις ἄριστα ἄρξῃ; ἀόργη-*

Wr. Mr. all.] nexus non fert; 'cur enim hanc potissimum virtutem unam ut conclusionem ducit e superioribus?' (Mr.) ab eaque statim ad universam cohortationem pergit?; *die Ermahng, nicht zornig zu sein, stände zu isolirt*, id quod suae aliorumque animadversioni plerumque subduxerunt magis minusve in ipsa applicatione restringendo. Sunt 'generalia axiomata quibus specialia sua Iac. superstruit' (Heis.) ita, ut quae universe hortatur pro more suo s. (si malis) invidiae vitandae causâ, ea applicanda relinquat lectoribus. Ita vobis latus quo patent ambitus salvus manet, explicatoriqae nonnisi inquirenda venit vis, quam in eos potissimum, quibus scripsit, habere deberent. Sed quanquam recte Ht.: 'neque omnibus hominibus haec dicit, sed Xtianis quatenus sunt Xtiani, neque universe loquentibus sed vel docentibus vel discentibus': siquidem hi utrique accurate distinguuntur et opponuntur, non magis apparet causa cohortationis hoc potissimum loco insertae. Erant sane (A) *doctores*, qui *praecipitis et oris et irae — unzeitigen Lehrtriebes u. hitzigen Verfolggsgeistes ohne gehörige Kenntniss der Lehre* (Agsti) — coetus xtianos haud parum turbarent [Agstin. Bed. Nöss. Ht. Pt.], quemadm. 'in omni doctrinae novitate, ferventibus discentium studiis, plurimos praeter rem sese doctores ingerere, omnis temporum historia testatur' (Ht.): sed cp. demum 3. ad eos sane ἐν λόγῳ non minus πταίοντας quam ζήλῳ πικρῷ κ. ἐριθείᾳ (v. 2. 14) singularis castigatio convertitur. Erant porro (B) *discentes*, qui modo doctorum severitati obstreperent adeoque recte iuberentur *ein offnes Ohr zu haben u. ohne Widerrede u. ohne Unwillen folgsam zu sein; mancher mochte einen Jac. zu strenge in s. Grundsätzen finden u. sich gegen s. Forderungen empören, vielleicht in leidenschaftliche Urtheile gegen ihn ausbrechen, wenn er z. B. auf standh. Bekenntniss des Chth. unter allen Prüfungen unerbittlich drang oder herrschende Laster bestrafte* (Stolz); modo adversus exteros negligentius cupidiusve versarentur, ex domestico vitio Iudaeorum istis temporibus iamiam adversus Romanos agitari coepto, odium in gentes mordicus idque eo funestius tenendi, quo magis speciem opinionemque iustitiae s. religionis ipsum Deum vindicandi imitarentur sibique imprimerent (Sml. cll. R. 10, 2. et allusione v. 21. hac: vera impuritas veraque superfluitas non est ciborum et commercii praeputiive, sed est vitiositatis adeoque nec a Iudaeo aliena): *überlegt was ihr (auf die Äusserungen, Urtheile, Lästerungen der Gegner) antwortet, genau u. gerathet nicht sogleich in Zorn* ctt. — *gegen das Vorurtheil der Juden, durch ihre heftigen Leidenschaften und blinden Eifer um Gott und dessen Ehre selig zu werden* (Bmg.). Uno verbo, erant in quos caderent haec Erasmi: 'antehac maluistis videri magistri quam discipuli, nam id vobis persuadebat ambitio, quod doctior habeatur vulgo, qui loquacissimus sit; maluistis irasci recte monenti quam agnoscere culpam; maluistis obsequi libidini perniciosae quam ea sectari quae salutem afferunt'. At vero non hos mente tenuit Iacobus, sed eosdem hac etiam disputatione petit quos supra cohortatus erat v. 13 sqq. adeoque etiam v. 2 sqq. qui calamitatum impatientes de Deo quid quod contra Deum indigna effutire et criminari haud fuerant dedignati: 'interdicit iudicia cupida (*leidenschaftliche Urtheile*) de persecutionibus ob rel. xt.' (Jasp.), *voreiliges unüberlegtes Reden wie v. 13. übergehend in Zorn u. Unwil-*

τος, ἔφη, ὢν κ. ὀλίγα μὲν λαλῶν πολλὰ δὲ ἀκούων. Dio O. 32. ἐγὼ δὲ μᾶλλον ὑμᾶς ἐπῄνουν βραδὺ μὲν φθεγγομένους, ἐγκρατῶς δὲ σιγῶντας, ὀρθῶς δὲ διανοουμένους ... Γίγνου μὲν πρὸς ὀργὴν μὴ ταχὺς ἀλλὰ βραδύς. Animo et orationi moderari quum sis iratus, non mediocris ingenii est. Cic. (Sch.). Add. ap. eund. Diog. L. Biantis: μὴ ταχὺ λάλει, μανίαν γὰρ ἐμφαίνει· et Pythagorae: ἐν ὀργῇ μήτε τι λέγειν μήτε πράττειν. Plut. (praeter tractatus, supra iam commemoratum *de garrulitate*, itemque *de auditione* et *de capienda ex inimicis utilitate*) *de cohibenda ira*. Sen. *de ira* (ubi 2, 24. 'maximum irae remedium mora'). Patrum loca collegit Suicer.

len gegen Gott wegen der Verfolgger (Grs.) — quam sententiarum copulationem dubitanter proposuit Pt., probavit recentioribusque [ut etiam Sch.[10] Grash.[10]] persuasit Agsti (*'er sei bereitwillig vernünftige Gründe anzuhören, er sei bedächtig ehe er redet, bedächtig ehe er gegen Gott hadert'; v. 14 — 18. weitre Entwickelung des Satzes: 'der Mensch wird nicht von Gott sond. durch sich selbst zum Bösen gereist'*). Nec est cur 'hanc praecipue vocis ὀργὴ interpretationem aliqua saltem duritie laborare' (Pt.) queraris, hocve obtendas, quod εἰς ὀργὴν nonnisi iubeatur esse βραδύς] *bedächtig, nicht übereilt*, adeoque res cogitari debeat non prorsus repudianda — qualis profecto esset ista erga Deum affectio ubi 'nec segni nec veloci convenit accedere pede, sed recedere potius et penitus refugere' (Heis.) — sed limitibus suis circumscribenda: *nur z. rechter Zeit, nach genugsamer Ueberlegg u. Prüfung* (Bmg.); pertinet hoc ad generalem enunciati conformationem, in cuius speciali applicatione sponte continetur officium ab hac irae parte, utut sat proclivi, prorsus sese abstinendi. Item pressius quam verius 1) πᾶς ἄνθρ.] *jedermann eben darum weil er Mensch ist* (Bmg.); 2) ἀκοῦσαι] per Meton. *obedire, Gehorsam, u. Ausübg des Gehörten* (Bmg. Agsti al. praeeunte Oecum.: τὸ ταχὺς οὐχὶ εἰς ψιλὴν ἀκρόασιν περιΐστησιν, ἀλλ' εἰς ἔνεργον κ. μετὰ τὸ ἀκοῦσαι πρὸς τὴν μεταχείρησιν τῶν ἠκουσμένων ἀφορμῶσαν); anticiparetur primarium cohortationis momentum v. 21 additum. Ceterum institutio, doctrina simm. ap. veteres fere exprimuntur vbis *audiendi*, quia 'vocis olim multo crebrior usus quam *scripti* in docendo erat' (Knp. cll. שְׁמוּעָה, κατήχησις ['ab *insonando* discentium auribus'] all.).

Haec sententiarum connexio non labefactatur lectionis varietate. Simpliciter scripsisse videri potest Iac. ἀδελφοί, ἔστω πᾶς ἄνθρ. κτλ. ita ut reliqua omnia explendi studiis debeantur. 'Μου ἀγαπητοί] omittit 13. Alii transponunt. Ex v. 16. allitum videtur. Decies quinquies hac appellatione Iac. utitur, bis v. 16. 2, 5. μου ἀγαπ. addens, octies μου tantum, quinquies simpliciter ἀδελφοὶ scribens' (Sch.). Ὥστε] 'duo Cdd. [42. 47.] omittunt. Nonnulli de praestantissimis et Vss. quaedam exhibent ἴστε [BC 73. 83. Copt. Syr. p. in m. Arm.] ἴστε δέ [A Latt. prisc. (scitote fratres mei dilecti, sit autem omnis homo ctt.) et vulg. (scitis fr. m. dilectissimi, sit autem ctt.)], quam lect. probb. Mill. [et Beng.], receptae supparem censuit Griesb. et cupide arripuerunt Sml. ac Mr.. Ὥστε c. Imp. vd. 1 Cor. 11, 33. Ἴστε semel occurrit in NTo Hebr. 12, 17. Ap. Hdt. 3, 71. 9, 21. scitote, non tamen ita ut praeceptum s. iussum inducatur. Facilius caruerim utraque lectione quam ὥστε legerim' (Sch.). Ἀσυνδέτως scripta alii aliter connexuerunt; simplicissime Syr.[42]): *et vos* fratres mei dilecti, quisque *ex vobis* sit ctt.; artificiosius alii per ἴστε (quod si vel singularius videri queat quam ut glossam dicas, poterat tamen seq. ἔστω suppeditare, item quod) alii quippe facilius maluerunt ὥστε. Poterat vero ἴστε a Iac. scriptum difficultatis ergo aliâve de causâ s. ejici s. c. ὥστε permutari; unde non adm. repugnaverim Lach.° scribenti: ἴστε ἀδ. μ. ἀγ. ἔστω δὲ τλ. Non tamen explicuerim A) 'Scitote carissimi, tenete id quod nunc dicam' (Mr.); nec B) 'Non ignoratis istud carmen' (Sir. 5, 11): *sit omnis homo* ctt. (Sml.); nec denique C) 'Non dubito vos.. scire, quae hactenus a me dicta sunt, plane esse verissima: quanquam autem hoc mihi persuadeo, moneo tamen vos' ctt. (Justin.); — sed D) Attendite hoc — *sit autem* ctt. i. e. hac tali agendi ratione vos monstrate novae illius per Deum eiusque verbum generationis bene gnaros ac memores. Addo Agstii coniecturam: ἴτε s. ἴδτε ab ἴδναι = ἄγε νῦν 4, 13. 5, 1.

Ceterum huius sententiarum seriei, quam sponte fere et rei natura et ipsae voces suppeditarent, in ipsius Ep. pertractatione haud immemor fuisse videtur Iac.

---

42) ... ctt.

Extitit certe v. 19. 'brevis recensus deinceps dicendorum' quorum 'tripartita enumeratio haec est: *quare* (ne tantis beneficiis v. 18. indigni habeamur) *esto omnis homo* (xtianus) *promtus ad audiendum* (de quo statim inde a v. 22 fusius exponitur), *tardus ad loquendum* (c. 3), *tardus ad iracundiam* (c. 4. 5)' KNP. Vd. Prolegg.

20. Quod concluserat, id additâ firmat causâ: *ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην θεοῦ οὐ κατεργάζεται*] a quo (fortasse e v. 3. invecto) sensu non differt quod habent AB et novem alii Cdd. probavitque LACHM.: *οὐκ ἐργάζεται*] quam causam non admodum attinet, utrum magis externe informes: *non solet facere, quae iusta sunt coram Deo,* quae a Deo postulantur, virtutis pietatisque praecepta; an interne: *non parat* (imo impedit et excludit) *iustitiam coram Deo,* probationem div.[43]); cohaerent tanquam *antecedens et consequens*, quorum illud in hebrr. עֲשֵׂה צֶדֶק sim. Ps. 15, 2. al., hoc in NTo praeponderat. vd. (de *δικαιοσύνη θεοῦ*) ad R. 1, 17.

Satis absque re linguaeve usu alii *δικαιοσ.* interpretati sunt virtutem *iusti* Dei *vindicem* quae hominis irâ haud cogatur (*eure Verfolger zu strafen u. ihren Verfolgungen ein Ende zu machen*) sed solâ Dei salutari praefinitione; ita ERASM.: 'ap. homines fortassis iustus videtur qui convicium convicio, qui maleficium maleficio retaliat, sed idem multo aberit a iustitia Dei' ctt.; alii adeo *religionem div.* quae ita minime iuvetur ('*durch solchen Eifer gewinnt die göttliche Lehre niemals*' HT. qui eodem modo vertit 1 Ptr. 3, 14. provocatque ad 2 Cor. 11, 15. 1 Io. 2, 29!). Ceterum *τῇ ὀργῇ*] complexus simul est *τὸ λαλῆσαι* v. 19[1], quoniam impia ista temeritas e *cupido* potissimum *iratoque* animo fluit adeoque hoc vitato sponte evanescit. *Ἀνδρός*] dixit non sine orationis vi ac distinctione, si vel longius petitum sit illud platonici stili *ὕψος* quod HEIS. e Dion. Long. affert: *καὶ τὴν μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν οἴκησιν προσεῖπεν ὡς γυναικωνῖτιν, τὴν τοῦ θυμοῦ δὲ ὥσπερ ἀνδρωνῖτιν·* quia 'nimirum molliores atque effoeminatiores affectus sunt cupiditates s. voluptates, contra ira fortior est et in virum magis competit'.

21. Redit ad cohortationem gravius pleniusque inculcandam. *Διὸ ἀποθέμενοι ... δέξασθε τλ.*] *quum* illius iracundiae *haec sit ratio,* I) *deponite omnem vitiositatem;* II) *accipite τὸν ἔμφυτον λόγον.* Utrumque per Aoristos iuxta positum; est enim tam arcte nexum, ut non solum sine altero, sed ne altero quidem prius neutrum cogitari queat. 'Utraque res sine altera debilis' est (ait Cic. Tusc. 2, 5); 'ut ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus. cultura autem animi philosophia est: haec extrahit vitia radicitus et praeparat animos ad satus accipiendos, eaque mandat his et, ut ita dicam, serit quae adulta fructus uberrimos ferant'. Vera sensit. Disciplina demum divina est vera animi cultura, eaque dum vitia extrahit, praeparat ad satus et vicissim. Quemadm. spiritus demum innovatus vitiositatem cum successu debellat, ita haec vicissim innovatio non stat cum vitiositatis sordibus, iisque demum depulsis absolvitur. — Trans-

43) LUTH. (*des Menschen Zorn thut nicht was vor Gott recht ist*) WF. HEIS. ('quamdiu evglium, quia in aerumnas vos coniicit, irâ perciti auditis eique obloquimini et inprimis illam evglii partem, quae de necessitate ac utilitate harum aerumnarum agit, indignabundi reiicitis: primario ev. fructu, qui est iustitia Dei, vos ipsos privatis') PT. ('iratus observare non solet virtutis praecepta') JASP.; GT. (si quis cito et saepe irasci adsuescat, is iustitiam Dei non adipiscetur aut si adeptus est, amittet) MR. ('non efficit ut in homine sit probitas qualem Deus postulat, amat et ipse habet') GBS. GRASH. ('*durch e. so thörichtes u. sündl. Benehmen könnet ihr nicht in dem Zustande des Gerechtfertigtseins vor Gott, in den ihr durch Xstum versetzt worden seid, bleiben u. eben so wenig der damit verbundnen Wohlthaten theilhaftig werden*').

greditur autem a *speciali* disputatione adversus ὀργὴν ad *universam* [vd. ad v. 2.] ῥυπαρίαν, ob arctissimum singulorum quorumcunque vitiorum nexum; *er redet insgemein von aller Befleckung - dem Unwillen mit allen übrr. Arten ähnlicher Leidenschaften - damit es nicht scheine, er bestrafe nur einige Sünden..., um zu zeigen, man könne unmöglich gegen eine u. die andre Art des Bösen mit wahrem Nutzen eifern, ohne gegen die übrr. zugleich zu streiten* (Bmg.).

Deponite πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κακίας] *omnem spurcitiam et exuberationem malitiae.* Κακίας] I) Notio: *malitia, vitiositas*, quemadm. Arist. et Cic. opp. τῇ ἀρετῇ, virtuti; cave 1) ne ad *studium aliis nocendi*, nimium (adeoque *malum*) fervorem, quo mens in secus sentientes exasperetur c. Ht. et Potto (*zu weit getriebene Gehässigk.*) restringas; quos Iac. petit, aliis quoque modis idque in Deum etiam peccabant; 2) ne *ullum quid* opineris, cuius nonnisi *abusus* taxetur: *vitia et nimia morositas* (Rosenm.); utut ὀργὴ et severitas bonae esse possunt, κακία et malitia nunquam. II) Genit. potest appositus esse τῇ περισσείᾳ quippe voci mediae, ut *mala* intelligeretur, qualis ῥυπαρία per se est; ita Oecum. (et Theoph.): τῇ ῥυπ. προστίθησι καὶ τὸ περισσείαν κακίας, τοῦτο βουλόμενος παραστῆσαι, τὸ εἰ καί τινι πολλάκις περιέπεσέ τις ῥυπαρίᾳ, ταχέως αὐτῆς ὑπεξίστασθαι, ἀλλὰ μὴ τῇ κατ' αὐτὴν ἐπιμονῇ τε καὶ ἐγχρονίσει διὰ τῆς συνηθείας βεβαιότερον κ. δυσεκνιπτότερον τὸ κακὸν ἀπεργάζεσθαι, πεφυκότων τῶν συνεχέστερον ἡμῖν κ. περιττότερον ἐπιτελουμένων, εἰς φύσιν ἀποκαθιστᾶν τὸ τελούμενον, ἤτοι φύσεως ἕξιν αὐτῷ περιποιεῖν· probantibus plerisque; concinnius tamen et fortius utrique Subst. adscripserunt Pt. Sch. praeeunte (quem etiam in explicatione sequi satius fuisset) Schol. ap. Matth. ῥυπαρίαν κ. περισσ. κακίας τὴν ἁμαρτίαν τὴν ῥυπαίνουσαν τὸν ἄνθρ. φησί, τὴν ὡς περιττὴν οὖσαν ἐν ἡμῖν. Ῥυπαρία] NTiἁπλγ. (= ῥύπος 1 Ptr. 3, 21. cll. ῥυπαρός Iac. 2, 2. et ῥυπαρεύεσθαι s. ῥυποῦν Ap. 22, 11) *'sordes, inquinamenta*, quibus tanquam corpus morbosum purgandus est animus non bene constitutus, unde Plat. in Sophista Ed. Bip. T. II. p. 222. ἀφαίρεσιν κακίας ψυχῆς καθαρμὸν vocat' (Ht.). Explicatius 2 Cor. 7, 1. ταύτας ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας ἀγαπητοί [Iac. ὅτι ἀπεκύησεν ἡμᾶς ἀδελφοί] καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς κ. πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ. vd. ad Mt. 15, 17-20. Nimis specialiter Storr: *avaritia* cll. Phav. et Hes. ῥυπαρός· αἰσχροκέρδης, quanquam non absque omni nexu; *'eben die Sorge für das Zeitliche, Habsucht u. Geiz, war bei den Verfolgungen oft die Ursache des Abfalls v. Chth.'* (Gbs.). Περισσείαν] *abundantia*, in quo significatu eminent sensûs *multi, nimii, superflui.* N. l. puta malitiam et (quod neminem non tangit) inquinantem et (quod lectoribus peculiare erat) *exuberantem, magnam admodum, maiorem quam in Xtt. quid quod in Xtianor. primitiis* (v. 18) *expectaveris.* Utrum non satis quasi eluerint, an denuo contraxerint, non attinebat dispicere. — Aliarum verba distinguendi et ad se referendi rationum iuvat adscribere 1) Heis. qui ῥυπ. in specie significare censet 'vitia intemperantiae, gulae et lasciviae, quae homo magis

in se ipsum committit quibusque proprium corpus sordidum reddit atque contaminat', κακ. vero 'illa crimina quae in alios, Deum, eius verbum et proximum praeter ius fasque committuntur' (unde v. c. opponantur illi sanctitas, huic iustitia: 2 Cor. 7, 1. 1 Th. 4, 7; 1 Ptr. 3, 10 sq. cll. 12. et 17. cll. 18.); 2) SCH. cui κακία vitiositas est 'impotens illius mediocritatis tenendae, quae est inter nimium (περισσ.) et parum (ὑπ.)'.

Translationes unde ductae sint, multum laborarunt. I) Abundantia quum multarum rerum sit et amplarum et ampliorum ac superfluarum: ad haec singulatim scriptor visus est respexisse: *A)* '*Excessus* tam in plantis quam in animantibus, sine quo utrorumque natura constare potest, quodque adnascitur et supra modum nascitur' (HEIS.); 'abundantes inutilesque in arboribus et vitibus rami falce resecandi' (LÖSN.); 'rami et surculi *luxuriantes*' (HT.); '*jedes Schandfleck u. Auswuchs von Gehässigkeit*' (PT.): cll. Phil. de victim.: περιτέμνεσθε τὰς σκληροκαρδίας· τόδε ἔστι, τὰς περιττὰς φύσεις τοῦ ἡγεμονικοῦ, ἃς αἱ ἄμετροι τῶν παθῶν ἐσπειράν τι καὶ συνηύξηναν ὁρμαὶ, καὶ ὁ κακὸς ψυχῆς γεωργὸς ἐφύτευσεν, ἀφροσύνη, μετὰ σπουδῆς ἀποκείρασθε (ubi tamen περιττὰς suggessit vb. περιτέμν. nec minore iure inde deducetur περισσεία praeputii). *B) Excrementa* quippe superflua et molesta ideoque corpori *excernenda* atque eiicienda [AR. BEZ. PISC. ERSCHM.]: quae 'universa, cumprimis vero quae per alvum ac vesicam exonerantur, quorum potior et in sensus magis incurrens pars est, appellari in proclivi est περισσὸν, περισσὰ, περίττωμα, περίττωσιν et quae alia eiusdem cum περισσείᾳ sunt ortûs' (HEIS.); id quod usum loquendi a GES. addubitatum, singulatim in translatione, satis defendit, si vel in loco Clem. A'. quem idem HEIS. affert, περιττεία non sit *excrementum* ipsum et solum sed *abundantia*: '*Merito iis, qui per exercitiorum abstersiones non excernunt, et urinae et stercora redundant. Redundant etiam iis alia περιττώματα, excrementa, et praeterea sudores, cum alimentum corpori minime distribuatur sed effundatur εἰς περιττὰ, in ea quae sunt supervacanea. Hinc etiam ad partes genitales excitantur libidines, ἐπιῤῥεούσης τῆς περιττείας, influente excremento, motu proportione quadam facto. Quare liquefacere oportet ταύτην τὴν περιττείαν, hoc excrementum, et illud in concoctionem effundere, per quam species (hominis) rubescit*'. *C) Praeputium* quippe pellicula et sordida et *superflua* [GT. HAMMOND. CLER. SPENC.] cll. Col. 2, 11. ubi Xtiani drr. περιτμηθέντες περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος [τῶν ἁμαρτιῶν] τῆς σαρκός· vd. ad v. 19. — Ab aliis, qui a translationibus cogendis sese abstinere mallent, addita sunt: *D) Magnitudo* [WY.: 'vitia quaeque *s. leviora* illa videantur *s. graviora*'] quemadm. v. c. χάριτος et χαρᾶς περισσεία celebratur R. 5, 17. 2 Cor. 8, 2. sensu *eximii* nec vero *nimii*. *E) Superfluum*, fere cum litot. [CARPZ.: vitia *superflua* adeoque *noxia*]; ita Plut. in Gryll. cupiditates vocat τὰς ἐπεισάκτους κ. περιττάς, adscitias et supervacaneas; add. PHAV.: περιττόν λέγεται τὸ μὲν πρὸς τὸ χρήσιμον κ. ἐπίκαιρον ἤτοι τὸ ἔγκαιρον, κ. δηλοῖ τὸ ἀργὸν κ. κενὸν ἐκ προσθήκης· ... τὸ δὲ πρὸς τὸ ἀναγκαῖον ὅπερ ἐμφαίνει φιλοτιμίαν. *F) Residuum*, '*alle Unreinigk. u. alle Ueberreste e. schlechten Denkart*' (AGSTI), '*alle Unsauberk. Unlauterk. im Denken u. Handeln, z. B. Geiz, zu grosse Sorge für das Zeitliche u. alle aus früherer Zeit, ehe ihr Xsten wurdet, übrig gebliebene Bosheit, Schlechtigk. durch welche ihr zum Zorne u. Abfall gereist werdet*' (GRASH.); add. KÜTTN. MICH. GES. et notione aliter paululum relatâ STORR (sordida avaritia et *reliqua* pravitas) et MOR. ('*reliquias* inutiles quae abiici solent adeoque inquinamenta', ut sint 'duo verba synonyma'; quemadm. etiam SCH. vertit: '*jeden Schmutz u. Wust v. Bosheit*'). Ita Ex. 10, 5 κατέδεται πᾶν τὸ περισσὸν τῆς γῆς τὸ καταλειφθὲν, ὃ κατέλιπεν ὑμῖν ἡ χάλαζα. 1 Macc. 9, 22 καὶ τὰ περισσὰ τῶν λόγων Ἰούδα κ. τῶν πολέμων κ. τῶν ἀνδραγαθιῶν ... οὐ κατεγράφη, πολλὰ γὰρ ἦν σφόδρα. Ios. dbj. 2, 6 δεῖσθαι δὲ Ῥωμαίων ἐλεῆσαί τε τὰ τῆς Ἰουδαίας λείψανα κ. μὴ τὸ περισσὸν αὐτῆς ἀποῤῥίψαι al.; nec mirandum in hisce nonnunquam accedere et eminere notionem *multi* ac *largi*. Videtur sententia paululum elevari; certe separari debebit ὑπαρξία a Gen. καλλιας. *G) Lucrum* [BRETSCHN.: studium *lucri* turpis] quemadm. hebrr. יִתְרוֹן et יֶתֶר, pro quibus ap. LXX Coh. 1, 3. 2, 11. 13. 6, 8. al., etiam de *emolumento* dicantur. II) Sordes item alii alias cogitarunt: *A) Aurium*; 'praecipit v. 19. ut unus quisque *celer* sit ad *audiendum*: *aurium* itaque removendae sordes sunt quae audiendi celeritatem impedire que-

unt' (HEIS.); add. quod ab aurium excretionibus bene traduceretur oratio non solum ad universa excrementa, sed etiam ad *praeputium* malum (q. d. 'circumcidite aures vestras et corda vestra' Act. 7, 51). Quanquam ap. Hippocr. all. habetur ὠτὸς itemque ἐν ὠσὶ et εἰς ὦτα ῥύπος, longe tamen petitum est et putidum. Utrumque vitantes plerique omnes *B) Vestium* translationem tenent cll. 2, 2. ubi λαμπρᾷ ἐσθῆτι opp. ῥυπαρά· add. ἀποθέσθαι et veblum esse de hac re prpr. (v. c. Act. 7, 58. ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια) et usitatissimam Metaph. (ut ἀποθέσθαι s. ἀπεκδύσασθαι παλαιὸν ἄνθρ. Eph. 4, 22. Col. 3, 9; unde Iustin. M. in Dial. c. Tryph.: τὰ ῥυπαρὰ πάντα ἃ ἠμφιέσμεθα κακὰ ἀπεκδυσάμεθα ut itaque simus τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια τουτέστι τὰς ἁμαρτίας ἀπημφιεσμένοι) vd. ad Pauli illud Χριστὸν ἐνεδύσασθε Gal. 3, 27. Sordes denique *C) Unctorum* et sudantium *luctatorum* ex palaestrae pulvere (et luctando et de industria adsperso) collectas adeoque *illuviem pessimam*, cui inprimis peccatum assimilari meruerit, appellavit LYD. Agonistt. cp. 8.

Addit modum et causam. Opus est et studio ac amore et modestia atque verecundia. *Δέξασθε*] *excipite*, in animum *admittite*. Notat *animo* et *affectu* (λαμβάνειν contra *opere ipso*) accipere, unde sensûs sponte consequuntur et *excipiendi libenter introrsumque*, et *retinendi;* quod autem quaevis acceptio est rei *aliunde* accedentis, id intercedente demum Metaphorâ disparuerit. Nostris de institutione admittendâ frequentatur [vd. Lexx. [44])]. Nec alienum est, quod qui n. l. compellantur, non *instituendi* erant sed *instituti; actu* nimirum evangelium acceperant, sed *affectum* fere sustulerant afflictiones: 'animo ac voluntate iam videbantur abiecisse, ergo novâ et multo tenaciore ipsis opus erat acceptione, qua caveretur, ne quod erant esse desinerent' (HEIS.). Est = τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ κυρίῳ, ἐμμένειν τῇ πίστει simm. Act. 11, 23. 14, 22 al.: quod fit ubi ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικεῖ Col. 3, 16. cll. Io. 14, 2 sq. 2 Tim. 1, 5; ubi (quod ipse Iac. v. 22. 25. addit) non ἀκροαταὶ μόνον iique ἐπιλησμονῆς sunt. Opp. λυπεῖν, σβεννῦναι τὸ πνεῦμα al. Eph. 4, 30. cll. 1, 13; 1 Th. 5, 19. *Ἐν πραΰτητι*] *in Sanftmuth, mit ergebnem 'bescheidnen Sinne der die erhabnen Wohlthaten des Chth. dankbar anerkennt'* (GSS.). Puta animum non tam *docilem* (GT.) quam *lenem et pacatum*, qualis sponte consequitur depositâ cum malitiae sordibus adversus Deum effervescendi temeritate; '*Geneigtheit u. Fertigk. durch unangenehme Empfindgen u. Dinge nicht gleich zum Unwillen aufgebracht zu werden*' (BMG.). 'Sedatâ mente optime addiscitur; nebulae sunt affectus, quae intellectus ac rationis lumini tenebras offundunt; cummaxime vero lene ac placidum evangelii pacis praeconium auditores sui similes deposcit' (HEIS.). — — Operae pretium est. Institutio enim

---

44) Plene excussit hoc voc. 'frequentissimi usus fusissimique significatus' HEIS. p. 740–60. Sufficiet notasse qualia: ἐὰν δέχηται λαβεῖν (rei accipitr. auct.); οὐκ ἐδέξαντο οὐδ' ἔλαβον ταῦτα οἱ τῶν Θηβαίων πρεσβεῖς (Demosth.); δέξασθαι, λαμβάνειν μετὰ χαρᾶς τὸν λόγον 1 Th. 1, 6; Mt. 13, 20 sq. — Apparet, *opus* accipiendi non necessario excludere *affectum*, unde λαβεῖν ipsâ τοῦ δέξασθαι vi venire potest, *nexu* nimirum monstrante. Item hebr. לקח (unde לֶקַח inter alia: *doctrina*). Magis adhuc ad δέξασθαι inclinat παραλαμβάνειν. Certe 'magnum discrimen' quod Bz. probante SCH. statuit, eo minus erit, quo apertius et pari iure in δέχεσθαι cadat, quod τῷ παραλαμβ. tribuit — ut np. sit 'interioris sensûs ea accipientis quae externis sensibus obiiciuntur, et ad iudicii cognitionem transferentis, ut accepta vel probet et amplectatur, vel repudiet ac reiiciat' — et claudicet, quod 'ista denique non minus differant, quam pecuniam oblatam *accipere* atque acceptam *recondere*'.

ista, modo intime recepta tenacissime in vitamque efficaciter haereat, *δύνανται σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν*] *valet animorum salutem vobis parare* — 'etsi in *corpore* tentationes patiamini vel a perfidis morte consumamini' (BED.) salutemque ipsam internae etiam sollicitationes in discrimen vocent. 'Non de salute *corporum* mortalium agitur, quae suâ naturâ brevis est, sed de salute animorum aeternâ' (SCH.). Ita Iac. ipse 5, 20. *σώζειν ψυχὴν ἐκ θανάτου* plenius dicens opponensque *τῷ σώζεσθαι ἐκ τοῦ κάμνειν* et *ἰᾶσθαι* v. 15 sq. Eodem ambitu P. dixit *δύναμιν θεοῦ εἰς σωτηρίαν* R. 1, 16. De ipsa *σωτηρίας* notione vd. ad Mt. 1, 21.[45])

Institutionem in dies interius efficaciusque recipiendam dicit *τὸν ἔμφυτον λόγον*] *verbum ingeneratum.* Hanc enunciationem quum pariter impediant rationes et linguae (ambiguitas Substantivi, Adj.[46]),

---

45) Ambigue certe et in externis haerendo mera praesidia merasque conditiones scopo ipsi eique interno ac aeterno substituens vertit HT.: '*geeignet euch zu bessern u. glückl. Menschen zu machen*', exponitque 'erroris et ignorantiae depulsionem, vitae emendationem et quae hanc sequitur felicitatem'; addit: '*τὰς ψυχ. ὑμ.* nihil amplius quam *ὑμᾶς*' — ex tralatitio etiam aliis multis n. l. interpretibus probato Grammaticor. hebrr. errore, contra quem SCH.: '*ψυχὴ* his ll. non est anima illa, quae sanguine continetur, Lev. 17, 11 [כִּי נֶפֶשׁ הַבָּשָׂר בַּדָּם], quam cum bestiis communem habemus, sed animus immortalis, i. q. *πνεῦμα* 1 Th. 5, 23. a viliore animâ discretum, sicut 1 Ptr. 1, 9. 22. 2, 11. 25. Mt. 10, 28. Hinc Antanaclasis ib. 10, 39. Periphrasin pronominis personalis igitur *ψυχή*, נֶפֶשׁ (vd. GES. Lex. n. 6) ibi tantum efficit, *ubi mortalis naturae ratio ducitur* Lc. 9, 56. Mt. 20, 28. 26, 38.' At in hoc genere idem prorsus momentum est *animae* quod in altero *animi. Ψυχή, das Empfindende u. Lebende im Menschen*, anima est ipsa, animo autem subest; tanquam animalis vitae principium est etiam vitae spiritalis. Add. WIN. *Gr.* (ed. 2, p. 66. 208) ed. 3, p. 137. — Fuerunt adeo qui verterent: *vermögend das Leben durch Lebensklugh. u. Sanftmuth in Gefahren zu sichern.* 46) *Ἔμφυτον* [vc. NTi *ἁπλγ.*] *ingeneratum*, dr. non solum quod principaliter ac divinitus naturale *est*, sed etiam quod secundis quasi viribus ac praesidiis naturale *fit:* 1) *nativum*, cum sensibus a) *convenientis cum natura*, b) *non simulati*, c) *firmi ac durantis;* 2) *nasci factum*, a) externe (*plantando, inserendo, conserendo*), b) interne (*animo diverse affecto infectoque* educatione, disciplinâ, consuetudine, vitae genere, consortiis, opibus, honoribus, utilitatibus, soli ingenio, coeli temperaturâ ctt.' HEIS.) —: *eingepflanzt — angeboren, natürlich, unverstellt, festgewurzelt; angewachsen, eingeprägt, zur andern Natur geworden.* Illo principali sensu opponuntur *ἐπίκτητον, ἐπείσακτον, διδακτὸν* simm. Pertinet huc (perperam ad alterum sensum referente SCHL°) Sap. 12, 10. *πονηρὰ ἡ γένεσις αὐτῶν κ. ἔμφυτος ἡ κακία αὐτῶν ... σπέρμα ἦν κατηραμένον ἀπ' ἀρχῆς·* cll. *τῇ ἐμφ. κακίᾳ* ap. Dinarch. c. Philocl. et *ἐμφ. ἀμαθίᾳ* ap. Alciphr. Ep. 1, 31. Item *ἡ ἔμφυτος μαντική*, cui a patre iam animadversae Nevius addidit *τὴν ἐπίκτητον παρὰ Τυῤῥηνῶν* (Dion. Hal. L. 3.), quarum haec *artis* ac disciplinae, illa vero *naturae* fuit divinique impetûs (cll. Cic. Div. 1, 40); nec vero omni ex parte (quod statuit SCH.) Evenii Hdt. 9, 93 sq. quam quidem ad filium Deiphonum cum naturâ suâ propagavit, ipsi autem longe a nativitate suâ divinitus accessit (*καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα ἔμφυτον μαντικὴν εἶχε*). Similis ratio fuerit *ἔμφύτου ἀρετῆς·* cll. Aeschin. dial. *περὶ ἀρετῆς εἰ διδακτόν* c. Cic. de lege agr. 2, 35. 'non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis et seminis, quam ex iis rebus quae ab ipsa natura loci et a vitae consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Carthaginienses fraudulenti et mendaces, non genere sed naturâ loci: quod np. propter suos portus multis et variis mercatorum advenarumque sermonibus ad studium fallendi studio quaestûs vocabantur' ctt. — Alterum sensum a consuetudine linguae graecae alienum dixerunt HEINS. et SUIC.; secuti sunt BROCHMAND. et recentissime SCH. Sed 1) si vel vera esset observatio, salva foret explicatio; haberes *verbum quasi ingeneratum*, rp. per *doctores*, quos constat in NTo dici *novos quasi homines generare* (vd. 1 Cor. 4, 15. *ἐν*

Verbi; absentia Pronominis) et doctrinae (vix alibi praeconceptis opinionibus magis obnoxiae): non miraberis eam in diversissimas partes tractam, quarum e nexu scriptorisque ingenio unice exigendarum haec simplicissima videtur dispositio: *A) Verbum internum, ratio ingenerata. Τὸ γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις* R. 2, 14 sq.; *τὸ ἔγκαρδιον, πεφυκὸς τῇ καρδίᾳ οὐσιώδες* PHAV., *τὸ ἐν τῇ φύσει* HES., *τὸ ἐκ φύσεως* SUID.[47]); 'naturâ insitum, ingeneratum a Deo hominum parente coelesti v. 18' — ut expressit potissimus huj. explic. patronus SCH. addens: 'Constitt. app. 8, 12. *νόμον δέδωκας ἀνθρώπῳ ἔμφυτον, ὅπως οἴκοθεν κ. παρ' ἑαυτοῦ ἔχοι τὰ σπέρματα τῆς θεογνωσίας.* CHRYS.: Ab initio Deus, ut finxit hominem, ei *νόμον φυσικὸν ἐγκατέθετο.* et quid tandem est lex naturalis? conscientiam nobis informavit et *αὐτοδίδακτον* [= *διδακτὸν τοῦ θεοῦ* Io. 6, 45] fecit *τὴν γνῶσιν τῶν καλῶν κ. τῶν οὐ τοιούτων.*

Ἰησ. Χρ. διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα· cll. Gal. 4, 19. *τεκνία μου οὓς πάλιν ὠδίνω ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν·* et 1 Ptr. 1, 22 sq. *ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς ἀλλ' ἀφθάρτου διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ κ. μένοντος*); poterat autem, in ista translatione aperte iam versans (vd. v. 18), *ἔμφυτον* eo facilius dicere, quo magis graecis etiam *ἐμφύεσθαι* translate frequentatur de *amplectendo* et *inhaerendo* non solum rebus externis in universum, sed singulatim *doctrinae* quae homini et cui homo *ἐμφύεται*, ut ap. Plut. Philopōm. *τῶν ἄλλων ἀναγνωσμάτων μάλιστα τοῖς Εὐαγγέλου ταχτικοῖς ἐνεφύετο·* et Cat. min. *τοῖς ἠθικοῖς μάλιστα κ. πολιτικοῖς ἐνεφύετο δόγμασιν·* add. quod de audiendis poet. iis praesertim *ἐμφύεσθαι* iubet quae ad virtutem ferant. — At 2) observationem ne esse quidem veram, et a) finitimarum formarum analogia, et b) diserta exempla docent. Ita *φυτὸν ἐν τῇ γῇ* habetur ap. Aristaenet. Ep. 6, p. 30; in Epigr. arbor aliqua *ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτον*, peregrinis ramis *insitam* se dicit; nos ipsi *σύμφυτοι γεγόναμεν*, ut loquitur P. R. 6, 5. Porro *ἐμφύειν* et *ἐμφύεσθαι* usitatissima sunt vi vbb. *ἐμφυτεύειν* et *ἐμφυτεύεσθαι*, sensu et prpr. et translato; v. c. *δένδρα ἐμπεφύκεσαν* Max. Tyr. D. 31; *ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χὠ νόος ἐκπέταται* Athen. VII, p. 337; *τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται* Plut. de auditione.... Denique *τοὺς τῶν ἐμφύτων κλῶνας*, *plantatarum* olearum *ramos* multi ad humum detrahere drr. Sotioni Geoponicor. 9, 9. p. 220. (Cantabr. 1704); inter virtutes *χωρίου* hoc etiam habetur quod *ἔμφυτον* et *κατάφυτον* sit ap. Iul. Poll. Onomast. 1, 12; drr. *ἔμφυτα κινήματα* quae Adamo iam creato *ἐνεφύτευσε* Deus costâ surreptâ (np. amoris in Evam) Cyrillo adv. Jul. III. p. 78. — Recte igitur uberrimis suis exemplis (p. 681 sqq; 711 sqq.), unde quae attulimus ducta sunt, haec adscripsit HEIS.: 'Non negamus, id primo et praecipue dici *naturale*, quod per nativitatem et statim a nativitate adest; sed tantum nostro quodam iure flagitamus, ut et concedatur, multa sensu secundario at *proprio* tamen appellari *naturalia* posse quae demum post nativitatem advenerunt. Neque tam in vocum significationibus standum est subtilitatibus philosophicis, quam usu bonorum auctorum. Hi vero si assidua tibi lectione quasi *ἔμφυτοι* facti sunt, tenes, duplex eos naturale nominatim distinguere, alterum quod magis, alterum quod minus sed vere tamen tale sit, illudque vocare *ἔμφυτον φυσικὸν* vel *φύσει* vel *ἐκ γενετῆς* vel *ἀρχῆθεν* vel *οὐσιωδῶς* vel *ἀμερίστως* vel *ὑπάρχον ἔμφυτον* et quae alia sunt; hoc autem simpliciter *ἔμφυτον* vel *ἔμφυτον διὰ τροφὰς κτλ.*' 47) 'Est haec non scripta sed nata lex, quam non *didicimus*, *accepimus*, *legimus*, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed *facti*, non instituti sed *imbuti* sumus.' Cic. pro Mil. 4. add. de Legg. 1, 7: 'Quid est, non dicam in homine sed in omni coelo atque terrâ, ratione divinius? quae cum adolevit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. Est igitur, quoniam nihil est ratione melius eaque et in homine et in Deo, prima homini cum Deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est. Quae cum sit *lex*, lege quoque consociati homines cum Diis putandi sumus'.

OEC. ad 1 Io. 2: Dicimus etiam gentilibus scriptam esse illam erga alterum legem de caritate [Iac. 2, 8]. ubi et quomodo? in cordis tabula, *φυσικαῖς ἐννοίαις ἐγγεγραμμένος*'. Qui vir utut recte composuit *τὸν λόγον* et *τὸν νόμον* tanquam causam et effectum, non debebat tamen ita simpliciter antiquissimum dicere hunc sensum. Habent sane OEC. et THPH.: *ἔμφυτον λόγον καλεῖ τὸν διακριτικὸν τοῦ βελτίονος κ. χείρονος, καθὸ κ. λογικοί ἐσμεν κ. λιγόμεθα· s. τὸν καθ' ὃν λογικοὶ γεγόνομεν, διακριτικὸ τοῦ βελτίονος κ. χείρονος.* Hunc tamen *λόγον* non absque persona Xti informatum adeoque illam naturalem rationem cum *λόγῳ ὑποστατικῷ* confusam esse, ex communi antiquae ecclesiae placito, plane *ἀγράφῳ*, e Platonis schola s. prudenter s. credulâ pietate ducto, non minus inani quam noxio: dudum monstravit HEIS. p. 643-68. unde haec sufficiet notasse: Iustin. M. in Apol. I. p. 46. dicit philosophos et poetas multa praeclare de moribus docuisse *διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου*, iisque posthac tribuit *σπερματικοῦ λόγου μέρος*, Xtianis vero *τὴν τοῦ παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γνῶσιν κ. θεωρίαν*· addit 48. *Χριστῷ δὲ τῷ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνωσθέντι (λόγος γὰρ ἦν καί ἐστιν, ὁ ἐν παντὶ ὢν ...) οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλόλογοι μόνον ἐπείσθησαν ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι κ. παντελῶς ἰδιῶται*· cll. Apol. II. p. 83. *τὸν Χρ. πρωτότοκον τοῦ θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν κ. προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε.* Eodem modo Clem. Al. rell.; quid quod Hieron. ad Gal. 1, 15 sq.: 'ex quo, inquit, perspicuum fit, naturâ omnibus Dei inesse notitiam, nec quenquam *sine Xto nasci* et non habere semina in se sapientiae et iustitiae reliquarumque virtutum. unde multi absque fide et evangelio Xti vel sapienter faciunt aliqua vel sancte, ut parentibus obsequantur, ut inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant, magisque iudicio Dei obnoxii fiant, quod habentes in se principia virtutis et Dei semina non credunt in eo, sine quo esse non possunt'. — Eiusdem confusionis reum agendum esse OEC. docent quae ad v. 18 et 21 adscripsit: *ἵνα μή τις ὑπολάβῃ ὁμοίως ἡμῖν κ. τὸν υἱὸν ἀποτεκεῖν αὐτὸν κ. μεθ' ἡμῶν κ. τὸν υἱὸν γεγέννησθαι, ἐπάγει· τῷ λόγῳ ἀληθείας. πάντα γὰρ κατὰ τὸν θεῖον Ἰωάννην διὰ τοῦ υἱοῦ ἐγένετο. ὥστε εἰ διὰ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου ἡ πρόοδος ἡμῖν, οἱ τὸ εἶναι ἔχοντες ἀπὸ τοῦ λόγου, οὐχ ὁμογενεῖς τῷ ὑφ' οὗ γεγόναμεν*· et altero loco: *τοῦτο δὲ οὐ μάτην ποιεῖ ὁ τοῦ κυρίου μαθητὴς Ἰάκωβος, ἀλλὰ συντόμως ἅπαντα φθέγγεται ὡς τοῦ συντετμημένου μαθητὴς λόγου* [i. e. Dei filii, ex explicatione multorum patrum loci Ies. 10, 23. cll. R. 9, 28]. Nec dubitari potest, quae multa patres habent de *λόγῳ τῆς ἀληθείας, ἐμφύτῳ*, e nostrâ Ep. fluxisse, quamvis sententia ipsa prooemio ioanneo nitatur. Quod autem illa 'multo magis in rationem quam in substantiale vbum quadrent' (HEIS.), id satis explicat ista ipsa confusio; asserunt 'omnibus quidem innatum hominibus, at maxime tamen esse in fidelibus conspicuum: quapropter *κατ' ἐξ.* Xtianos nuncupant *λογικοὺς s.* quae gemina sunt, *τοὺς ἀπὸ τοῦ λόγου* et *λογωθέντας rationales factos*, ut contra ethnicos *τοὺς ἀλλοτρίους τοῦ λόγου*'. — Inverterunt paululum qui Iesum *τὸν λόγον* n. l. *ἔμφυτον* dici statuerunt alii (contra Arianos) quod *aeterni* patris sit *ἔμφυτος λόγος*, alii quod per incarnationem *insitus* fuerit naturae humanae. — *B*) *Verbum externum, evangelium quasi ingeneratum. Ἔμφυτον τὸν τῆς πίστεως, τὸν τῆς ὁμολογίας, ὡς ἀληθῆ κ. ἐνδιάθετον*· Schol. ap. MATTH.. Quum in varios sensus verti posset, informarunt *AA*) *nativum* i. e. verum, non fucatum = *λόγον ἀληθείας* v. 18. [VATABL. HEINS. SUIC.]; quum tamen, cur idem repetatur idque voce longius petitâ satisque obscurâ, excusari nequeat, plerique *BB*) *sativum* maluerunt — translatione ab agris atque hortis petitâ eâque modo ad plantationem modo ad (surculorum) insitionem consitionemve (granorum) relatâ — ita quidem, ut modo *α*) internum momentum premerent: *animis infixum*, modo *β*) ad externum magis attenderent: *inter vos traditum;* praeeuntibus Xto (ut parabolâ de satore Mt. 13, 3 sqq. ll. pp. cll. 15, 13) et Paulo (1 Cor. 3, 6 sqq. *ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ὁ θεὸς ηὔξανεν*· cll. 9, 11. *ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν*) [SYR. (ܬܘܠܡܕܐ ?ܕܝܠܢ ܕܡܫܬܠ) *doctrina*

quae plantata est in nostram naturam) LUTH. (*das in euch gepflanzt ist*) RAPH. (*alte infixum ac intime unitum cordibus*) HEIS. (*quod in naturam vestram abiit*) AGSTI (*eingeprägt*[48]) WF. ('*verbum insititium recte* BEZ. *et* ESCHM. *reddiderunt, qua ratione ad doctrinam cum iam insitam tum porro inserendam et altius infigendam referri potest*'; '*ad illa etiam transfertur quae aliunde accedunt, implantantur atque animo infiguntur*') semen quod semel iactum (adeoque nec ignotum nec negligendum) fructus edere debet idoneos; PT. (*religio tam cognita vobis, ut in ipsam naturam quasi vestram abiisse videatur .. euch zur andern Natur geworden ist - vel, quod malim: = λ. ἔμφυτευθείς, doctrina quasi implantata, animis vestris infixa*) q. d. ingeneratum novâ per Xtum generatione v. 18. quod etiam GBS° haud displicuit: *die Lehre, die bei der neuen Geburt durch das Chth. euch angeboren ist*, praeferenti tamen: *die in euch gepflanzt ist*; BED. (*verbum quod vestris cordibus praedicando imponimus, vos discendo suscipite*) GT. (*quod App. operâ vestris animis inseritur*) MR. (*doctrina vobis tradita - trop.: res cuius veluti semina sparsa sunt in animo*) BRETSCHN. (*doctrina seminis instar in mentes Xtianor. sparsa*) rell.].

Decernere debet nexus isque regi scriptoris ingenio. I) **Adj.** Imperativo appositum et naturâ et locatione suâ debet conditioni futurae et postulatae addere eam quae iam sit: *excipiendum verbum iam ingeneratum;* peccant adv. apertissimas linguae explicationisque leges, qui vertunt λόγον qui iam insêritur, qui ita inseretur [ELSN.], qui insertus demum salutem affert (= ἐὰν ἔμφυτος ᾖ STORR.), qui tanquam insertus s. ita ut fiat insertus excipi debet (= ὡς ἔμφυτος s. ὥστε ἔμφυτον εἶναι CALV. SML.; s. = ἐμφύτως CASAUB.). II) **Subst.** respicere debet ad λόγον ἀληθείας v. 18. vicissimque respici λόγῳ cuius iubentur esse μὴ μόνον ἀκροαταὶ iique ἐπιλησμονῆς obliviosi, sed ποιηταὶ iique ἔργου quippe νόμου τελείου τοῦ τῆς ἐλευθερίας v. 22. 25. eiusque singulatim loquendi temeritatem vetantis 3, 2. cll. 1, 26. 25. 19. ubi quod qui ἐν λόγῳ οὐ πταίει, dr. τέλειος ἀνὴρ δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα, aperte respicit verum θρῆσκον qui inter alia etiam χαλιναγωγεῖ γλῶσσαν αὐτοῦ, παρακύψας εἰς νόμον τέλειον, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. III) **Verbi** δεχ. notio debet cohaerere cum ἀκοῦσαι et cum ποιήσει v. 22 sqq. quae ἔργου postulatur (ex opp. λόγου) v. 25.

Ad quae momenta si exigitur utraque explicatio, (*A*) RATIONEM apparet 1) dici posse λόγον ἀληθείας cuius ope Deus *homines* reliquarum naturarum *primos* ac *sibi proprios* fecerit v. 18; ad eam 2) non inepte dirigi *praecepta generalia* vitandae loquendi irascendique temeritatis, deponendae malitiae, sectandi

---

48) Addit e libro anon.: *Neue Erklärg des Paulin. Gegensatzes Buchst. u. Geist* (len. 1799) haec (p. 204): '*Könnte nicht die Lehre des Chth. welche hier Zweifels ohne durch den Ausdruck ὁ ἔμφ. λ. gemeint wird, um deswillen und in dem Sinne dieses Epith. erhalten haben, weil u. in so fern sie dem Menschen ins Herz geschrieben u. gleichsam auf seinem eignen Boden, dem Boden der Vernunft, erwachsen, in ihn, wie mit der Geburt, um so zu reden, gepflanzt ist? So viel ist gewiss u. einleuchtend, dass Iac., nach s. ganzen Br. zu urtheilen, den moral. Geist des Chth. vollkommen genug kannte, um der xstl. Lehre jenen Beinamen, in dem von uns angegebnen Verstande, ertheilen zu können*'. Parum recedit a COCCEIO, cui ob insignem c. ratione et conscientiâ convenientiam ipsa λόγος ἔμφ. appellata visa est. **Vagam** et aequo **duriorem** recte dixit HEIS. p. 672; item aevo quo lacertos moveat Naturalismus', periculo haud vacuam. Recte, modo ne in alteros scopulos impingas; verissime enim SCH. p. 52. opposuit: 'O perversam theologiam, quae verbum internum abhorrens, i. e. mentem et rationem hominibus a Deo ingeneratam, externo verbo contineri et absolvi omnia censet, quum vb. ext. sine int. ne audiri quidem et intelligi possit atque in tantum nonnisi vim habeat, quantum int. verbum in hominibus valet ac viget'.

qui beneficentiâ et puritate contineatur cultus divini v. 19-21. 27; eandem 3) *innatam* profecto esse naturae humanae, verum primis tantum sensibus ac quasi lineamentis paulatim demum excitandis, illustrandis, augendis ac perficiendis, ita ut 4) quamvis innata dudumque accepta denuo quotidie accipi atque applicari et debeat et possit ad vitam, ad cogitationem voluntatemque penetrandam, ad actionem regendam, id quod non insulse dicetur *δέχεσθαι, hospitio quasi excipi exceptamque foveri*, nec fieri poterit absque *mansuetudine;* quae talis acceptio quum auxilium div. haud excludat, imo eo felicius procedere debeat quo magis illud pie agnoscatur ac petatur, ipsa nec impar erit 5) *animis aeternum servandis* v. 21: siquidem 6) non *audiatur solum* atque sciatur, sed etiam *factis* exprimatur v. 22 sqq. quippe revera 7) *lex aliqua* eaque utut satis imperfectae observationis, indubitatae tamen necessitatis *perfectae*que indolis v. 25. Contra 1) haec rationis lex cur potissimum *τῆς ἐλευθερίας* dicatur v. 25. causa deest; sponte se offert cogitanti de lege externe a Deo promulgatâ: eius enim *καινὴ διαθήκη* revera *libertatis* nomine opponitur *servili* indoli *νόμου τῶν ἐντολῶν·* vd. R. 8, 15. cll. Io. 8, 31 sqq. 15, 15. al.; 2) talem voluntatis div. promulgationem cogitandam esse docet 2, 8-12. ubi et *legis mosaicae* et *νόμου ἐλευθερίας* diserta fit mentio; accedit 3) quod *ἀκοῦσαι, δέχεσθαι, παραχύψαι εἰς νόμον, οὐκ ἀκροατὴν ἐπιλησμονῆς γενέσθαι ἀλλὰ ποιητὴν ἔργου* rell. ita simpliciter dicta ad externae rei observationem ducunt, idque eo magis quo apertius Iac. in genere potissimum externo versatur [vd. ad 2, 14 sqq.]; quod porro 4) *λόγος* nunquam in NTo de *ratione* habetur; aliena sunt ll. Act. 18, 14. 2 Cor. 8, 7. itemque (ob explicationis ambiguitatem) ioanneum prooemium; imo 5) et ipse et formula *λόγον δέχεσθαι* frequentantur de *institutione;* quod denique 6) *σωτηρία τῶν ψυχῶν* nunquam non suspensa est ab alloquio illo divino, quod utut interno per rationis vocem alloquio carere nequit, externe tamen et per Xtum promulgatum est et per App. promulgatur; quae vero 7) *latius* institutione xtianâ dicta habentur v. 19 sqq. 22 sqq. 27: ea, utramcunque explicationem elegeris, applicari debent ad Xtianos quibus scripta sunt. Itaque cogitanda (*B*) *DOCTRINA xtiana*, quae 1) et ipsa *vera* est et *novae generationis praesidium*, consentientibus et SSis et experientiâ; quae 2) diligenter potius *discenda* quam *loquendi irascendi*que temeritate violanda, eademque 3) non propagata solum sed *animis* etiam *insinuata*, in dies tamen 4) *interius* debet *suscipi;* id quod quemadm. 5) absque *morum emendatione* animoque *moderato* locum habere nequit, vim habet 6) *aeternum beandi*, quippe 7) ad veram *virtutem pietatem*que (v. 27) perducens.

— Adscribi merentur, quibus sententiarum explanationi et applicationi operam dederunt SCH. SML. et ZWGL. 'Quum affectu quodam sollicitamur (ait SCH.) dolore praesertim ex iniuriis, quas accepimus, et irâ: nihil proclivius est in summâ quamvis defendendi imbecillitate, quam verbis effundere sensa, itaque summum incidit periculum, ne lingua praecurrat mentem, et hoc vel illud excidat ex ore verbum irrevocabile, quo maiorem nobis calamitatem contrahamus. Praeterea huiusmodi dictis affectus alitur, phantasia incenditur, antecapta opinio figitur, ita ut postmodum ratio et consilium aures monitis reperiat surdas. A verbis tandem nimis facile ad verbera s. facta venitur, quae etiam lege civili crimen et poena sequitur'. 'Primus gradus impatientiae, cum hominibus expostulare atque etiam cum Deo de iniuriis, quibus pro nostra opinione indigne afficiamur. Persaepe tamen alios incusamus, cum culpa sit nostra; et huiusmodi dictis et homines lacessimus opinionemque plus iusto tristiorem de malis quae patimur concipimus. Praestabat auscultare rationi vel nostrae vel per alios rectius et melius iudicanti, quam nos ipsi possumus de nostris causis, ac discere (et quod internas causas prius cognoscere et expellere debeamus quam externas circumspicere ac defendere, et) qua ratione vel evitari incommoda vel sublevari aut facillime tolerari possint'. 'Haec ira diversas in partes verti solet ab hominibus qui pii et sancti videntur haberique volunt. Nam et Deo succensent cultoribus suis non melius consulenti citiusque opitulanti (vd. Ps. 37), et hominibus, quos ipsis violandis summam Dei maiestatem laedere facile sibi persuadent, nihil curantes, quid ipsi in Deum hominesque peccaverint, neque omnino animadvertentes, annon causae malorum, de quibus queruntur, magnam certe partem, si non totae, ipsis inhaereant. Iudaeos notissimum est utrosque, qui Iesum Mess. et profitebantur et repudiabant, Apostolor. tempore messianis oraculis erectos atque suspensos, impatientissime illam diem expectasse et sibi beatissimam et hostibus i. e. ceteris gentibus funestissimam, *τὴν ἡμέραν τὴν μεγάλην τῆς ὀργῆς* (Ap. 6, 17) *κρίσεως κ. ἀπωλείας* (2 Ptr. 3, 7), quumque suam computationem iterum iterumque falleret, Dei veritatem addubitasse'. — 'Hoc opus, hic labor est, cu-

rare et colere rationem, ut adolescat, confirmetur, perficiatur et quicquid eam obscuret, foedet, obruat, suffocet, exterminetur.. Iam vero et sordes et luxuria τῆς κακίας inimica maxime et pestifera est huic λόγῳ.. Duo sunt enim genera vitii, alterum sordes et avaritia, invidia, obtrectatio et reliqua id genus, alterum luxuria et ambitio, insolentia, superbia, dum nihil nec parum esse putant homines, quod aliis concedant et reddant, neque nimium quod sibi arrogent atque in alios sibi permittant; quum ab aliis quidvis lucri facientes nihil contra gratificari volunt, ac nihil remittentes et ignoscentes omnem sibi petulantiam contumeliamque in alios indulgent... Luxuriâ et avaritiâ corrumpi vitiis quum ratio div. et lex naturae in hominibus vulgo enervata, afflicta, oppressa esset, quum opiniones atque auctoritates vitiositati congruentes de rebus div. atque humanis mortalium animos occupassent veritatemque obtexissent, adeoque hominum arbitrariae leges, instituta, mores ad vitiositatem conformati falsam quandam cum iustitiam et gloriam tum religionem s. superstitionem dictarent atque exigerent: id Xtus venit et egit, ut instauraret rationem ac legem Dei aeternam, atque hominum animos expurgaret et reficeret ad veritatem cognoscendam, amplectendam et colendam. Ubi autem nimiâ pravitate et extremâ vitiositate corruptis nihil mentis et rationis (τοῦ λόγου κ. νόμου ἐμφύτου) reliquum erat, ne salus quidem ipsa poterat mederi... Ad hanc vero renovationem, quae vocatur ἡ ἀναχαίνωσις τοῦ νοὸς R. 12, 2., maxime omnium opus erat τὸ μὴ συσχηματίζεσθαι τῷ αἰῶνι τούτῳ, τὸ ἀρνεῖσθαι τὴν ἀσέβειαν Tit. 2, 12., τὸ ἀποτίθεσθαι πᾶσαν ῥυπαρίαν κ. περισσείαν κακίας Iac. 1, 21., τὸ ἀποθανεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ R. 6, 2 sqq. — quam *mortem* nobis Xtus non tam verbis quam exemplo praeivit, itaque pro nobis mortuus est, non ut nos *huic* morti eximeret, sed passus est pro nobis, exemplum nobis relinquens quod vestigiis ipsius consequeremur'. Comparat Cic. Tusc. 3, 1. 2. 'Sunt ingeniis nostris semina innata virtutum (ἔμφ. λόγος Iac. 1, 21. 18), quae si adolescere liceret (ἐὰν δέχεσθαι εἴη), ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret (σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν δύναιτο ἄν). *Nunc* autem (ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ) simulatque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate et in summa opinionum perversitate versamur, ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur... Cum vero accedit eodem quasi maximus quidam magister populus atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo (ὁ κόσμος Iac. 1, 27): tum plane inficimur opinionum pravitate a naturâque desciscimus'.. 'Hinc cp. 3 animi medicinam requirit Cic. per quam turbidis cupiditatibus et libidinibus vitiisque inde nascentibus liberemur. Cleanthes autem hymno suo in Iovem eâdem et salutis facultate et labis causâ monstratâ clarius profitetur desiderium civitatis div. trecentis annis antequam Xtus excitus est conditor eius'. —

'Est inepta (ait SML.) indignatio in alios, quorum cura et correctio ad nos non praecipue pertinet; hac tamen ratione, licet sit stolida et perversa, solent homines pietatem et religionem suam maxime experiri et quasi approbare'. 'Nos ipsos oportet esse sanctos et iustos, sed cogere alios ad religionis idem studium non possumus'. 'Iac. tam certo de conscientiae iure confidit, ut nihil addat de *cognoscendis* sordibus animi: securus scilicet, fore, ut post admonitionem de xtt. praeceptis sensus aliquis et motus novus in animo percipiatur, quo si homo iam utitur, istam vitiositatem eluere potest atque a se seiungere'. 'Certum est, λόγος *habet hanc vim* σῶσαι τὴν ψυχήν, sc. admissus iam in animum. Hic operae sane non est pretium, litigare aliquem de *loquendi* formulis [ut fecerunt Pelagius et Augustinus et qui secuti sunt], ubi agitur de *rebus*, quarum experientiam et Pelag. et Aug. pariter amabat... Omnia Dei sunt; nec aliquid dicunt, quod alios moveat, qui eius temporis sedulitatem secuti, statuunt gratiam *creatoris* et *servatoris* magno intervallo, in usu adeo ipso, seiungi. Res enim redit ad *experimentum*, ad intimum animi motum, qui ad idem beneficium tendit, licet pro hominum diversitate eius mensura et usura differat. Recte Xtianis suademus, ut ne sinant magno intervallo se relinqui a probis et piis philosophis; sed τὸ θεῖον inest in his scintillis moralium exercitationum atque facile se prodit per σωτηρίαν ψυχῆς et nova virtutis internae studia. Sed et hoc addimus, differre posse iudicia Xtianorum de iis notionibus et rebus, quae cohaerent cum σωτηρίᾳ ψυχῆς... Qui non solum societatem unam externam, sed et eius omnem oeconomiam et consuetudinem loquendi, canendi ctt. divino iure et omine unice augent: nec sic odio aliorum digni sunt; imperite tamen agunt, si aliis non solum odium humanum sed etiam iram Dei minitantur. Bone Deus, divina philosophia est, σῶσαι τὰς ψυχάς, np. corrigere animos et vitiorum consuetudinem eluere, praeceptionum ad omnes frugiferum usum ipsum persuadere; hoc sciunt

et crepant omnes Xtiani; tamen plerique non obsequuntur huic regulae, quam Iac. utilissimam praecivit v. 19. lubenter alios, etiam aliter loquentes *audire*; sapienter abstinere a sententiis in alios ferendis, multo adhuc magis ab omni ira in alios alienum esse, quia veram religionis praestantiam, *δικαιοσύνην θεοῦ*, unus quisque debebat ipse studiosissime exhibere suis factis. Fructibus enim iam Xtus tribuebat summam auctoritatem, non litigiis, formulis et descriptionibus sacris; loquendi enim consuetudo imitatur modum intelligendi; sed hic est et manet varius, diversus, salvâ animi pietate et perfectione domesticâ'. —

ZWGL. denique: 'Epilogus, inquit, est superiorum, quae de gratuitâ Dei bonitate per Xtum coeperat. Habet autem metaphoram non invenustam, sumtam ab agricolatione. Qui semina terrae mandant, curant ut habeant arvum lapidibus et sentibus ceterisque sordibus repurgatum, quo felicius deinde quae seminata sunt proveniant. Animus hominis mundanis cupiditatibus infectus et obsitus, *semen coelestis verbi* aut non recipit aut receptum suffocat, ut ad iustam frugem non perveniat. Jubet ergo repurgare pectus ab omni sorde, ab omni superfluitate, ut *semen divini verbi* locum habeat et fructum ferat; ac si diceret: scio quam imbecille, quam immundum et curiosum animal sit homo, quam habeat immundas cogitationes, quam multa loquatur superflue et inaniter, quam scire multa desideret, imo quam multa scire se putet, quamque sibi in his omnibus placeat, quam ceteros despiciat et a nemine doceri velit, sed hae sunt sordes et excrementa quaedam carnis, quas deponere et eiicere oportet, ut mens *evangelici sermonis* capax fiat, qui si in penetralia et sulcos pectoris semel iactus et insitus fuerit, non solum fructum optimum edet sed et potis est servare animas vestras. Divinus spiritus in corpore peccatis subdito non habitat, animum tranquillum, mansuetum et serenum amat. Tempestatem ergo et turbam irae et omnium cupiditatum ex animo propellite et inserite semen divini verbi, quod insitum mentes vestras consolari, erigere, tranquillare, firmare, certas reddere aeternumque beare potest'.

22—25. Nec *vero* sufficit in aures animumque doctrinam admisisse. *Fieri debetis verbi effectores nec tantum esse auditores.* Alioquin *vos decipitis ipsos, quia, si quis audiendae* quidem *doctrinae operam dat nec* simul *faciendae, is similis est homini, qui faciem suam nativam in speculo* nil nisi *contemplatur.* Quemadm. *enim* hic revera *se contemplatus est, verum abiit, confestimque qualis fuerit oblitus,* de mutandis formae vitiis ne cogitavit quidem adeoque nec mutatus est nec mutabitur: ita etiam ille e doctrinae evglcae speculo, utut animi vitaeque vitia monstrante, nullam reportat mutationem utilitatemve. *Qui contra* in hocce speculum *incumbens* introspicit *in legem perfectam,* legem *libertatis* per Xtum partae, *ita ut* huic quasi speculo etiam *inhaereat: is* demum, quippe *non auditor obliviosus futurus sed effector* ipso *opere* exprimens quod audivit animique medullis infixit, *is* inquam *beatus erit hac ipsa* doctrinae *effectione.*

Apponitur per *δέ*] cautio haec, utne re interna absolvi opineris omne Xtiani officium; id enim externâ actione, utut non ea sed interna affectio decernit, carere nequit; genuinus igitur *τοῦ δέξασθαι* modus, quo solo revera *σώζεται ψυχή* (v. 21), is demum est, ut *non acquiescas in auditione atque approbatione, sed etiam obtemperes.* 'Se fallit, qui putat satis esse didicisse, audivisse, non opus esse factis et exercitio eorum quae didicit' (MR.). Sermo evglcus 'frustra pulsat tympanum aurium, nisi alte subsidat in cordis penetralia; atque is, si semel subsederit in animos vestros, haudquaq. fuerit sterilis sed emerget ac proferet sese piis factis. Iudaei legem suam memoriter tenent, nec eam exprimunt vitâ; philosophi ediscunt bene vivendi rationes et id satis esse putant, longe fallen-

tes semet ipsos, cum non in linguâ sed in vitâ sita sit hominis felicitas... *Quod Xtus docuit, moribus est exprimendum; quod ille gessit, nobis est pro viribus imitandum*' (Er.). 'Multi sunt, qui Ev. ita ediscunt ut vel memoriter teneant, de Xto egregie disserant, cantillent etiam suavissime, lectitent quotidie, audiant quotidie, doceant quoque ceteros, sed vim et spiritum Ev. nunquam delibaverint' (Zw.). '*Nur derj. der die Lehre des Ev., die ohnediess keinen zwangvollen Caerimoniendienst fordert, sond. ein vollkommnes uns zur wahren Freiheit erhebendes Gesetz ist, in ihrem ganzen Wesen durchschauet, sie seinem Innern tief einprägt u. zur thätigen Regel s. Verhaltens macht, wird des wahren Segens derselben theilhaftig, wird wahrhaft beglückt werden*' (Gbs.).

22. *Γίνεσθε*] *fiatis*, paulo definitius ac gravius quam *ἔστε* s. *ἔσεσθε*. censuit certe nondum esse s. (si mitigare cohortationem voluisset) nondum satis esse (*werdet es immer mehr* Bmg.; '*γίν.* secum fert successionem perpetuam hor. exercitiorum' Sml.; 'non *fieri* sed ut plurimum in NTo *se gerere, praestare*, ut supr. v. 12.' Sch.). *Ποιηταὶ λόγου κ. μὴ μόνον ἀκροαταί*] Substt. plus sonant quam Partt. *ποιοῦντες* et *ἀκούοντες*, np. continuum studium (*e. Mensch der daraus s. Werk macht, vorsetzlich u. wissentlich so geartet ist u. sich so erweiset* Bmg.); quod vero *ἀκροᾶσθαι* et *ἀκρόασις* 'aliud quid sonant quam *ἀκούειν*, np. שָׁמַע, קָשַׁב attendere' (Sch. [49]), *e. nachdenkendes aufmerksames Hören e. scharfsinnigen Vortrags* (Bmg.): id a nostro et voc. et l. alienum est. '*Ποιητὴς νόμου* s. *λόγου* ad similitudinem hebr. עֹשֵׂה תּוֹרָה is vocatur qui legi vel doctrinae *morem gerit;* (classicis enim scriptoribus *π. ν.* vel etiam *π.* simpliciter *auctor* vel *lator* legis est); quo sensu... primum reperitur 1 Macc. 2, 67... cf. Iac. 4, 11 [*οὐ ποιητὴς νόμου ἀλλὰ κριτής*]. etenim ap. Lxx ceterosque VTi *grr.* intptes *π.* nusquam legitur, tametsi iidem *ποιεῖν τὸν νόμον* pro *πράττειν τὰ τοῦ νόμου* frequentissime dixerunt. hi enim iam vocc. *πράττειν* et *ποιεῖν* itemque *πρᾶξιν* et *ποίησιν*, quae ap. veteres multum inter se differunt, promiscue usurpant' (Knp.). — L. p. R. 2, 13. *οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τ. ν. δικαιοθήσονται.* cll. Mt. 7, 21-27 (quod non *ὁ λέγων τλ.* salutem consequatur, sed *ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τ. πατρός*, comparabilis aedificanti domum suam *ἐπὶ τ. πέτραν* nec vero *ἐπὶ τὴν ἄμμον*) Lc. 11, 28. Io. 13, 17. *Παραλογιζόμενοι ἑαυτούς*] *decipientes A) se ipsos, B) vos ipsos* (cll. Win. *Gr.* p. 132 sq. ed. 3): prout sententia s. per appositos *ἀκροατὰς* [Strz. Gbs. Lachm.] s. directe [Bmg. Sml. Sch. Grash.] ad compellatos traducitur. De industria [50]) dixit eos, qui ex audito tantum *λόγῳ* beatos se iudicent, *παραλογίζεσθαι*] *perperam ratiocinari* (*παρ' ὃ δεῖ λογίζ.* cll. R. 12, 3., *beiweg schliessen*, *e. Trugschluss machen*), id quod s. per-

---

49) 'Cum Isocr. ad Nicocl. ita praecipit: *τῶν μὲν ἀκροατὴς γίνου, τῶν δὲ μαθητής*, *ἀκροαιὴν* significat illum, qui delectationis causâ tantum aures praebet, non ut in pectus demittat audita, quemadm. *ἀκρόαμα* vocatur quicq. ad aures suaviter deliniendas et oblectandas comparatum est'. 50) Et *Paronomasia* [Wr. Bmg.] dici poterit, similitudinem captans soni, et *Antanaclasis* [Ht. Pt.], idem vcbl. bis sed diverso sensu locans, ut 1 Ptr. 3, 1.

vertendo fit s. praetermittendo aut excedendo; unde sensus *decipiendi* [51]) sponte consequitur nec opus est provocatione 1) ad numeros male putatos (*sich verrechnen*), 2) ad hebrr. חָתַל et רָמָה hoc vbo a LXX reddita. Taxatus a Iac. παραλογισμὸς partim saltem ex opinionibus fluxit avitis; 'Rabbini dicunt duas esse coronas, alteram שמיעה auditionis, alteram מעשה operis' (GT.), quod facili errore haud raro tentatum, noster ex altera parte negat: *das blose Hören ohne Ausübg richte gar nichts aus, ja bringe noch Schaden; ihr werdet bei allem euren Nachdenken, Urtheilen u. Schliessen nichts herausbringen, wenn ihr es an d. Ausübg mangeln lasset; nur euch selbst werdet ihr schaden — nicht v. eigentlichen Religions- u. Schriftspöttern wird geredet sond. von unterlassener Ausübg unter dem Vorwand der an sich schon hinlängl. Anhörg u. Erlerng* (BMG.).

23. Illustrat **comparatione** eius qui in speculo se nil nisi conspicit. Ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τ. γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. Κατανοεῖν] *conspicere: beschauen* et, quod consequens est, *bemerken, gewahr werden* (cf. **Mt. 7, 3.** ubi βλέπειν et καταν., et **Act. 27, 39.** ubi κατ. et ἐπιγινώσκειν opponuntur); ita simpliciter hoc et sq. v^su^ [AGSTI], nec vero s. *raptim contemplari* [SML. PT. (*von ungefähr gewahr werden*)] s. *accuratius considerare* [BMG.]. Ἔσοπτρον] κάτοπτρον, *speculum;* erant fere pellucida corpora pelluciditate suâ radios lucis in contemplantem remittentia, metallica (aurea, argentea, stannea, aerea; chalybe non usi sunt;), lapidea, cornea, etiam vitrea (**Plin. HN. 36, 26.** '*vitrum* aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo caelatur Sidone quondam iis officinis nobili, siquidem etiam *specula* excogitaverat'). vd. SPANH. ad Callim. hymn. in Pall. 21. Ab ἐν ἐσόπτρῳ non sensu at significatu differt δι' ἐσόπτρου. **1 Cor. 13, 12.** βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους τλ. — Πρόσωπον γενέσεως] *facies A) nativitatis* i. e. *vitae* (BMG. per Meton. s. per anteced. pro conseq.; cll. **Hierocl. p. 298. Iudith 12, 18. Sap. 7, 5.** quibus tamen ll. contra SCHLEUSN. significatum *originis* vindicavit FRITZSCH. ad **Mt. 1, 1**; at vd. infr. ad **3, 6**); *B) ex nativitate* i. e. *nativa, naturalis: vultus qualis naturâ est.* Cur *nativam* potissimum dixerit vd. infr. p. 82 sq.

24. **Tertium** comparationis: κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν κ. ἀπε-

---

51) HES.: παραλογισμός· ἀπάτη λογισμοῦ. παρελογίσασθε· ἠπατήσατε, ἐψεύσασθε, ἐχλευάσατε. THPH.: παραλ. ἀντὶ τοῦ ἐξαπατῶντες, καταφρονοῦντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. Explicat Iac. ipse v. 26. ἀπατᾶν καρδίαν αὐτοῦ· cll. Gal. 6, 4. ἑαυτὸν φρεναπατᾶν· et Col. 2, 4. παραλογίζεσθαι ἐν πιθανολογίᾳ. Add. MUNTH. *Obss. e Diod. Sic.* p. 385. ELSN. T. II. p. 261. et WTST. ad n. l. Λογισμοῖς (ait SCH.) supersedere non licet, R. 2, 15, nisi velimus conscientiam omnem et religionem abiicere; neque ullus Dei cultus iustus est praeter τ. λογικὴν λατρείαν 12, 1; παραλογισμοὶ vero ac διαλογισμοὶ.. etiam atque etiam cavendi sunt'. Addit: 'Qui ergo τὸν λόγον et eius quantumcunque usum in rebus divv. prohibent fidemque poscunt ἄλογον, hi omnium maxime παραλογίζονται ac per hanc suam rationis relegationem arguuntur ipsi fide et pietate totâ carere, nec religiosi homines esse sed superstitiosi aut hypocritae'. — 'Est autem frequentissimum hoc vitium, ut homines externo studio relig. suam absolvant, frequentatione templorum, lectione librorum frugiferorum statâ, severo zelo in alios qui sint haud paulo negligentiores; hinc fiducia succrescit in bona haec opera, quibus falso eum fructum attribuunt qui non inest. verissime autem dr. quod his rationibus falsis se decipiant; nec enim vel hilum fiunt ipsi meliores (SML.).

λήλυθε κ. εὐθέως ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν] *conspexit, abiit, oblitus est.* Bene pingunt hominis socordiam, non secus ac nostra Praess.: 'er erblickt es, geht s. Wegs u. vergisst sogleich wieder wie er aussah' (Strz.), melius certe quam Pt[1]: 'es war denn d. Betrachtung darnach (κατεν. γ. ἑαντ.), so im Vorbeigehen (κ. ἀπεληλ.)'. De ista Tempp. vi vd. ad v. 11 (p. 33) qui idem v. suadet, enunciato non sisti similitudinis applicationem [Bmg. Sml. Storr.] sed amplificationem [praecuntt. Oec. et Thph. post Ht. recentt. omnes]. Utut enim *causa* comparationis reddi potest descriptione negligentiae meri auditoris, eaque formulis exhiberi ab imagine petitis (*similis est speculum inspicienti namque ille nil lucratur*): convenientius tamen et nervosius est, quod istâ causâ similitudinem continuando clariusque pingendo redditâ, applicatio illo v. diserte adscripta nostro l. lectori relinquatur addenda (*similis est speculum inspicienti namque hic* ctt.). Qui 'satis habet speculum consuluisse, aut quemadm. Thais illa, ἐπεὶ τοῖος ὁρᾶσθαι οὐκ ἐθέλει (Plat. Epigr. 7), speculum a se removet, eum vecordem hominem et amentem iure habemus. Haud aliter ille agit, qui mente et ratione [intercedente np. doctrinâ evglicâ] commonefactus, qualem .. sensis, cogitatis, factis esse oporteat, ... non continuo, quantum conniti animo potest, quantum labore contendere, tantum facit ut propositum ad exemplar corrigat sese et emendet' (Sch.). Paulo drr. 2 Cor. 3, 18. Xtiani omnes Domini splendorem facie retectâ veluti speculo (repercussam) intueri atque ad hanc imaginem magis magisque in dies transformari (ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τ. δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν).

25. Opponit contrariam agendi rationem, missâ similitudine, servatâ translatione: ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας κ. παραμείνας] appellans *legem perfectam eamque libertatis,* cui tanq. speculo *incumbere* debeant atque *inhaerere* (penitus introspicere atque in introspiciendo perseverare), *in das vollkommne Gesetz der Freiheit tiefre Blicke werfen u. dabei verweilen* (Strz.). Opus quippe est I) idonea lege eiusque II) idoneo usu.

Idonea lex recte demum dicetur νόμος τέλ. ὁ τῆς ἐλευθ.] *lex aliqua* quae *perfecta* sit adeoque *libertatis,* qualis est Xtianor. lex. Disciplina np. xt. ἐλευθερίας] non solum ipsa est particeps, *libera,* liberalior iudaicâ, sed etiam effectrix, *liberans,* nimirum a *servitute A) legis mos., B) vitiositatis et errorum,* adeoque τέλειος] *perfecta* et *perficiens,* quippe non in externa specie haerens sed omnia ad *certam* eamque *veram* normam exigens, uno vbo: externae libertatis, internae necessitatis[52]). 'Die xstl. Lehre

52) Εἰπὼν νόμον τέλειον ἐπήνεγκε τὸν τῆς ἐλευθ. τὴν ἐλευθ. ἐπίσημον αὐτοῦ ποιούμενος· ὁ γὰρ κατὰ Χριστὸν νόμος, τῆς περὶ πᾶν τὸ σαρκικὸν ἀπαλλάξας δουλείας, σαββατισμῶν κ. περιτομῆς κ. τῆς περὶ τ. ἄλλους ἁγνισμοὺς λατρείας, ἐν ἐλευθερίᾳ τούτων κ. ἀνέσει τὸν προσιόντα καθίστησιν· κ. διὰ τὸ ἐλευθέριον κ. τὸ ἀπὸ τῆς ἐλευθ. ἡδὺ, κ. προσεκτικὸν εἰργάσατο τοῦτον κ. τῆς λυμαινομένης ἅπασι τοῖς καλοῖς ἀπήλλαξεν ἐπιλησμονῆς (Oec.). 'Evglcae doctrinae speculum non ostendit naevos aut tubera corporis, sed omnes animi tui morbos tibi ponit ob oculos, nec solum ostendit verum etiam medetur.

wird hier e. vollk. Ges. genannt, weil sie nicht, wie das unvollk. jüd. Gesetz, auf e. äussern Dienst, sond. auf Rechtschaffenheit d. Gesinng u. d. Wandels dringt; u. e. Ges. der Freih. heisst sie entw. weil sie den Xsten (nach Io. 8, 34. 36) zu e. sittlichfreien Menschen macht, od. weil sie ihm Freiheit vom jüdischen Gesetz, dessen Joch mancher damals dem Xsten gern aufgelegt hätte, ertheilt' (STZ.).

Quo potissimum ac singulatim mentem inclinaverit Iac., interpretes ambiguat. *A)* Excussum legis mos. iugum appellavit PT. c. HT. et MR. quia *a)* haecce scribantur Xtianis qui desierant esse ludaei; quia *b)* λόγον ἀληθείας modo diverit v. 18; quia *c)* in lege mos. observandâ falsi doctores Xtianos retinere conati sint adeoque 'Iac. eosdem transeundo revocare eorumque studia ad religionis xt. servitutis nesciae praestantiorem indolem investigandam factisque exprimendam derivare' voluisse videatur. *B)* Excussam peccandi libidinem addidit GBS.: '*Diese Freiheit, die zunächst wohl auf das Befreien von d. drückenden Joche d. Caerimoniendienstes zu beziehen ist, kann wohl im Allg. auch auf das Befreien von d. Herrsch. d. Sünde, die wir durch d. Chth. überwinden, u. auf das daraus hervorgehende freie u. freudige Erfüllen des xstl. Sittengesetzes bezogen werden. vgl. R. 6, 18. 8, 2*'. *C)* Reiecit prorsus disertam servitutis mos. castigationem KNP. quia nec hic nec 2, 12 veteris illius disciplinae mentionem fecerit [at vd. 2, 11] neque appareat causa legis mos. sectatores tecte pungendi, contra ipsum orationis argumentum satis declaret, respici ad eam vim, quae praeceptis inest a Xto traditis ad liberandos homines a vitiis vitiorumque effectis, 'ut et *caveamus peccata* et si quando peccaverimus, *poenas* ob veniam culpae a Deo per Xtum impetratam *non perhorrescamus* cf. 1 Io. 2, 1-3'; quo 'significetur, Xti disciplinam omnino promittere *libertatem*, nec tamen id eo valere ut leges Dei *impune* negligere et migrare *liceat*' — contra eos 'qui doctrinâ de libertate xt. ad *licentiam* legumque divv. et humanar. contemtionem flagitiose ac turpiter abuterentur'. *D)* Consentiens in altera parte ad legem naturalem, νόμον τοῦ νοός (R. 7. 23) traduxit SCH. explicatione suâ λόγου ἀληθείας, ἐμφύτου v. 18. 21. [vd. p. 59. 70] adactus. — Sane 'liberi homines sunt αὐτόνομοι et ἰσόνομοι, qui legibus suis vivunt, quas vel ipsi mentibus conceperunt et invenerunt, vel probaverunt certe ac sciverunt ab aliis rogatas'. Sane 'humanarum legum vel vastissima corpora sunt omnia imperfecta et manca' — eo nimirum imperfectiora quo vastiora! — 'nam multa exigunt humanitas, liberalitas, iustitia, fides, quae sunt extra publicas tabulas, ut Cic. ait, suntque ea quae sub leges vocantur humanas, nequaquam tota in earum ditione et potestate'. Sane igitur nonnisi *divina* lex perfecta est, eaque 'impressa in animis nostris (R. 2, 15) est *libertatis* illa quidem, sed multo maiorem vim et *necessitatem* habet lege quacunque aliâ, internam sc., naturâ insitam i. e. ab

---

lex mos. magis prodebat animi mala quam sanabat: erat enim lex imperfecta et magis metu deterrebat a malis, quam efficiebat ut homines sponte recta sequerentur. at evglica lex per caritatem a volentibus ac liberis plus impetrat quam extorquebat illa, et quod incipit, perficit, quum illa nihil ad perfectum adduxerit' (ER.). 'Mos. lex fuit servilis: coegit enim, punivit, duriter tractavit; contra xt. religio est liberalis, non servilis, non cogit, non punit, non duriter tractat, sed liberalissime argumenta proponit, ob amorem Dei, ob amorem Xti, ob imitationem Xti' R. 8. Gal. 2-4... '*Ihre jetzigen Pflichten sollen sie nicht deswegen erfüllen, weil es immer heisst, verflucht ist der u. der;* liberalior est doctrina ... multo perfectior est illâ antiquâ VTi vel hoc nomine, quod non cogit ad officia puniendo sed liberaliora suppeditat argumenta' (MR.). 'Non ut servos ad rituum potissimum formulam in Domini praepotentis honorem diligenter servandam metu poenarum cogit, sed potius ut homines rationis et libertatis moralis ornamentis praeditos ad recte agendum argumentis liberalioribus, ab ipsius officii ratione atque dictamine interno, a conscientiae judice falli nescio, a voluntatis div. sanctitate et benignitate, ab insignibus Iesu Chr. de genere hum. meritis pie agnoscendis et aliunde petitis, placide excitat atque commovet' (PT.). '*Die mos. Rel. wird im NT. oftmals als e. Zustand der Sclaverei, als e. Knechtschaft, als e. νόμος δουλείας geschildert u. dagegen das Chth. als e. Kindschaft, υἱοθεσία, ἐλευθερία*' (AGSTI).

ipso Deo ingeneratam, nullo modo recusabilem et evitabilem, sanctius itaque et religiosius servari debet quam ulla lex a domino imposita servis'. Sane denique 'hac ipsa lege tenenda tenetur summa libertas. nam quid est libertas? parere legibus, ut respondet Cic.. quid ergo summa libertas? perfectae, summae legi parere'. — Verum *divinam* legem solis cancellis *internae* normae quis inclusam dicet? Externis demum adeoque humanis formis illa se exerit, quamquam iis ipsa demum veram vim firmitatemque largitur. Divina fuit Mosis ista legislatio; uni populo scripta suo satisfaciebat tempori. Divina est Xti institutio; omnibus temporibus ac locis destinata, nullis animi vitaeque formis ac modis impar est explendis et regundis; naturali legi in tantum iunctissima ut nulla sit absque conscientiae regimine, rationis vicissim vera et fida extitit magistra. Utut est, *discere lectores intererat internae legis non sectandi necessitatem, sed emendandi, regendi, iuvandi praesidia et modum.* Iam impediebat profecto prae reliquis mosaicae disciplinae, qualis deinceps invaluerat, *servitus.* Quemadmodum vero, quae in eius locum successit, *libertas* non fuit *licentiae* eademque vera et plena per liberationem demum a vitiorum imperio contingit: ita illa disciplinae mos. servitus animosque tranquillandi imbecillitas non tam in difficultate observationis legum satis *multarum* et *arduarum* fastigium habebat, quam in *servili* metu, qui ex externa magis quam interna aestimatione poenamque minandi severitate, qua Moses carere non potuit, deinceps ortus, in tantum non valuit peccandi licentiam ac libidinem coercere, ut eam mirum quantum adangeret. Ita demum, *ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός*, extitit *νόμος τῆς ἁμαρτίας κ. τ. θανάτου, ζυγὸς δουλείας*, apparueruntque *ἀσθενῆ κ. πτωχὰ στοιχεῖα*, unde liberatio contigit per disciplinam xt., ipsam etiam *legem* aliquam (*keine Willkühr sond. allerdings auch e. Verbindlichkeit u. grosse Verpflichtung* BMG.), *νόμον τοῦ Χρ., τῆς πίστεως, τ. πνεύματος, τ. δικαιοσύνης, τ. ζωῆς*, uno vbo *χάριτος κ. ἀληθείας*, quae demum nos *μὴ ὄντας ἀνόμους θεῷ ἀλλ' ἐννόμους Χριστῷ* revera *ἐλευθερώσει*. R. 8, 2 sq. Gal. 4, 9. 5, 1. 6, 2. R. 3, 27. 6, 15. 18. 9, 31. 1 Cor. 9, 21. Io. 8, 31. 32. 36. cll. 1, 17. Mt. 5, 17. Iam Paulus quidem libertatem per Xtum partam contra universam legum rituumque moss. observandi necessitatem asserere solet, pessimis adversariorum machinationibus coactus nec nisi imbecilliorum nimiae quidem verum piae religioni cedens. R. 14. Iacobus vero - s. nondum tantâ claritate et vi sermonis uti potuerit qua Paulus (BENSON.) s. aliter paululum senserit - legi mos. nusquam diserte adversatus, non videtur ultra impugnandum servilem observandi animum progressus esse. 2, 8-11. cll. 21-25. 4, 7-12. Act. 15, 28 sq. [53]): uno verbo, *operum potius nimiam neglectionem castigat, quam nimiam actionum ad legis mos. normam conformatarum iactationem.* — — Addit AGSTI: 1) *Warum heisst das Chth. überhaupt e. Gesetz?* 2) *Warum eben e. G. der Freih.?* 3) *Wo im ganzen NT. ist das Gesetz Xsti, da es nur in den allgemeinsten Ausdrücken, oder für einzelne Fälle, wenigstens nirgends ausführlich u. vollständig aufgestellt ist? Diese Fragen lassen sich befriedigend nur durch d. Voraussetzung beantworten, dass es nichts andres als moral. d. h. eigentliche Religionslehre sei.* Vera sunt, modo recte et explicentur et applicentur. Utut enim Xtus non nova dogmata ac praecepta novosque ritus condere voluit, sed novam vitam spiritualem, ea ta-

---

53) Secundum Pirke Aboth 6, 2. nemo liber habendus est nisi qui operam dat legi. Add. (quem GES. laudavit) R. Nehonia lib. 3. Aboth: כל המקבל עול תורה עליו מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ: quicunque suscipit in se iugum legis, ab eo aufertur iugum regni (i. e. in eum nihil potest tyrannis) et iugum viae terrae (i. e. non imperant ei amplius peccata et terrenae cupiditates), contra qui disrumpit a se iugum legis, illi ambo illa iuga imponuntur. — De vera hominis libertate Stoicor. quoque in scriptis multa extant praeclare dicta, velut ap. Sen. Ep. 75 extr.: *Exspectant nos, si ex hac aliquando faece in illud evadimus sublime et excelsum, tranquillitas animi et expulsis erroribus absoluta libertas. Quaeris quae sit ista? non homines timere, non Deos; nec turpia velle nec nimia; in se ipsum habere maximam potestatem. inaestimabile bonum est, suum fieri.* Add. Ep. 8. et QN. l. 3 praef.: *Liber est qui servitutem effugit sui: — sibi servire gravissima servitus est.* Contra (ut idem ille dicit alibi) *Deo servire libertas est* (KNP.).

meo nec dogmatis et praeceptis ritibusque carere potest, nec facile excitabitur ac firmabitur absque Xti persona et historiis.

Idoneus usus is demum est, 'ut homo quasi praesentem et animo impressam doctrinam de xt. salute semper habeat; tum certo hoc sequetur, fiet *ποιητής*' (SML.) adeoque beatus. Debet *Παρακύψαι*] *incumbere*, '*corpore incurvato inspicere*, uti faciunt *qui attentius aliquid considerant*' (HT.), quod ipsum vb., ut etiam *ἐγκύψαι*, 'secum fert **destinatum studium** [diligentiae considerandi ac tractandi]: pronâ corporis inclinatione, vultu demisso, ut ipsa propinquitas oculorum adiuvare possit visurum' (SML.), quemadm. speculis, quippe parieti haud affixis, *proni inhaerere* debebant qui *propius distinctiusque cernere* vellent. Habetur de Ptr. et Mar. Xti sepulcrum introspicientibus Lc. 24, 12. Io. 20, 11; metaph. sapientiae cultor dr. *παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων αὐτῆς* audiendi causa Sir. 14, 23. et *εἰς τὰ εἰς Χριστὸν ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι* 1 Ptr. 1, 12. Add. הִשְׁקִיף et הִשְׁגִּיחַ de *prospectantibus* et attendentibus Deo et hominibus Ps. 14, 2. 33, 14. Ies. 14, 16. Debet idem *Παραμεῖναι*] *inhaerere* assidue evglii speculo, nec negligenter abiens (v. 24) nec unquam 'dimovens oculos ab exemplo doctrinàque Xti' (ER.); 'assidue contemplando, meditando et opere exercendo. hoc enim in SSâ significat *manere* in lege, in Deo, in Xto, nimirum iugiter meditari et facere ea quae lex, Deus et Xtus iubent' (CORN. A LAPIDE). Eiusmodi 'assiduum atque serium div. doctrinae studium haud citra factum manebit sed contemplationis fructum in vita exeret' (HT.); *nequit. Οὗτος*] *hic talis homo fieri auditor* 'Επιλησμονῆς] *oblivionis* (cll. v. 24) i. e. in futuram oblivionem, *obliviosus* (q. d. *ἐπιλήσμων, μόνον ἀκρ.* v. 22), *mit d. Erfolge od. d. Absicht, das Gehörte zu vergessen d. i. es ungebraucht zu lassen* (BMG.), *imo effector* "Εργου] q. d. *ἐργαζόμενος*· dicendi abundantia, h. l. non minus nervosa quam concinna, 'ut et significantius diceretur et esset quod responderet voci *ἐπιλησμ.*' (KNP.); quod ista *ποίησις* sincera esse debeat ('*einer der echtxstl. Handlungen vollbringt*' GBS.); non in addito *ἔργ.* sed in tota sententia inest; est qui Domino Mt. 13, 23 dr. *ὃ τὸν λόγον ἀκούων καὶ συνιὼν, ὃς δὴ καρποφορεῖ κτλ.* Ideo Οὗτος] 'hic, *inquam*, vel potius: *hic demum, hic solus*' (KNP.) *erit Μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ*] *bei, unter u. mit anhaltender Ausübung — er ist schon selig, wird es aber immer mehr werden* (BMG.); non exhaurit MORI: 'quia facit illud quod didicit, factis exercet religionem': namque et *ἐν τῇ π.* plus est quam *διὰ τῆς* s. *τὴν π.* et *ποίησις* ipsa non externa solum est. Non temere nostri, iustificationem tanq. forensem adv. Pontificios defendentes (ut H. HÖPFN. dissertt. XII de Iustif. hominis peccatoris coram Deo. Lps. 1728. 4), *duplicem* dixerunt, quarum altera (*fides*) Xtianum *faciat*, altera (*bona opera*) nonnisi *declaret*. Dum np. facit, non solum facilius in dies facit, sed hilarius etiam et felicius. Ita 'contrahit consuetudinem sanctorum studiorum et votorum; res igitur etiam humanas optime et studiosissime aget. hic vero animi xtianus status est haud dubie status felicitatis stabilis et permansurae' (SML.). 'Bene vivendo proceditur ad beate vivendum' (SCH.).

Lect. var. V. 22. *Λόγου*] 'νόμου in 8 Cdd. Aeth. Arr. Thph.. *Μόνον* 4 Cdd. omittunt, alii transponunt; fortasse rectius *ἀκρ. μόνον* cf. 2, 24' (SCH.). V. 23. "*Οτι*] 'non extat in A et ap. Hier., GRIESB. notante, neque in Vs. Syrâ,

si WTST. recte vidit [54]). facile equidem hac Part. caruerim in amante asyndetor. lac.'. V. 25. *Οὗτος*] priore loco 'non extat in ABC et 4 aliis Cdd. Syr. Erp. Copt. Vulg. corb. Aliis videbatur fortasse alius locus huic Pronomini convenientior, his ante *οὐκ ἀκρ. γενόμενος*, ut ista vba traherentur ad apodosin; illis ante *μακάριος*, unde evenit ut iteraretur. deletum ergo velimus priore loco *οὗτος* aut legerimus *οὕτως*, ut MT. l. ERASM. et BRZ. i. e. *διὰ τοῦτο τὸ παραμένειν*'. — Ex alio genere sunt, ubi *οὕτως* 'emphaseos causâ' s. interponitur s. repetitur; nostro l. friget, s. protasin statuatur finire s. continuare. Contra ut bis locato vocabulo aperta est emphasis [vd. supr. p. 81], ita ea nec deest iis qui (ut etiam LACHM.) priore loco expungunt (*qui inhaeret ita ut auditor obliviosus haud fiat sed obsequiosus effector, IS beatus erit* — ubi in protasi paululum protentâ ipsa apodoseos brevitas nervosa est). Ceterum lac. hanc singulatim voculam amat, nec profecto excusatione eget quod uno alterove l. omiserint librarii ac Vss.. Add. WIN. *Gr.* p. 491. ed. 8. *Ἐπιλησμονῆς*] pro quo *ἐπιλήσμων* 'exhibent 5 Cdd. Slav. Vulg.' (SCH.). Idem: '*Αὐτοῦ*] rescribimus *αὐτοῦ* sc. *ἔργου*'. frigide.

Imaginem, translationibus v. 21 fortasse oblatam, non plenam esse, iam viderunt OEC. et THPH.: *ἀπὸ τοῦ συνήθους τούτου ἐσόπτρου ἐπὶ τὸ νοητὸν ἔσοπτρον διαβιβάζει τὸν λόγον, μηδὲν ἀπενέγκας τῶν εἰς παράδειγμα ἀφοριζόντων τὸ εἰρημένον· οἷον ἵνα εἴπῃ οὕτως· εἴ τις ἀκροατὴς νόμου ἐστι κ. οὐ ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ· ὡς γὰρ ἐκεῖνος κατενόησεν ἑαυτὸν κ. ἀπελήλυθε κ. εὐθὺς ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν, οὕτω κ. οὗτος ὁ διὰ τοῦ Μωϋσέως νόμου κατανοήσας τὸ διατὶ γέγονεν, ὅτι πρὸς δόξαν θεοῦ κ. τὸ κατ' εἰκόνα γενέσθαι τοῦ πεποιηκότος θεοῦ, μετὰ τὸ κατανοῆσαι οὐδὲν τῶν κατανοηθέντων εἰργάσατο, ἀλλ' ὡσαύτως τῷ κατανοοῦντι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον· τούτῳ οὕτως χρήσασθαι δέον, οὐκ ἐχρήσατο. καὶ οὐ μάτην τοῦτο ποιεῖ ὁ Ἀπόστολος, συνάγων τὸν ἀκροατὴν κ. συντείνων εἰς τὸ μὴ παρέργως τούτων ἀκούειν· οὐ γὰρ ἐκεῖνοι μακάριοι οἱ ἀκροαταὶ, ἀλλ' οἱ συνάπτοντες τῇ ἀκροάσει τὴν πρᾶξιν.* cll. Porphyr.: *δι' ἔργων ἡμῖν ἡ σωτηρία οὐ δι' ἀκροάσεως λόγων ψιλῆς*, quibus eum ad lac. l. respexisse censet IAC. DE RHOER in nott. ad Porph. lib. de abstin. p. 99. — ***Das Hören entdeckt allerdings e. Beschaffenh. die er theils haben soll theils wirklich hat, ohne Ausübung u. wirkl. Bemühung aber = ein bloser fruchtloser Anblick der Gestalt im Spiegel, darauf weiter nichts erfolgt u. dadurch d. Mensch nicht schöner u. reiner wird*** (BMG.). Traducit ipse ad vitae *πρᾶξιν*: ***Nicht ein leibliches Weggehen sond. eine Richtung des Gemüths auf andre Dinge — so dass verlustig geht nicht blos wer vorsetzlich das Gegentheil beschliesst sond. auch wer eine Beobachtung u. Anwendung billigt, wünscht u. aufs Künftige beschliesst aber ohne unverzügl. Anfang davon geht, wo dann nicht nur die wirkl. Anwendung, folglich auch die Frucht der erlangten Einsichten u. Entdeckungen wegfällt, sond. nicht einmal die Vorstellung u. das Andenken davon zur künft. beliebigen Anwendung brauchbar bleibt; selbst die Erinnerung wird durch andere Vorstellungen verdrängt, wenigstens sehr geändert, entkräftet und matt; der künft. Gebrauch wird immer schwerer u. unmöglicher, u. zwar schnell u. bald; es bedarf also einer geflissentl. Eilfertigkeit im Gebrauch erlangter Einsichten u. Rührungen.***

Quod singula attinet. I) Sistitur '*Ἀνήρ*]' non *omnis vir* qui 'inspicit in speculum, sed *unus aliquis* quem facile est cogitare aut animo fingere (SCH.); nec fortasse alienum est quod 'aetas constans significetur, sicut 1 Cor. 13, 11; eiusmodi enim socordia *νηπίῳ* non ita graviter imputanda esset' (ID.); nec vero 'ad solos *viros* est restringendum qui vix conspecto speculo abirent, quum mulieres contra speculis diutius inhaererent', PORTO recte adv. GROT. monente. II) Dr. conspicere *Τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως*] *nativam faciem*. Quum meram redundantiam vera et accurata interpretatio non agnoscat, nec est *A*) = *πρόσωπον* simpl. [SYR.], nec *B*) = *ἑαυτον* v. sq. [AGSTI]: sed s. *C*) Adstrictio: 'formam vultus nativam animadvertit, suppl. non item maculas vultui haud *ἐκ γενέσεως* insitas sed propriâ culpâ adspersas, ad quas animadvertendas *παροξύνει* v. 25. s. accuratiori vultus exploratione opus erat' (PT. prob. GEB.), s. *D*) Explicatio: 'ne persona histrionia s. larva cogitetur aut vultus fictus et qualicunque arte adscitus' (SCH. cll. Eust. ad Hom. Od. o.: *Καὶ οὕτω μὲν ἡ Πενελόπη ὤκνει διορθοῦσθαι τὴν φύσιν κ. περιττότερα φαίνεσθαι αὐτῆς κ. τὴν εἰ-*

54) Transmisit WTST. إِنْ فَعَلَ هٰذَا فَهُوَ si quis enim erit ctt.

κόνα τοῦ ἐκγενέσεως προσώπου διαγράφειν εἴτε μεταγράφειν). At 1) adstrictio maculas adspersas satis temere ac contorte et ab imagine illustrante et a re illustratâ excluderet; 'intuemur nos in speculo, ut *si quid nativam faciem commaculaverit vel foedaverit*, id conspicati abluamus aut quocunque modo emendemus' (SCH.); quemadm. autem maculae adventitiae in speculo nec serius nec difficilius, ita in evangelio et prius faciliusque et magis necessario conspicuntur. habet quidem aliquam speciem POTTI applicatio haec: 'uterque mancâ cognitione non utitur', at longius petita sunt: '*haud amplius cogitando inhaeret faciei formae naturali, quippe quam satis cognitam habebat quamque non consulto sed fortuitu in speculo animadverterat:* neque *adeo* (sic supplendum videtur) *sordes abluere curat, quas in speculo ne conspexit quidem nec conspicere voluit*'. 2) Explicatione vix opus fuerit in sententiâ a ficto quocunque vultu per se alienissimâ. Item exiguam a simplicitate commendationem habet, quod sit *E*) Applicationis anticipatio. facit quidem huc quod SCH. notavit, 'a speculo dupliciter nostram faciem commonstrari, et qualis est et qualem esse oportet, ita ut comparatione institutâ cognoscatur quid emendari debeat, ad quodque exemplar'. videtur etiam eo inclinare THPH.: *πρόσωπον γενέσεως· τὸ διὰ τοῦ νόμου ἑαυτὸν ἐπεγνωκέναι. διὸ κ. τῷ προσώπῳ ἐπήγαγε τῆς γενέσεως· διὰ γὰρ τοῦ νόμου μανθάνομεν οἷοι γεγόναμεν, κ. κατανοοῦμεν οἵους γε νομένους ὁ πνευματικὸς ἡμᾶς ἀποτελεῖ νόμος διὰ τοῦ λούτρου τῆς παλιγγενεσίας.* tamen non tam is petitur qui nativam tantummodo, qualis esse deberet, formam, nec vero vitae suae maculas didicit, quam qui vitia non minus quam normam edoctus officio emendandi deest. Nil reliquum est nisi *F*) Poetica exaggeratio cll. 3, 6; namque si vel c. KNP. *γνησίῳ* huic *προσώπῳ* eidemque *σωματικῷ* vel *σαρκικῷ* (cll. Col. 2, 1) oppositum cogitare velis ex v. 25 *τὸ τοῦ πνεύματος s. νοὸς ἠθικὸν πρόσωπον*, quod ipsum etiam *ποιητὸν* hactenus recte informari possit quod in eius conformatione multum valet voluntas et studium hominis; si vel, quod *interna* etiam facies haberi potest *nativa* adeoque nec apte nec perspicue satis distinxisset Iac., nolis obiicere: certe non opus erat tali additamento, quum vero speculo corporea solum facies reddatur.

'Eodem simili Plut. utitur libro de auditione propemod. med.: Auditum considerare tecum oportet atque investigare, quomodo inde affectus sis, ac ratiocinari, an quis motus animi eo sit sedatior, an molestiae quidquam levatius, an fiducia et altitudo mentis confirmata, an ad virtutem et honestatem instinctus quidam. Cum enim e tonstrina abituri *speculo* adsistamus caputque contrectemus, ut tonsuram et caesuram capillor. examinemus: quanto magis e schola atque ab auditione discedentes statim debemus animum nostrum intueri, an molestis et supervacaneis cogitationibus aliquibus factus sit levior et alacrior (*καταμανθάνοντα τὴν ψυχήν, εἴ τι τῶν ὀχληρῶν κ. περιττῶν ἐλαφρότερα γέγονε κ. ἡδίων*). Nam, ut aiebat Aristo, neque balnei neque orationis non purgantis ullus est usus. Delectetur itaque utilitate ex oratione perceptâ adolescens; non tamen delectationem auditionis finem statuat ctt.' (SCH.). 'Nec contulisse poenitebit haec vv. Sen. (de ira 2, 36): *Quibusdam, ut ait Sextius, iratis profuit adspexisse speculum. perturbavit illos tantâ mutatio sui: — animus si ostendi et si in ullâ materiâ perlucere posset, intuentes nos confunderet, ater maculosusque, aestuans et distortus et tumidus. speculo equidem neminem deterritum ab ira credo. quid ergo? qui ad speculum venerat ut se mutaret, iam mutaverat.* — Biantis hoc fertur apophthegma: *Θεώρει ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὰς ἑαυτοῦ πράξεις, ἵνα τὰς μὲν καλὰς ἐπικοσμῇς, τὰς δὲ αἰσχρὰς καλύπτῃς*' (KNP.). Paulo invertit, quem SCH. affert, Theoph. ad Autol. 1, 2: 'sicut *speculum* expolitum, ita hominem oportet animum purum habere. Quando igitur aerugo extiterit in speculo, non potest conspici facies hominis in speculo: sic etiam quando vitium in homine, non potest talis homo intueri Deum'. — 'Ut altius fortasse iusto rem indagemus (idem SCH. ait) tentat illud Platonis quod ex ej. Tim. c. 2. ita reddidit Cic. [Univ. 2]: *Si is, qui aliquid munus efficere molitur, eam speciem quae semper est eadem* (*νόμον τέλειον* Iac. 1, 25) *intuebitur eamque sibi proponet exemplar, praeclarum opus efficiat necesse est. Sin autem illam quae gignitur* (*τῆς γενέσεως* ib. 23), *nunquam illam quam expetit pulcritudinem consequetur.* — *Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis utrum sit imitatus exemplar, idne quod semper unum et idem et sui simile, an id quod generatum ortumque dicimus* (*τῆς γεν.*). Nostrum certe est non permanere *ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει*, quam Iust. M. Apol. 1. c. 61. dicit, primamque et inchoatam hominis naturam tenere *γενομένου εἰς ψυχὴν ζῶσαν* i. e. *ψυχικοῦ, σαρκινοῦ, χοϊκοῦ* (1 Cor. 15, 45-50. Cf. Cic. dND. 2, 12 sq.), nihil mutantes de illa, sed in ultimam perfectamque nos perducere ho-

miris naturam γενομένου εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν, πνευματικοῦ, ἐπουρανίου, adeoque similitudinem Dei propositam habere, quam διὰ γενέσεως δευτέρας induamus. Hanc autem similitudinem agnoscimus παραχύψαντες εἰς νόμον τέλειον, βασιλικόν'.

De re haec comparari possunt Sen. enunciata (Epp. 24. 75. 108. 114): 'Quando multa disces? quando quae didiceris, affiges tibi ita ut excidere non possint'. 'Non est beatus qui scit illa, sed qui facit [cll. Io. 13, 17. Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ἐὰν ποιῆτε αὐτά]. 'Pars virtutis disciplinâ constat, pars exercitatione: et discas oportet et quod didicisti agendo confirmes'. 'Sic ista discamus, ut quae fuerunt verba, fiant opera'. 'Hoc enim turpissimum est quod nobis obiici solet, verba nos philosophiae non opera tractare'. 'De vita semper disputatur, nunquam vivitur'. [φιλοσόφους ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν dixit Epict. ap. Gell. NA. 17, 19; *ego odi homines ignavâ operâ, philosophâ sententiâ* (cll. vs. gr. 'μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός· quem Cic. Epp. 7, 6. ut Euripideum affert'. KNP.) Pacuv. ap. eund. Gell. 13, 8.] 'Nullos peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quam qui philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt, qui aliter vivunt quam vivendum praecipiunt. Exempla enim se ipsos inutilis disciplinae circumferunt, nulli non vitio quod insequuntur obnoxii'. 'Omnia quae dicunt, quae turbâ audiente iactant, aliena sunt'. 'Quo modo probare possint sua esse, monstrabo: faciant quae dixerint'. — 'Quidam veniunt ut audiant, non ut discant'. 'Magnam hanc auditorum partem videbis, cui philosophi schola diversorium otii sit. non id agunt ut aliqua illic vitia deponant, ut aliquam legem vitae accipiant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen et cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant, sed verba'. 'Quidam ad magnificas voces excitantur et transeunt in affectum dicentium, alacres vultu et animo'. 'Afficiuntur illi; et sint quales esse iubentur, si illa animo forma permanent, si non impetum illum insignem protinus populus honesti dissuasor excipiat. Pauci illam quam conceperunt mentem domum perferre potuerunt. Facile est auditorem concitare ad cupiditatem recti. Omnibus enim natura fundamenta dedit semenque virtutum; omnes ad omnia ista nati sumus. Cum irritator accessit, tunc illa animi bona velut sopita excitantur'. Add. Cic. de Off. 1, 43 sq. de Rep. 1. 2. et GATAK. ad Antonin. 10, 16.

Petitos a lac. statuerunt 1) 'quos P. 2 Tim. 3, 7, τοὺς πάντοτε μανθάνοντας κ. μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυναμένους, qui ib. 4, 3. ad suas libidines aggerunt sibi doctores auribusque prurientibus et a vero aversi ad fabulas se convertunt' (SCH.); 2) certos magistros 'qui nonnisi profundam religionis scientiam crepabant, a factis ad normam huiusce scientiae conformatis prorsus alienam' (PT.); 3) quorum arrogantia omnem felicitatis spem in factis collocabat ad legis mosaicae normam conformatis (ID.); 4) qui opinarentur '*dass jemand um s. Vorfahren u. ihrer Frömmigkeit willen selig werden könne*' (BNG. unde v. 25 dicta sit ποίησις αὐτοῦ). Vid. Prolegg. et ad 2, 14-26.

26. 27. *Siquidem* igitur sunt inter vos, *qui* aut sibi aut aliis *videntur* prae reliquis *religiosi esse, qui* tamen e. c. *ne linguam quidem refrenare didicerunt* adeoque loquendo *semet ipsos decipiunt, horum* non solum non eximia sed adeo *inanis* ac nulla est *religio. Religio* vere *pura et immaculata*, probata non apud homines solum sed etiam *coram Deo* iudice qui tanquam communis hominum *pater* imitatione singulatim coli vult: religio, inquam, vera vereque salutaris *ea* demum *est* quae conspiciendam se praebet actionis praestantiâ, ut benevole *curandi pupillos et viduas afflictatione sua* adiutore egentes, religiose *semet ipsum incontaminatum servandi a* libidinum vitiorumque *mundi* impurâ contagione.

Complectitur, proxime antecedentibus arcte nectens, totius cohortationis summam. Facto opus est — ita ut vel in summa tolerandi angustia v. 2 sqq. nullus loco movearis v. 6 sqq. temerariâ ipsius Dei incusatione v. 13 sqq. ne linguam quidem tuam polluens v. 19 sqq.; vd. vv. 25. 22. 4. Facta vero quae Deo vere probantur adeoque sola verus summi numinis cultus haberi debent, sunt

Rechtthun u. Wohlthun' (STZ.). *'Niemand bilde sich also ein, dass er d. Lehre des Ev. befolge, dass er wahrhaft gottesfürchtig sei, wenn er sich leichtfertigen unwilligen Aüsserungen . . überlässt u. so sein Herz betrügt; denn s. Gottesdienst ist dann nur eitel. Nur der, wer Unglücklichen u. Betrübten Theilnahme u. Liebe beweist, alle sinnlichen u. irdischen Neigungen überwindet u. beherrscht u. andre ähnl. sittl. Pflichten ausübt, nur der legt durch s. Thun e. wahre tadellose Verehrung Gottes an d. Tag'* (GBS.). *'Wahre Gottesfurcht zeigt sich theils in d. Liebe zu d. Brüdern, theils in d. Streben nach eigner sittl. Reinheit. Beides muss vereinigt sein'* (GRASH.).

26. Plenus cogitatione **vanitatis** sententiae impugnandae, verbis quoque notionem in apodosi demum exprimendam in ipsa iam protasi bis praeripit. *Μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ*] = *μὴ βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι* v. 19. *nesciens linguam freno quasi tenere*, coercere ac temperare — *A*) circa *maledicentiam*, *B*) circa *docendi pruritum*, *C*) circa *expostulationem c. ipso Deo.* Vd. ad v. 19. Recte quidem STZ.: *'Die Widerspenstigkeit gegen den xstl. Lehrer, das unbedachtsame Losziehen gegen ihn, das übermüth. Prahlen mit e. angeblich bessern Erkenntniss, macht den wahren Gottesverehrer nicht aus'*; recte etiam quod alii addiderunt: *Erwiederung der Lästerungen der Gegner ist keine Religionspflicht sond. Entweihung*; nostro tamen nexu impugnatur, *wer 'nicht nur viel spricht u. wenig od. nichts thut, sondern auch thöricht spricht wie v.* 13. 18.' (GRASH.). *Ἀπατᾷ τὴν καρδίαν αὐτοῦ*] = *παραλογίζεται ἑαυτόν* v. 22, יַפְתֶּה לִבּוֹ Iob 31, 27. *animum suum fallit* errans opinione suâ (MR.), mentis 'aciem affectus ministerio linguae praestringit ... vba sibi dat atque imponit, ut opinetur, propterea quod multus est in orando ac disserendo de rebus divv. atque sanctissima quaeque identidem in ore habet, ipsum esse religiosum et pium dictaque pro factis valere' (SCH.), item etiam sensa, quae quo intemperantiora sunt eo facilius vanâ spe lactant. *'Der Zustand s. Herzens ist e. ganz a. als er in s. Wahne meint'* (GRASH.), *was man anfangs ohne Grund angenommen u. nachgesprochen, hält man hernach selbst für gegründet u. wahr, bestimmt selbst darnach s. Willen u. leitet ihn vom rechten Wege ab* (BMG.). *Δοκεῖ*] *videtur* [55]) tantummodo *religiosus esse; εἴ τις δοκεῖ, φησίν, ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἀληθείᾳ εἶναι* (Schol. ap. MATTH.); 'opinari c. vanitate plerumque quod libitum est. cognata sunt germm. *dünken, Dünkel.* Mt. 6, 7. 24, 44. Io. 5, 39. 1 Cor. 3, 18' *μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω· εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι τλ.* (SCH.). *Μάταιος*] *vana* est *eius religio*, 'in merâ opinione sita' (MR.), 'specie promittens omnia, re et veritate nihil praestans et proficiens, effectu carens' (SCH.). np. *σωτηρίᾳ ψυχῆς* (v. 21); uno vbo: *μάτην σέβεται θεόν* Mt. 15, 8 sq.

---

55) Verba textus recepti *ἐν ὑμῖν*, quae locis 3, 13. 4, 1. 5, 13. 14. 19. (cll. 1 Cor. 3, 18. *εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν*) paululum defensa, librorum auctoritate (ABC 27. 29. 66. 68. 73. Syr. utr. Erp. Copt. Sahid. Aeth. Arm. Vulg. corb.) eiecerunt GRIESB. et LACHM., arctius et c. *δοκεῖ* et c. *θρῆσκος* copulari possunt: s. *videtur vobis* s. *religiosus inter vos* i. e. *religiosior reliquis*; posterius sibi voluerunt qui inter *θρ.* et *εἶναι* interposuerunt. Ceterum v_u in. C 31. Copt. addunt *δὲ* (prob. LACHM.), itemq. v. 27 in. A et SYR. *γάρ*.

cll. 1 Cor. 15, 17. Tit. 3, 9. ‘*Es wird von Dingen gebraucht die keinen Nutzen, k. Werth, k. Bestand, k. vernünftigen Grund, Sinn od. Zweck haben. es hat den entgegenges. Begriff v. d. deutschen reell.* ματαιότης *erklärt* PHAV. *durch* πρᾶγμα ἀνόητον ἢ βουλὴ ἀνυπόστατος ἢ σπουδὴ πέρας οὐκ ἔχουσα ἢ καθόλου τῷ ἐπὶ παντὶ λυσιτελοῦντι ἀνύπαρχον’ (Exeg. Hdb.). *Θρῆσκος*] *religiosus*, singulatim cuius nimia, nimis externa est religio, *superstitiosus*. Item *θρησκεία*] *religio, superstitio.* SYM. et AM.: *ministratus Deo.* HES.: *θρῆσκος· εὐλαβὴς, δεισιδαίμων.* PHAV.: *ἑτερόδοξος.* et *θρησκεία· δαιμόνων σέβας, εὐσέβεια δὲ προσκύνησις τῆς ἁγίας τριάδος.* Adj. (pro quo gr. etiam *θρησκευτὴς* dr.) NTi *ἅπλγ.* Subst. praeter n. l. nonnisi Act. 26, 5. de disciplina iud. et Col. 2, 18. de cultu angelis (more Essenorum) praestito. Trito tum vocabulo (ut in Iosephi scriptis) fortasse non utitur solum ‘ut voce ista generali et bonam et malam relig. comprehendat’ (GT.), sed ut simul castiget adversarios singularem haud raro sanctitatem iactantes cultus sui, si vel mere externi, verbis ritibusque absoluti, a vera pietate prorsus alieni; *θρῆσκος ἐπιὼν, ὥςπερ εἰ ἔλεγε γνώστην ἑαυτὸν οἴει τῶν ἀποῤῥήτων ἐν τῷ νόμῳ κ. ἀκριβῆ φύλακα* (OEC. et THPH.); cf. 1 Cor. 7, 40. ubi P. provocationi ad *γνώμην* suam addit: *δοκῶ δὲ κἀγὼ πνεῦμα θεοῦ ἔχειν.* Ceterum non tam a *θρῆσσαις* dictum est, mulierculis *Thraciis* mysteriorum Bacchi et Orph. superstitione imbutis (Plut.), quam a *trepidando s. preces murmurando, θρέω, τρέω, θροέω.*

27. ‘Religio vera fidem quidem requirit, sed perficitur duabus maxime rebus, beneficientiâ et vitae puritate’ (GT.), quemadm. vicissim ‘diverticula quaerentes peccatis maximeque voluptarii frustra sibi persuadent, hominem qui sanctimoniae minus studeat impune id ferre, si modo benigne fecerit aliis’ (KNP.). *Ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς κ. χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν*] *curare pupillos et viduas in ipsorum afflictione.* ‘Qui aliorum utilitati apprime prospicit et hominum miserrimae conditionis, qui omni ope destituti sunt, curam gerit, vere Deum colit. Deut. 15, 11. Primaria virtus exempli loco ponitur, species pro genere. id quod etiam fit Mt. 25, 34 sqq.’ (JASP.). *Ἐπισκέπτ.*] = פָּקַד *invisere, animum advertere, attendere;* ad Deum transfert VTum sensu *puniendi*, NTum sensu *benefaciendi* (ita ut illic quos attendat sint impii, hîc pii): unde n. l. = *ἐπιμελεῖσθαι, κήδεσθαι τινός, prospicere, succurrere consilio, solatio et quovis genere beneficiorum* (KNP.). Affectus cum effectu! Praesens fortasse, *um anzuzeigen, dass ein solches Verhalten unausgesetzt fortdauern müsse* (BMG.). *Ὀρφανοὶ κ. χήραι*] יְתוֹמִים וְאַלְמָנוֹת; item species pro genere: pro *miseris* et *afflictis* in universum, appellantur quorum esse solet *Θλῖψις*] *vita calamitosa*, ‘homines per imbecillitatem solitudinemque suam et ope naturali destituti et iniuriis ac fraudibus maxime expositi’ (SCH.), qui igitur prae reliquis auxilio et carere et egere solent; *die der Fürsorge Andrer am meisten bedürfen u. selbst nicht vergelten können, für hülfsbedürftige Leute überh.* (BMG.). Add. Ies. 1, 17. Sir. 4, 10. al. et magnificam talis beneficentiae descriptionem ap. Iob. 31, 16 sqq. *Ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου*] *incontaminatum sese servare a mundo s. seculo* [56]) i. e. a rebus studiisque mundanis, a vulgata opi-

---

56) ‘Sic Latt. seculum usurpare consueverunt. Ex. c. Cic.: *Est huius seculi labes quaedam et macula, virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis infringere.* Id.: *Quid ego de me loquor qui morum ac temporum vitio aliquantum etiam ipse fortasse in huius seculi errore verser?* Alio loco huius

nionum pravitate morumque corruptione; 'non pati se pollui scelerибus aliorum hominum, per ea irritari ad imitationem et peccata' (MR.). Est nempe *Κόσμος*] *mundus* 1) rei, ubi a) ab *ornato* et *ornante* facilis est transitus b) ad *ordinatum;* 2) rerum, ubi a) ab *universitate* sapienter ordinatâ [57]) speciatim gradatimque hi oriuntur sensus: b) *terra*, c) *homines*, d) *vulgus hominum* idque fere deterius, unde e) *indoles* qualis plerorumque est *improba*, externi, terreni, carnis studiosior, huius vitae bonis ac voluptatibus inhians (*Weltlichkeit*, *weltl. Sinn*). Postremum hoc in NTo longe usitatissimum est. Inde notissima oppositio *τοῦ κόσμου* et *τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν*. cll. 4, 4. *ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα θεοῦ ἐστιν*. et 1 Io. 2, 15 sq. in amante mundum non esse *ἀγάπην τ. πατρός*, quia *πᾶν τὸ ἐν τ. κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς κ. ἡ ἐπιθ. τῶν ὀφθαλμῶν κ. ἡ ἀλαζονεία τ. βίου οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρός*. N. l. '*contagio* est vitiorum, in quae maxima pars et speciosissima hominum suo usu atque exemplo impellere et abripere solet' (SCH.), qua *contagionis* et *contaminationis* translatione (q. drr. *σπῖλος*, *μῶμος*, מום) apte respicitur ad imagines vv. 23 et 21. cll. 2 Ptr. 2, 20. Eaedem satis docent, restrictione ad improborum consuetudinem [SCHOTT.] nimiumve qui beneficentiam singulatim facile impediat divitiarum amorem [SML.] non exhauriri mentem scriptoris. '*Es ist Beschreibung des reinsten sittlichen Zustandes*' (GBS.). Tit. 2, 12. *Ἀρνησάμενοι τ. ἀσέβειαν κ. τ. κοσμικὰς ἐπιθυμίας σωφρόνως κ. δικαίως κ. εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι*. 1 Tm. 5, 22. *Μὴ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις· σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει*. 1 Io. 5, 18. *Ὁ γεγεννημένος ἐκ τ. θεοῦ οὐχ ἁμαρτάνει ἀλλ' .. τηρεῖ ἑαυτὸν κ. ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ*. *Αὕτη*] *haecce*, talis demum religio quae misericordiâ et innocentiâ se conspiciendam praebet — recte dicetur *Καθαρὰ κ. ἀμίαντος*] *pura et impolluta*, minime vero, quae singulatim Iudaeis hoc nomine veniebat, externae puritatis affectatio; ex qua oppositione apparet, puritatem duplici vocabulo potius exaggerari [PT. SCH. ('*quae nihil φιλαντίας, πλεονεξίας, κενοδοξίας ctt. admixtum habet, non adulterata studio commodi sui*') GBS.] quam distingui ['*erga alios*' - '*erga se ipsum*' WTST.; '*ist dem Gottesdienst der meisten Juden damal. Zeit entgegenges. der weder innerlich aufrichtig noch aüsserlich rechtmässig verrichtet worden, ob sie gleich der grössten u. schärfsten aüssern Reinigung sich beflissen*' BMG.; *quae e sincero mentis affectu proficiscitur* (*ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας* 2 *Tm.* 2, 22. 1 *Ptr.* 1, 22.) *cui plane respondet σοφία ἁγνή* 3, 17. - *et quae a vitiis immunem se praestat* (relato illo ad *ἐπισκέπτ.* hoc ad *ἄσπ. ἑαυτὸν τηρεῖν*) KNP.; '*aus wahrer ungeheuchelter Liebe zu Gott*' - '*Weltliebe u. Gottesliebe nicht vermischend*' GRASH.]. Eiusmodi in externis haerens *θρησκεία*, utut inter homines aestimatissima, non

---

seculi insolentiam queritur. Horat. fecunda culpae secula, Virg. impia, Catull. seculum insipiens et inficetum, Flor. pronum in omnia mala et in luxuriem fluens; atque mos ipse multitudinis exemplo et iudicio commendatus aut certe excusatus ap. Tac. seculum est (Weltlauf) ita loquentem: *Nemo illic vitia ridet nec corrumpere et corrumpi seculum vocatur*'. Add. Cic. 'Off. 1, 32... *Quid tibi vitandum praecipue existimes, quaeris? Turbam. Nondum enim tuto illi committeris. Ego certe confiteor imbecillitatem meam. — Inimica est multorum conversatio. Nemo non aliquid nobis vitium aut commendat aut imprimit aut nescientibus allinit. Utique quo maior est populus cui commiscemur, hoc periculi plus est.... Recede*, pergit Sen., *in te ipsum quantum potes* (quod medio in mundo et possumus et debemus)! *Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt, illos admitte quos tu facere potes meliores! Mutuo ista fiunt et homines dum docent discunt.* Sen. Ep. 7. *Turba argumentum pessimi.* Id.' (SCH.). 57) 'Xen. Mem. 1, 1, 11. *Ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν* [h. e. ab eruditis s. philosophis] *κόσμος*. cuius appellationis auctorem tradi Pythagoram in vulgus notum est' (KNP.).

valet certe *Παρὰ τ. θεῷ κ. πατρί*] *coram Deo eoque patre* (v. 18. cll. 3, 9. 1 Ptr. 1, 3. Ap. 1, 6. et ap. Paul. saepissime — ubique c. artic.) i. e. aestimatione et sententiâ eius quippe patris, non tantum Iudaeorum sed hominum omnium (*'vor Gott der ein Vater ist u. dessen Kinder wir sind, als dessen Kinder wir uns auch beweisen sollen; ein diesem Verhältnisse entsprechender Gottesdienst'* GRASH.). 'Ut enim qui amans Dei est, etiam homines amat, ita Deum amare nemo potest nisi qui homines amat. Mt. 25, 35 sqq. Iac. 2, 8. 12. 13. 1 Io. 3, 10. 4, 11. 20. ctt.' (KNP.). 'Nulla gens tam fera, nullus omnium tam est immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. at vero qui tantum Deum esse opinatur omnipotentem dominum rerum, non est *εὐσεβής* (Iac. 2, 19); sed qui Deum esse parentem hominum optimum sibi persuasissimum habens, ab ipso beatissima quaeque infinitâ c. fiduciâ sperat, is vero plus quam *πιστεύει ὅτι ὁ θεὸς ἔστι, πιστεύει ἐν αὐτῷ*' (SCH.). Add. OEC. c. THPH.: *Ὁ γὰρ εἰς τὸν πλησίον οἰκτειρμὸς ἀφομοίωσίς ἐστι πρὸς τ. θεόν· γίνεσθε γάρ, φησὶν, οἰκτείρμονες ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος· ἀλλὰ κ. ὁ οἰκτειρμὸς ὑμῶν μὴ ἐν προσωποληψίᾳ ἔστω, ἐπεὶ μηδὲ ὁ θεὸς ἀπομεμερισμένας ποιεῖται τὰς ἑαυτοῦ εὐεργεσίας ἀλλ' ἀνατέλλει τ. ἥλιον ἐπὶ πλουσίους κ. πένητας κ. βρέχει ἐπὶ δικαίους κ. ἀδίκους.*

'Postremo attinguntur officia tria perfecti Xtiani: ut erga Deum sit religiosus, purus erga se, erga proximum iustus' (LORIN.). 'Quia dixerat factorem operis beatum in facto suo futurum (v. 25), nunc quae facta maxime Deo placeant dixit, misericordia sc. et innocentia. namque in eo quod pupillos et viduas in tribulatione eorum visitare iussit, cuncta quae erga proximum misericorditer agere debemus insinuat. porro in eo quod immaculatos nos ab hoc seculo custodire praecepit, universa in quibus nos ipsos castos servare decet, ostendit, in quibus sunt et ea quae supra observare monuerat, ut tardi simus ad loquendum et tardi ad iram' (BED.). 'Ponitur exemplum unum, *Wittwen u. Waisen Erleichterung verschaffen*, ut antea ponebatur exemplum unum, *refrenare linguam suam. Nun muss man aber dabei zugleich alle guten Handlungen verstehen die gethan werden sollen, so wie oben alle böse Handlungen die vermieden werden sollen verstanden wurden. Dass aber das die Meinung Jacobi sei, erhellet aus den letzten Worten worin er es im Allgem. sagt: sich vor d. Welt unbefleckt erhalten*' (MR.). 'Videtur sub uno vitio cetera omnia comprehendisse, qui mos Hebraeis familiaris est, quasi diceret: quicunque metuens Dei et mandatorum eius observans esse velit, et unum aliquod vitium habet quo sibi indulgeat et hoc sibi licere putet, is sese decipit et seducit. nemo ergo sibi vel in minimo indulgeat. qui enim minima negligit, in magna saepe prolabitur vitia, et qui sibi in parvis indulget, securitate noxiâ paulatim maxima quaeque obrepere sinit' (ZWGL.). 'Lingua membrum est parvum quidem, at ingentia et nocentissima patrat, si non diligenti custodiâ coercetur. linguae petulantia animum vanum et corruptum indicat. non est ergo quod religiosum et pium quis se existimet qui et linguam habet vanam et cor turpibus cogitationibus infectum'. — — quibus postremis verbis optime (cll. 2, 10. 3, 5) ratio reddita videtur exempli de linguâ frenandâ adhibiti, quod singulari aliqua, qua in viduarum pupillorumque exemplo non opus erat quippe satis trito et communi, suppeditatum statui debet opportunitate s. nexûs s. lectorum conditionis. Np. linguae temperare non minus exile quam facile haberi poterat. Tamen quae ita extitit praecipitantia et societatem foedissime nunquam non turbabat, et qui in eam inciderant ipsos pessime haud raro fallebat. Multi 'tantum aberant a benigna voluntate in alios quotquot alieni essent a lege mos. Xtianos, ut praestantiam unice sibi tribuerent religionisque iustam auctoritatem ab institutis domesticis repeterent, abstinentes e. c. a cibis, a consuetudine gentium, superstitiosi igitur potius et nimis religiosi quam verae xt. religionis periti et participes. tales *θρῆσκοι* simul erant *ἐθελόθρησκοι*, alieni a communione et societate aliorum Xtianorum, quales fere P. describit Col. 2, 18. non contentos liberali descriptione novae religionis, qua tantum opus erat, sed inflatos judd. ceremoniarum ideis, Pharisaeis istis similes qui minimarum rerum erant seduli et molesti arbitri, officiorum vero in alios homines, quasi sic polluerentur, negligentes et contemtores' (SML.). 'hi sane' — contendentes potissimum 'detrahendo aliis doctoribus et illorum discipulis' — 'omnem male loquendi et calumniandi opportunitatem captarunt. postquam igitur Iac. ipse sententiam dixerat v. 25. de iusta et vera libertate Xtt. eamque adv. abusum muniverat, commodo iam loco istos thrasones judd. reprimit, qui ipsos inter Xtt. severioris religionis speciem circumferebant'. lidem homines non

poterant non sibi etiam ipsis magis in dies persuadere perfectioris Deoque dignioris indolis possessionem; quid igitur proclivius, quam ut hi singulatim, simulac calamitatibus obruerentur, in ipsum Deum inveherent adeoque, ad pessima quaeque desciscentes, eum etiam fructum perderent quem satis exiguum ex ipsa superstitione reportare potuissent? — Longius petitum est quod SML. fraudem singulatim fecisse censet inanem spem messianam, qua Iudaei speraverint et optaverint exitium et interitum Romanorum, itaque et diras exsecrationes sensim protulerint, maxime hoc modo impedientes societatem c. Xtianis e gentibus; quodque ἐπίσκεψιν pupillorum et viduarum diaconis potissimum mandatam opinatur; certe quod 2, 1 sqq. non Xtiani e populo sed ministri compellentur, id non magis firmum est quam VITRINGAE argumentatio (in Archisynag. p. 405) θλίψιν eorum esse morbum, infirmitatem qualemcunque, quia maxima religionis pars veteribus Hebrr. fuerit aegrotorum visitatio. — Ceterum 'frequens in hac re comparatio a freno desumta' (GT.); 'i. q. γλώσσης κρατεῖν. Liban. Ἡ νέμεσις προλέγει τῷ μηκεῖ τῷ τε χαλίνῳ· Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν μήτ' ἀχάλινα λέγειν. Anthol. Ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου δ' ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχία Eurip. Bacch. 385. Ἐπέσπω τῷ στόματι χάλινος. Liban.' (SCH.). Plura vd. ap. WTST. LÖSN. et KYPK..

— '*Sic princeps ille philosophiae disserebat* (Socrates): *qualis cuiusque animi affectus esset, talem esse hominem, qualis autem homo esset, talem eius esse orationem, orationi autem facta similia, factis vitam.* Cic. Tusc. 5, 16. Haud aliter sensisse noster videtur. Hinc ex animi affectu (ὀργῇ) defertur in orationem, ex oratione cp. 2 et 4. in facta et vitam. Quumque tacitum animi affectum observare, qualis sit, minus facile homines possint: admonet ut invigilent ac moderentur orationi suae atque ex oratione affectum animi aestiment, ne malae quam sibi indulserint orationi similia facta similisque malefactis vita subsequatur' (SCH.). 'Fortasse non punitur humanis legibus, qui loquitur tantum adulteria non etiam patrat, at is apud Deum iam adulter est qui animo patravit adulterium. non dat poenam hominibus qui rem alienam concupiscit si liceat impune, sed apud Deum furti reus est qui furtum concepit in animo... Deus intimos animi affectus intuetur et ex iis nos aestimat. porro corruptus animus plerumque solet in linguam erumpere. apud Xtt. convicium homicidii genus est, tantum abest ut c. linguae petulantiâ cohaereat vera pietas... A malo temperant et servi, nimirum supplicii metu. at filios decet caritas; ea non est res otiosa sed efficax, in omne bonum opus sese promens ultro... Qui Iudaismum sapiunt, religionis laudem constituunt in palliis ac phylacteriis, in delectu ciborum, in lotionibus, in prolixis precibus ceterisque ceremoniis, quae sic aliquoties aspernandae non sunt, si per haec veluti signa commonefiamus eorum quae sunt propria pietatis, perniciosa vero, si quis arbitretur per haec hominem fieri religiosum quae sola citius reddunt hypocritam.... Pius ac purus est ap. Iudaeos, qui morticinum non contigerit, qui lotus sit vivo flumine. apud Deum pius ac purus est qui orphanis et viduis adfuerit afflictis, qui fratrem oppressum sublevarit, qui egentem pecuniâ iuverit. apud Iudd. impurus est qui carnem suillam ederit, ap. Deum impurus est cuius animus fuerit huius mundi cupiditatibus infectus et inquinatus... In omnibus quae agimus non alio spectemus quam ad ipsius gloriam, a quo solo speranda est benefactorum compensatio, qui vero pietatis officia non rependit fluxis ac mox perituris praemiis, quemadm. hic mundus solet, sed beatam immortalitatem largitur. humilis est, tenuis est, cui impendis officium, referre gratiam non potest, sed tamen in hunc longe praestat collocare quam in alium quemlibet divitem aut potentem, a quo nullus fructus redire potest nisi vilis ac temporarius' (ERASM.). — '*In collocando beneficio, si cetera paria sint, hoc maxime officii est, ut quisque maxime indigeat, ita ei potissimum opitulari. quod contra fit a plerisque. a quo enim plurimum sperant, etiamsi his ille non eget, ei tamen potissimum inserviunt.* Cic. Off. 1, 15. ... eiusmodi gratificatio, benignitatis ac liberalitatis nomine prorsus indigna, nihil est aliud quam προσωπολημψία [2, 1. 9.], praeteriens et excludens hos ipsos quibus Apostolus prospicere iubet, viduas et pupillos, contraria benignitatis a Xto Lc. 6, 33 sqq. praeceptae... Haec autem benignitas nullius est nisi hominis, qui supra omnia Deum amat et imitatur cuius ἔλεος ἐπὶ πᾶσαν σάρκα (Sir. 18, 13), alterumque pariter ac se diligit et quicquid ab altero sibi factum esse velit, alteri facere studet, factorum suorum remunerationem et gratiam a mortalibus nullam, a Deo cumulatissimam certus expectat. caritas igitur et fides huius beneficientiae sunt radices' (SCH.). 'Dum alios, viduas et pupillos, custodis, cavendum est ne custodiam tui negligas!' 'Antonin. 6, 30: Vide ne in mores caesareos abeas. ne in-

ficiaris (*ἀπὸ τοῦ κόσμου*). *τήρησον οὖν σεαυτὸν ἁπλοῦν, ἀγαθὸν, ἀκέραιον* — ut talis persistas, qualem te voluit facere philosophia. §. 2, 16. Unum et solum philosophia; hoc autem constat *ἓν τῷ τηρεῖν τὸν ἔνδεον δαίμονα ἀνύβριστον κ. ἀσινῆ, ἡδονῶν κ. πόνων κρείττονα* ctt. Epict. 2, 8: Quid autem quod non solum te adornavit, sed etiam tibi soli credidit et commisit curandum? Neque hoc memineris, sed etiam dedecoras tutelam demandatam? Sin autem tibi pupillum quem tradidisset in tutelam, sic eum negligeres? Tradidit tibi te ipsum ac dicit: huno mihi custodi talem qualis est nativa indole, pudentem, fidelem, celsum, intrepidum, affectibus ac perturbationibus vacuum. Quid tandem tu non custodis?' Add. 'Isocr. ad Nicocl. p. 36: *ἡγοῦ τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον κ. θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν βέλτιστον κ. δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς.*'

'*Es begreifet ... in sich:* 1) *e. überzeugende u. lebhafte Vorstellung der Gefahr, bei allem auch nothw. Gebrauch der Körperwelt u. Umgang mit den Einwohnern d. Erde darin mit Sünde verunreinigt zu werden;* 2) *dass man .. nicht sowohl denselben Gebrauch u. Umgang ganz aufhebe, welches unmöglich, auch nicht pflichtmässig sein würde* ['sacra voll. nusquam praecipiunt piis, ut mundum odio habeamus sed *τὸ πονηρὸν* .. licet mundus ipsos oderit' Sch.], *als vielmehr auf sich selbst acht gebe, weil die Versündigung eigentl. aus unordentl. Gebr. u. Umgange mit Menschen entstehet u. darin bestehet;* 3) .. *dass man nicht sowohl gewisse Dinge in der Welt, Arten der Geschöpfe, der Speise, des Tranks, auch gewisse Gewohnheiten od. Menschen in d. Welt, sond. sich selbst bei allen vorkommenden Dingen für gefährlich ansehen u. seinen grössten Fleiss auf sich selbst u. seine Wahrnehmung wenden solle .... daher die Liebesdienste gegen Wittwen u. Waisen alle thätige Güte gegen den Nächsten, die Bewahrung seiner selbst aber den ganzen Fleiss der Heiligung u. gesammte Gewissenhaftigkeit in sich fasset u. das beste Mittel ist, unordentl. Richten andrer Leute zu verhüten. ... Jac. will damit zugestehen:* 1) *es werde bei Menschen auch wohl ein Gottesdienst von einer andern Art für echt gehalten;* 2) *der echte Gottesdienst werde nicht allezeit bei Menschen richtig beurtheilt u. erkannt;* 3) *Gläubigen liege ob, sich nach Gottes Urtheil u. Ausspruch zu richten u. um Urtheile der Menschen unbekümmert zu sein*' (Bng.).

II) 2, 1—13.

Pauperibus singulatim prospiciendi praecepto annectitur gravis improbatio partium studii. Qui enim in negotio adeo religionis eiusque gloriosissimae 1. *divitum prae pauperibus aestimationem in ipsos admiserunt conventus sacros* 2. 3. *ni malo animo, inconsiderate certe egerunt* 4. *Namque non solum impium est eos despici quos Deus in re singulatim xt. tanti fecit* 5. *sed etiam absonum homines fere insolentes ab iis ipsis honore affici quos potissimum indignissimeque vexant et diffamant.* 6. 7. *Nec excusatur praecepto sane principali adeoque etiam Xtianis servando, mutui amoris* 8. *imo aperta migratio est* 9. *eaque eo minus extenuanda quo magis legem in singulis etiam iisque minoribus momentis haud negligere iubet hoc, quod omnia unius eiusdemque legislatoris auctoritate nituntur.* 10. 11. *Cuius utne reus fias, oportet summd religione liberalem evglii normam liberaliter verbis factisque exprimere* 12. *qua ita demum div. indulgentiam sperare licet.* 13.

1. Ut vere sitis religiosi, *fratres mei, nolite* singulatim *cum* externae *personae respectibus fidem vestram habendo* dehonestare religionem eius, qui *dominus* est omnium *nostrum, Iesu Messiae,* divinâ *glorid* aucti.

Illustratur officium auditioni effectionem addendi (1, 22 sqq.) duplici exemplo a commendatione beneficentiae erga afflictos (v. 27) suspenso: 1) partium studii discrimen externae hominum dignitatis etiam in Xtianorum societate ambitiosius reverentis (2, 1-13); 2) fidei meris vbis declaratae (14-26). — Beneficentia quae nullâ compensatione regatur, si quid aliud, non patitur pauperi divitem et opulentum praeferri. '*Die Ermahnung, Unglücklichen u. Betrübten Theilnahme zu beweisen u. sich rein zu erhalten v. d. Handlungs-*

weise der gewöhnl. Menschen, giebt ihm nun Veranlassung, mit Rücksichtnahme auf besondre Verhältnisse u. Vorfälle, - *es mochten wohl die Klagen vieler armen Xsten üb. Geringschätzungen, Hintansetzungen u. allerlei Unrecht zu ihm erschollen sein,* - *die Xsten an die er schrieb ferner ernstlich zu bedeuten, das Gesetz d. Liebe nicht zu verletzen ... Ihr handelt, sagt er, sehr Unrecht, meine Br., wenn ihr bei eurer Partheilichkeit Xsten zu sein meint'* (GBS.). *'Zur wahren Ausübung d. Liebe gehört aber Unpartheilichkeit. Wir müssen alle mit gleicher Liebe umfassen'* (GRASH.). *'Vernachlässigung u. geringschätzige Behandlung armer Xsten ist unxstlich'* (STZ.).

1. Res aperta est. Monet 'cum fide coniungendum esse amorem erga omnes homines, a fide removendam esse personarum rationem' (MR.). Verba non tam duriora adeoque liberius vertenda dixeris c. MR. quam c. HT. non satis expedita. Fluctuant 1) *μή* inter *num* et *ne* (*doch nicht?* et *doch nicht!*); 2) *ἔχειν* inter sensus *tenendi, retinendi, detinendi, censendi;* 3) vba *τῆς δόξης* circa orationis structuram, ex qua a *προσωπολημψίαις*, a *πίστει*, a *κυρίῳ Ἰησ. Χρ.* suspensa esse possunt; 4) Genitt. *τοῦ κυρίου* et *τῆς δόξ.* inter Genit. subj. et object.. Horum autem Genitt. in fine commatis cumulatorum aperta ambiguitas priora etiam vcbla magis torquere movit quam ceteroquin factum esset. *Προσωπολημψία*] *personarum acceptio* s. *respectus* i. e. partium studium; ex Hebraismo: נָשָׂא פָּנִים (2 Chr. 19, 7) a נָשָׂא פָּנִים *πρόσωπον λαμβάνειν* s. (quod solus Iac. habet 2, 9. cll. Adj. *προσωπολήπτης* Act. 10, 34) *προσωπολημπτεῖν* [58]), non tam *elevare* s. magni facere (PT.) quam ad se *admittere* alicuius *faciem:* unde Lev. 19, 15. vetantur iudices *paupertatem intueri opulentiamque honorare* (לֹא תִשָּׂא פְנֵי דָל וְלֹא תֶהְדַּר פְּנֵי גָדוֹל). Hebraeis in bonam etiam partem dictum, de iis qui *aditu non prohibent* imo benevole excipiunt beneque cupiunt, Hellenistae malo tantum sensu agnoscunt: = הַכִּיר פָּנִים *intueri faciem* personamve, quam intueri ac respicere non decebat, hominum quasi personis i. e. externis rationibus moveri, ubi interna veritas decernere debuisset (*e. Menschen mehr od. weniger achten u. anders beurtheilen blos um der Vorzüge willen die nicht zur Sache gehören* BMG.; *'bei Beurtheilung andrer nicht sow. auf Tugend, auf Güte d. Herzens, kurz auf die guten Eigenschaften des Geistes, als vielmehr auf das Aüssre des*

---

58) 'Sunt Iudaeor. et Xtt. graece loquentium, quae nec ap. grr. VTi intptes nec in apocrr. Iudd. libris usquam, quod ego quidem sciam, leguntur. Veteres Biblior. intptes etiam *πρόσωπον λαμβάνειν* rarius dixere. Nam plerisque in ll. נשא פנים reddiderunt *θαυμάζειν πρόσωπον*... Similem dictionem הכיר פנים.. vertit *αἰδεῖσθαι πρόσωπον*' cui gemina haec est ap. Mc. 12, 14. *βλέπειν εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων*' (KNP. additâ hac notâ: 'Partium studium, quod quis in judicando sequitur, alibi vocatur *πρόκρισις, πρόκριμα, προτίμησις, πρόσκλισις, προσπάθεια, ἑτερομέρεια.* Cf. intptes ad 1 Tm. 5, 21. Nec his dissimiles sunt formulae *κρίνειν κατ' ὄψιν* vel *κατὰ τὴν σάρκα* Io. 7, 24. Ies. 11, 3. 4. Io. 8, 15. et *τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπειν* 2 Cor. 10, 7'). SCH. comparat Iud. 16. *θαυμάζειν πρόσωπα ὠφελείας χάριν*, et - quod monstret *personam* pr. esse faciem *fictam*, 'adscitum aliquid, non nativum, alienum, non proprium' - Sen. Ep. 24: *hominibus personam demamus ac reddamus faciem suam;* notatque totam formumulam dici 'de judicibus praesertim qui alia respiciunt quam quae sunt in causae meritis, et aliqua specie hominum, externa conditione et fortuna corrupti, pluris faciunt eorum gratiam et obligationem quam aequitatem et officii religionem, quosque, ubi vel parum vel nihil quidquam eiusmodi movet, hominibus consulere aliorumque ullam rationem gerere piget ac taedet'.

Menschen, auf Kleiderpracht, Schönheit, Ansehn u. dgl. Rücksicht nehmen' ROSENM.). N. l. *προσωποληψία, die auf die Person u. ihre äüssern ausserwesentl. Verhältnisse, vornehmlich auf Stand u. Vermögen, genommene Rücksicht od. Partheilichkeit*; est iniquitas singulos Xtianos non virtute suâ xt. sed fortunâ qualitatibusque externis ad religionem ipsam nihil facientibus metiendi, atque secundum hanc normam uni plus studii aut favoris exhibendo quam alteri, alios aliis praeferendi. *Προσωποληψίαι*] quasi iniquitates istae, i. e. 'variae species et formae quas in hominum usu iniquitas sumere potest pro vario tempore et occasione' (SCH.): *respectus iam saepius habiti*[59]), *e. Partheilichk. in mannigfalt. Art u. in versch. Vorfallenheiten geübt* (BMG.), quemadm. plures plerumque esse solent (unde vern. distinguitur *Rücksicht* et *Rücksichten nehmen*). *Ἐν προσωποληψίαις*] = *προσωποληπτοῦντες* s. *ἐν ᾧ προσωποληπτεῖτε* — *in* ista iniquitate quasi constituti, eam admittentes, *cum* eâ (*in* i. e. *mit u. zur Partheilichkeit* BMG.).

Μὴ ἐν προσωπ. ἔχετε τὴν πίστιν] *A) Ne fidem prohibeatis* ac impediatis *personarum respectibus*, s. deterrendo ab eâ pauperes s. (GT.) ipsam detinendo 'velut captivam et inefficacem.' — Verum qui torquere nolit, agnoscere debebit 'usum gr. vbi *ἔχειν* quod c. nomine .. constructum periphrasin facit vbi coniugati' (HT.); 'ut enim *πίστιν ἔχειν* saepe dr. pro *πιστεύειν*.. sic item *πίστιν ἔχειν τινὸς* pro *πιστεύειν τινὶ* s. *εἴς τινα*, veluti Mc. 11, 22: *ἔχετε πίστιν θεοῦ* · omninoque *ἡ πίστις τοῦ Κυρίου* ita saepissime.' cll. 1 Tm. 3, 9. cum 1, 19 (KNP.). Ibi a vulgari definitione: = *πιστεύειν ἐν προσωπ.* (*confidere non absque partium studio*) non admodum differt HT[1]: = *προσωποληπτεῖν ἐν πίστει* (*se dare partium studio circa fidem, personarum respectum habere in religione*); certe a vbis non abhorret, nec satis vere PT. eam statuit ex exemplis allatis (*ἔχειν τινὰ ἐν ὀργῇ, succensere cui, ἔχειν ἐν αἰτίαις, culpare quem, ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει θεὸν* = *ἐπιγινώσκειν* R. 1, 28) verti debere: *partibus religionis nimium studere.* Admissâ vero periphrasi, minus commode vertetur *B) Num cum personarum respectibus fidem habetis?* - habere poteritis, habere vos posse putatis? [STORR. ROSENM. ('*könnt ihr wohl Verehrer unsers majestätischen Herrn sein, so lange ihr partheiisch seid?*') PT. (sententiâ retractatâ) SCH. ('*habetis, tenetis, praestatis, vestrâ nimirum sententiâ vel opinione*') GBS. ('*μη ist hier sicher das Lat. num, gleich unserm doch nicht ... Ihr seid doch nicht Xsten, od., ihr meint doch nicht etwa Xsten zu sein, wenn*' ctt.) GRASH. ('*habt ihr etwa bei den unter euch statt findenden Partheilichkeiten den wahren mit echt liebevoller Gesinnung nothwendig verbundenen Glauben?*')]; — '*eine solche Construction wäre ganz wider den Stil des Ap.*' AGSTI, quem certe non refutant SCHNK[1]: 'interrogationis formam sensûs gravitas flagitat et contextus (v. 5. 6. 7) probat'); — simplicius non solum sed etiam nervosius videtur *C) Ne fidem habeatis ita ut simul, ut tamen personarum reepectus habeatis,* fides vestra ne sit partium studiosa [LAT. uterq. SYR. ctt. ER. AGSTI (*die Religion .. müsse nicht in Partheilichkeit bestehen*) KNP. HT.]. 'Cavenda quidem ubique est *προσωποληψία*, maxime vero in fide inque rebus aeternam salutem concernentibus, aut in relatione ad Deum et Xtum, in quorum oculis omnes ex aequo, s. divites simus

---

59) 'In numero multitudinis haud facile reperias apud elegantiores scriptores grr.' GT. contra quem - quum vcblum ipsum ap. scriptores grr. nusquam legatur - 'substantivorum abstractorum usum pluralem' bonis scriptoribus frequentissimum esse monstravit HT., nimirum ubi non tam 'notio generalis quam res aut actiones vel eventa singularia significantur': ut *εὐγένειαί τε καὶ δυνάμεις κ. τιμαί* ap. Plat. *Euthyd.* ed. Heind. p. 325; *μάχαι γε κ. οἱ θάνατοι* ap. eund. *Alcib.* I. ed. Bip. p. 22; *clarae mortes pro patria oppetitae* ap. Cic. Tusc. 1, 48. - Add. nostror. *ἐν ἀγίαις ἀναστροφαῖς κ. εὐσεβείαις* 2 Ptr. 3, 11; *μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις* Col. 3, 22. et WIN. *Gr.* p. 150 sq. (73. ed. 2).

s. pauperes, s. principes et nobiles s. plebeji et rustici, indignissimi sumus peccatores' ctt. (HEIS.). Non certe refutat SCH[1]: *Ist bei Dingen der Partheilichk. der Gl. nicht möglich, so muss ich wohl die Leute die dabei glaübig zu sein bedünken, mit d. Frage zur Besinnung bringen: habet ihr so den Gl.?* (*Th. Ann.* p. 410). — Eodem redeunt quippe liberius tantummodo reddita: a) '*ne conjungite fidem c. personarum ratione*' (MR. STZ. JASP.); b) '*nolite una c. religione (meliora vos edocente) retinere illa partium studia*' (PT. sententiâ priore); c) *nolite fidem vestram aestimare tanquam quae partium studium ferat* [LTH. (*haltet nicht dafür, dass d. Glaube... Ansehn der Person leide*) BMG. (*beurtheilet den Gl. nicht partheiisch; weil das schlechte Ansehn der App. u. die gering scheinende Beschaffenheit der ersten Lehrer vielen verächtlich gewesen, missbilligt Jac. allen gottesdienstl. Unterschied der Menschen*)].

Τὴν πίστιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησ. Χρ.] *A) Fidem ipsius Xti*, quippe a προσωποληψίᾳ non minus quam Deus ipse alienissimi, opem non Judaeis solum sed omnibus hominibus ferre volentis, magistri a discipulis imitandi, — 'quam ut docuit et coluit, sic ipse integerrimam praestitit factis... cuius ἀρχηγὸς κ. τελειωτὴς fuit πιστὸς ὢν τῷ ποιήσαντι αὐτόν Hebr. 12, 2. 3, 2,' quam nostrum est 'habere, colere et exercere' Io. 13, 15. 1 Io. 2, 6. cll. 2 Tm. 3, 10. Hebr. 13, 7 (SCH.); *B) Fidem Xtianorum de Xto*, ita ut non tam doctrina de fide cogitetur quam ipsa, cuius Xtus est obiectum, et fiducia et professio [ita plerique omnes nonnisi inter notionem πίστεως subjectivam et obj. fluctuantes]; ita πίστ. εἰς Χρ., ἐν Χρ. simm. multo institutionis apostolicae usu brevius dici consuevit πίστ. Χριστοῦ ctt. Cf. Gal. 1, 16. bene gnari, homines non justificari nisi διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χρ., nos quoque εἰς Χρ. Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν ut ipsi etiam justificaremur ἐκ πίστεως Χριστοῦ· Act. 3, 16. πίστις τοῦ ὀνόματος. Nec Mc. 11, 22. ἔχετε πίστιν θεοῦ facile vertes c. Sch° l. c.: '*habet die Zuversicht die Gott hat bei Allem, was er will u. heisst, dass es schön, gut u. vollk. sei.*' Τῆς δόξης] Fere ad *trajectionem* confugerunt s. *satis longam* s. *breviorem* s. *brevissimam* (HEIS. cll. praeter larga exteror. exempla 1 Th. 2, 13. παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ θεοῦ): *A) Cum partium studio* a) *quo ex sua quisque opinione quemlibet aestimat* [ERASM. ap. POL.]; objecerunt 'nunquam aut rarissime in NTo δόξαν notare *opinionem* et casum gignendi sic aequo longius a nomine regente diremtum esse' (HEIS.); b) *quod est honoris ergo, quod honorem attinet* (ex oppositione alterius προσωποληψίας quae est *utilitatis* eademque vulgatior) q. d. τῆς δόξης ἕνεκα (HEIS.); utut ita per προσωπ. ad ἔχειν formula redibit nec illae tanquam 'sermonis apostolici *subjecta materia*' premendae erunt, monstrosa tamen est explicatio; c) *quod externum splendorem captat* [MICH.]; δόξα *die glänzende Aussenseite d. Welt, wo Reichth. u. Ehre Alles sind*; — foret 1) abundantia dicendi sententiam neque amplificans adstringensve, neque intendens, eaque 2) satis imperita ob ambiguitatem et vocis et locationis; — *B) Fidem gloriae*, quae esse posset et a) ipsa *gloriosa et magnifica*, religio gloriae plena et pararia, uno vbo: πίστις ἔνδοξος [HT.], et b) *de gloria* agens tanquam re sibi proposita [GT. qui grammatice certe evitavit difficultatem quam omissus articulus (τὴν τῆς δόξ.) creat, in tam aperta fluctuatione ne licentiâ quidem sermonis hellenistici [60]) satis excusatus; quod enim ex transpositione HT° etiam probatâ, a SCH° omni sermoni humano abjudicatâ (πίστιν

60) Est fere neglectio disertae notationis ubi res ipsa nexusve satis decernebant; momentum fecit non solum ingenium orationis populare (ex quo v. c. accessio aliqua per intermedium demum vbum ad vcblum aliquod traduci potest), sed etiam Articuli hebr. (c. Subst. coalescentis atque a Stat. constr. alieni) diversa conformatio. Vd. WIN. *Gr.* p. 111. 119 sq.

τῆς δόξης τοῦ κυρ. in quem ordinem iam SYR. vbs redegit) vertit: fidem 'quam habetis de Xti gloriâ s. de Xto in summam caritatem evecto', id ad coordinationem revocatum hanc: πίστ. τοῦ κυρ. ἡμ. Ἰησ. Χριστοῦ, τῆς δόξ. *fidem de Domino nostro Iesu Xto, de ejus gloriâ*, nonnisi rhetorice laboraret nimiâ appositae sententiae exilitate]. Conferri possent διακονία τοῦ πνεύμ. quae dr. εἶναι ἐν δόξῃ 2 Cor. 3, 8. et τὸ εὐαγγ. τῆς δόξης τ. μακαρίου θεοῦ quod sit λόγος πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος 1 Tm. 1, 11. 15. — *C) Domini gloriae* i. e. *gloriosi*, magnifici et venerandi, augustissimi [ita rell. omnes, haud parum profecto eo moti 'quod ea vox omnium frequentissime de Deo et Xto in NTo adhibeatur et nescio quid *majestatis* involvat quae quasi laedi visa fuit si sordidum illum et vanum honorem.. exprimeret' (HEIS.)]. Cf. 1 Cor. 2, 8. ἐσταύρωσαν τὸν κύριον τῆς δόξης (בַּעַל הַכָּבוֹד cll. אֶל מֶלֶךְ הַכָּבוֹד Ps. 29, 3. 24, 7; ὁ θεὸς et ὁ πατὴρ τῆς δόξης Act. 7, 2. Eph. 1, 17) et Phil. 2, 9-11. nomen accepit ὑπερ πᾶν ὄνομα, ut nemo non eum κύριον profiteatur εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. — Sensum ipsum elicuerunt *a)* Appositionis artificio: *Xti qui est ἡ δόξα* BENG.; *b)* Ellipseos ἀνδρός commento [SCHÖTG. ad LBos.]; *c)* Vcblo κυρίου repetito ἀπὸ κοινοῦ [WP. BNG. SML. GRASH.]; nihili est, quod KNP. putat nostrum, quum κύριος τῆς δόξης h. l. dicatur pro κύριος ἔνδοξος, sententiam magis spectando ita usum esse Substantivo, ut de Adj. cogitaret quod citra ambiguitatem jungi superioribus vbis potuerit (q. d. τὴν πίστ. τοῦ κυρ. ἡμ. Ἰησοῦ Χρ. τοῦ ἐνδόξου); felicius paulo SCHNK. censet vcblo κυρίου duplicem Genit. apponi interposito Nomine pr. (q. d. κύριος ἡμῶν, Ἰησοῦς Χρ., τῆς δόξης) cll. WIN. Gr. 161; *d)* Commate interposito: Ἰησοῦ, Χριστοῦ τῆς δόξης 'unsers Herrn Jesu, des Gesalbten der Herrlichk.' cll. מְשִׁיחַ יי Ps. 2, 2. ὁ Χρ. κυρίου Lc. 2, 26, τοῦ θεοῦ 9, 20, αὐτοῦ Act. 4, 26. Ap. 11, 15. 12, 10 (SCH. qui *unctum gloriae* ex metonym. intptatur *unctum Dei gloriosi* cll. Mt. 26, 64. et Mc. 14, 62. ubi Messias dr. καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως [quod Lc. 22, 69. explevit: τῆς δυνάμ. τοῦ θεοῦ] et Hebr. 1, 3. 8, 1. ubi ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης, τοῦ θρόνου τῆς μεγαλ. ἐν τοῖς οὐρανοῖς habetur in ead. sentent.; rell. ll. diserte δόξαν θεοῦ appellant; — simplicius est vertere: *majestate div. praeditum ac quasi imbutum* cll. Act. 10, 38. Lc. 4, 18. Io. 10, 36.) — — quem Genit. vel nomini proprio apponere pateretur sermo hebr. cll. notiss. יְיָ צְבָאוֹת; add. χερουβὶμ δόξης Hebr. 9, 5. Utut vcbla referuntur, in promtu est causa additi. 'Inest reprehensionis iustus aculeus; gloria vera Xti [adeoque etiam evangelii] illis profecto ignota est qui civilis honoris humanum discrimen adeo reverentur et amant, ut ingenuum Xti amatorem ideo vel publice contumeliâ afficiant, quia paupertatem publice praeferre solet' (SML.), non profecto recordati, quod 'Xtus iuxta mundum humilis fuit et pauper et tamen hunc principem omnis gloriae voluit esse pater' (EB.) quodque ea 'per passiones consummato in excellentissimo gradu non solum competit sed etj. suppetit ita ut eandem aliis largiendi potestatem acceperit' (HEIS.). Est illud elogium s. evangelii s. Domini argumenti instar, 'ne quid rerum externarum in religionis causa spectent, sed id tantum respiciant quod gloriae Domini amplificandae inserviat' (WP.). Paucis: insinuatur res per se satis et vere gloriosa, quae interno suo decore atque splendore omne externae dignitatis fastigium obscuret, cui igitur non solum non accedat sed adeo decedat gloria istâ personarum aestimatione Xtianis indignâ (*der Gl. u. das Vertrauen auf Xstum sei der eigentl. Grund aller Ehre u. der verehrungswürdige Herr der Herrlichk. werde verunehret, wenn man die Vereinigung der Glaübigen mit ihm nicht zum Beweggrunde s. Verhaltens gebrauche* BNG.); add. OEC.: ὁ γὰρ ἐν προσωποληψίᾳ τι ποιῶν πολλοῦ σπίλου, πολλῆς κηλῖδος ἑαυτὸν ἀναπίμπλησι, τὸ ὁμογενὲς ἀτιμάζων κ. πρὸ ἐκείνου ἑαυτὸν

εἴγε ἡ πρὸς τὸ ὅμοιον ἐπίδειξις κ. πρὸς ἑαυτὸν παραπέμπεται τὸ πραττόμενον [THPH. τὸν πράττοντα]. In hunc sensum nec prorsus momento caret ἡμῶν] communis *omnium Xtianorum* Dominus — *uns vor Verachtung Geringerer zu bewahren* (BMG.).

2—4. *Namque si* e. c. *ingrediatur in conventum vestrum* sacrum *vir aureis* ornatus *annulis* indutusque *veste* nitidâ ac *splendidâ*, *ingrediatur vero etiam* simul *pauper* indutus vili ac *sordida veste; atque* si *vos* continuo *conjectis in illum oculis*, non ob aliud nisi quod *vestitu splendido* pauperem obscurat, *dicatis: Tu considas* propiore *hoc* loco *commode* ac honorate! *atque pauperi* vero, veluti contemto nec ob aliud quam vestem viliorem, *dicatis: Tu* vero *consistas* loco *illo* remotiore! *seu: Considas hic* humi *infra scabellum pedum meorum!: et non dubitastis* ac haesitastis *ipsi animo vestro* in hac agendi ratione? *et fieri* potuistis *judices pravae* non solum sententiae sed etiam *cogitationis?* — Tum profecto iniquos vos judices praebuistis, ac confido equidem inconsiderato potius quam malo animo vos aestimasse, non conticescente vestrâ ipsorum conscientiâ!

Protasin vv. 2. 3. excipit bipartita apodosis v. 4. Γάρ] 'significat exemplum quo id quod universe dictum erat illustratur' (HT.) — non quasi hoc potissimum προσωποληψίας genus Jac. in animo habuerit castigandum (PT.), sed quod instar omnium appellari poterat quippe in re prorsus indignâ. Quod enim in conventus adeo sacros divitiarum honorumque ostentatio non solum gestata sed etiam admissa est, id, utut Judaeis solenne (vd. VITRINGA de Synag. vet. p. 192 sqq. 148 sqq. et intptes ad Mt. 23, 6. et ll. pp.), Xtianos certe non decebat, non pietate solum (v. 5) sed ipsâ adeo prudentiâ (v. 6. 7) aliter sentire jubent. Quid enim ineptius cogitari potest, quam *fidem* aeternae parariam gloriae opibus posthaberi mundanis quae plerisque dedecori atque exitio sunt, idque ab iis qui maximam partem pauperibus constabant? '*Unter Xsten u. hauptsächl. in gottesdienstl. Versammlungen muss alles Ansehn der Person aufhören, ihr müsst euch da als Brüder betrachten die vor Gott alle gleich sind*' (GBS.).

2. Intrat v. c. Τὴν συναγωγὴν ὑμῶν] *conventum vestrum* sacrum - vd. infr. - Ἀνήρ] אִישׁ *jemand* (*gemeinigl. v. e. ansehnlichen Person* BMG.); etiam exteris aditum patuisse docet 1 Cor. 14, 23. cll. Act. 14, 1 al.; nec tamen vv. 6. 7. Xtianos necessario excludunt. Χρυσοδακτύλιος [vcb. ἁπλγ.] ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ] Describitur, ut opposita satis monstrant, 'dives aliquis qui et digitos *annulis* cinxerat, ut Sen. describit: *exornamus annulis digitos et in omni articulo gemma disponitur*, et purpurâ aut simili *splendidâ* veste oculos aliorum in se convertit. nec hic opus est multam copiam scriptorum [c. WF. all.] afferri, qui de jure annulorum aut de ingenti luxu qui sensim locum habuit exponunt' (SML.). Add. Gen. 38, 18. 25. 41, 42. Jes. 3, 18 sqq. Lc. 15, 22; Lucian. in Nigrin. (τῶν δακτυλίων πλῆθος ἔχων) et in Tim. (πόρφυροι κ. χρυσόχειρες περιέρχονται. ubi Schol.: χρυσόχ. ἤτοι τοῖς δακτυλίοις περιαυγαζόμενοι τοῖς χρυσοῖς, ἢ δι' εὐπορίαν ὑπερβάλλουσι χειροπληθῶς τὸν χρυσὸν διασπείροντες); Plin.: *singulis primo digitis annulum geri mos fuerat ... nunc solus medius excipitur, ceteri omnes onerantur atque etiam privatim articuli minoribus. sunt qui tres uni minimo congerant.*

Λαμπρ.] 'nullum certum colorem declarat, sed splendidum, fulgidum, clarum, nitidum quodvis, s. rubrum s. album sit s. alius generis' (RAPH.): h. l. vestitus, non regius [BARON.] nec sacer [ELSN.] sed omnino nitidus, ornatior ac honoratior, qualis est divitum. cll. Lc. 16, 19. 23, 11; THOM. M.: *λαμπρὰ ἐσθὴς κάλλιον λέγειν ἢ λευκή.* Intrat *vero etiam Πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι*] *pauper* cujus esse solet *vestis sordida*, vestitus vilis 'nullo nitore ac splendore conspicuus quippe obsoletus ac detritus' (SCH.); 'veste nec nitidâ nec elegante, לְבוּשׁ בְּגָדִים צוֹאִים Zach. 3, 3 sq. Sic Cic. ex Caecil.: *saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia.* Virg.: *sordidus ex humeris nodo dependet amictus*' (GT).

3. Vos vero non dedignamini illum *Ἐπιβλέψαι*] *intueri* — cum voluptate, admiratione, reverentia; plane ut lat. *suspicere*, nostr. *ansehen, auf jem. sehen, achten*; cll. emphasi hebrr. רָאָה et שָׁעָה sq. בְּ et אֶל — *Τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τ. λαμπράν*] *quippe splendide vestitum* (*die wiederholte Bezeichnung ist e. Anzeige dass jene Hochachtung blos auf diesen äussern Nebenumständen der Kleidung beruhe* BMG.). Non dedignamini dicere: *Σὺ κάθου* [de formâ vd. WIN. Gr. 75.] *ὧδε καλῶς*] *sedeas hic bene* (cll. Aelian. VH. 2, 13. *ἐν καλῷ τοῦ θεάτρου ἐκάθητο* Socrates, 13, 22. *καλῶς ἐκάθισε* Ptolemaeus Homeri simulacrum) i. e. commodius et honoratius, quo diserte exprimitur quod oblique jam inest in mandato *sedendi* et quidem *propius*. STORR. ut sententiam suam: *sei so gut!* vbis inferret, reddidit *καλῶς benevole*, relinquens notionem *commodi et honorati* cogitando addendam; quod idem sensisse videtur HT.: 'In vcb. *καλῶς* non solum sedes commodior aut magis conspicua cogitanda est, quanquam haec quoque, sed vel maxime hominis divitem suspicientis oratio *κολακευτική*.' '*Ist es gefällig hier Platz zu nehmen?*' Pauperi contra: *Σὺ στῆθι ἐκεῖ*] *stes illic* loco remotiore; stare potissimum solebant juniores; seu: *Κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου*] *considas hic infra scabellum meum* i. e. humi, 'ad pedes meos, qui locus discentium' (GT.) Lc. 10, 39. Act. 22, 3. al. Utroque compellantur qui aliis cedere debeant. Minus commode unâ serie vba pronunciare consuevit; fingunt fere speciosam aliquam mitigationem (*soll einige Milderung des Vorhergehenden sein um den Schein einer Unpartheilichk. zu geben* BMG.; 'circumscripserim: *oder wenn du ja sitzen willst, so setze dich* ctt. PT.). *Ὑπό*] nec c. tribus Cdd. - Vss., ut SYR.[61]) utr. ERP., in hac re nihil decernunt - in *ἐπὶ* mutandum [HERD. SCH.] nec pro *ἐπὶ* accipiendum; omnino non tam de humili quadam sellulâ quam de ipsâ humo aut pavimento cogitandum (*weder auf noch unter dem Fussschemel, sondern un-*

61) Pro *ὑπὸ* ex aliquot Cdd. *ἐπὶ* textis inferri iussit nuper SCH., ad SYR. etiam auctoritatem provocans quippe qui ܩܕܡ interpretatus sit. Non repugno. Nam alibi *ὑπὸ* diligenter expressit noster syr. voce ܬܚܬ . . . Sed an *ἐπὶ* ad horum fidem intptum et Cdd. praeferendum sit, paululum dubito' (WIN. Obss. p. 10. ubi etiam notat SYR. *τὸ ὑποπόδ. μου* intptatum esse ܟܘܒܫܐ ܕܪܓܠܝܢ non quasi legerit *ὑποπ. τῶν ποδῶν* [quod n. l. exhibuit LACHM.] ut Act. 2, 35., sed quod istae voces non magis quam hebrr. הֲדֹם רַגְלַיִם a se invicem dirimi potuerint).

terhalb desselben auf dem Boden des Versammlungsortes. cll. Hom. Il. 4, 407. παυρότερον λαὸν ἀγαγόνθ' ὑπὸ τεῖχος Ἄρειον GBS.).

4. *Καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν;*|! Sententia satis certa ac firma: tum profecto, hac tali ratione divitem prae paupere suspicientes, magnopere vos peccatis judicando ac discernendo. Oratio vero non uno modo fluctuat, ambiguitate potissimum a vbo *διακριθῆναι* profectâ. 1) *Καὶ* fluctuat inter a) protasin continuandam, b) incipiendam arctissimo nexu apodosin, c) distinguendam eam in duas paris ponderis partes. Accedit quod ABC et 9 alii Cdd. multaeque Vss. et citationes omittunt, probantibus GBS° et LACHM., inclinante etj. Scho; rette post all. PT.: 'omissio vocis in Cdd. fortasse inde orta quod scribis hic sensu carere videretur, in Vss. vero, quod intptes eam h. nexu a linguae suae idiomate alienam deprehenderent'; quam eandem causam etiam criticos nonnunquam movisse, docet GBS¹: '*das zu Anfang v. V.* 4. *unverständlich stehende καί*'. 2) *Οὐ* (item temere a nonnullis omissum) ambigitur utrum a) *interrogative* [SYR. ER. BEZ. GT. ESCHM. WF. ROSENM. STZ. AGSTI PT. STORR. SCHOTT. HT. SCH. GBS. GRASH. SCHNK. all.] accipiendum sit, an b) *negative* [OEC. AR. LTH. CAPP. HAMM. WTST. ELSN. HEIS. ERNESTI CPZ. KNP. MR. JASP. all.]; illud certe praemissum *καὶ* non impedit, et quanquam in plerisque explicationibus res ad discrimen *rhetoricum* redit, ut np. concitatiore tantum oratione idem dicat, est tamen ubi interrogatio demum sententiae veritatem tuetur; accedit c) quod utrum *οὐ* ad *ἐγένεσθε* repetendum sit nec ne, disceptari potest. 3) Vbi *διακριθῆναι* fluctuat a) *forma gramm.* inter sensum activum et passivum, b) *notio; διακρίνειν* a significatu *decernendi* ac *discernendi* (prout *διὰ* magis ad subjectum an ad objecta referatur) trahit sensûs *explorandi et deliberandi, judicandi, dijudicandi et dirimendi, dubitandi* (q. d. in diversas partes judicare, deliberando distrahi), *dissidendi ac separandi* (cll. Diog. L.: *φιλίαν τε ἣ συγκρίνεται καὶ νεῖκος ᾧ διακρίνεται*). 4) *Ἐν ἑαυτοῖς in vobismet ipsis*, prout *διαλογισμοὶ* s. apponantur s. opponantur adeoque s. interni s. externi quid flagitent, vertetur a) *intra vos*, b) *inter vos*. 5) *Καὶ atque* potest traduci ad *atqui*. 6) *Κριταὶ judices*, praeterquam quod inter sensum *forensem* et *popularem* optio data est, s. erunt a) *qui approbent*, s. b) *qui improbent* – prout 7) *Διαλογισμοὶ πονηροὶ* Genitivo accipiuntur s. a) *objecti de quo* sententia feratur, s. b) *attributi secundum quod* judicetur.

Καί] commati praemissum *A*) Redundare iam dixit OEC. idem ad alterum etiam *καὶ* transferens. Postquam enim prius simpliciter dixit *παρέλκειν*, de altero plura facit vba: *ὁ, καὶ, σύνδεσμος παρέλκει ἐνταῦθα, ὡς εἴρηται, συνήθως ἀρχαΐζούσῃ φράσει. ἐπεὶ ἀποδόσεως οὔσης ἐνταῦθα τοῦ ἀνωτέρω εἰρημένου, περιττὸς ὁ σύνδεσμος. ἐστὶ γὰρ οὕτως· ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τ. συναγ. ὑμ. ἀνὴρ χρ. ἐν ἐσθ. λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ κ. πτωχ. ἐν ῥύπ. ἐσθῆτι, κ. ἐξῆς, οὐ διεκρίθ. ἐν ἑαυτ. κ. ἐγέν. κριταὶ διαλ. πονηρῶν, τουτέστι, τὸ διακριτικὸν ὑμῶν διαφθείραντες, γεγόνατε ἐν ἐκλογῇ τῶν πονηρῶν διαλογισμῶν, τὸν μὲν τιμήσαντες, τὸν δὲ ἀτιμάσαντες, καίτοι τῆς φύσεως τῆς αὐτῆς ἐνυπαρχούσης ἀμφοτέροις.* — quod rectius ad prius etiam revocavit posteriusque prorsus omisit THPH.. Descripserunt a) praeeunte iam OEC. *ἀποδοτικὸν* s. *illativum*, perspicuitatis causâ *ἀποδόσει* praemissum (= *tum* WF. all.), quod ap. Hebrr. et Hellenistas haud infrequens, in n. l. non cadit quippe perspicuitatem potius impediens; b) *interrogativum*, = *annon?* cll. הֲלֹא pro quo etiam לֹא et וְלֹא dicatur [CLER. ZACH. PT.]. Hi in tantum demum probandi, in quantum discrimen illarum vocum agnoscentes, *interrogationis vehementiam* exprimi censent atque ita a mera redundantia statuenda convertuntur ad: *B*) 'Particulae *καὶ* insignis quaedam est *δεινότης*, fervido Iac. ingenio perquam apta, ut in formula illa cum aliis scriptoribus, tum inprimis Platoni admodum frequenti *καὶ εἰπέ μοι*, quae etiam legitur Lc. 20, 3. Demosth. in Mid. p. 542. *ἀπειλήσας καὶ διαλοιδορηθεὶς ἀπελθὼν τί ποιεῖ; καὶ θεάσασθε τὴν κακοήθειαν. Videte mihi quaeso pravum hominis ingenium!* Itaque l. n. sic reddam: *Quid? vos sic agentes an non pro lubitu discrimen inducitis?* Idem Pauli fervor est 1 Cor. 5, 2. sic interrogantis: *καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ; καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε; Quid? vos ita estis inflati sapientiae opinione? Quid? non luxistis potius facinus nefandum?*' (HT.) add. 2 Cor. 2, 2. *εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;* — Nusquam vi suâ caret, quae a copulatione eâque fere arctiore proficiscitur; quae in apodoseos initio non male vertatur: '*hoc ipso* facto, *eben damit*. vd. HERM. ad Vig. p. 837' (SCH.); quae vero

in interrogationibus etiam obtinet, ut Lc. 10, 29. εἶπε· καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; Vd. WIN. *Gr.* 367. 491. Nostro vero l. *C*) **Particulae haec potius est vis, ut** *prius καὶ* **ad** *alterum* **relatum apodosin concinne et efficaciter** *distinguat*, **ut Latt.** *et – et* [HEIS. CARPZ. KNP.] **qualis ap. nostros v. c. 3, 6. Tit. 1, 15. Act. 23, 3. 1 Th. 2, 15. Io. 6, 36.**

Καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν] *atque evasistis ita aestimatores iniqui. Διαλογισμοί*] *ratiocinationes, cogitationes;* fere in mal. part. ut etiam hebrr. מַחְשָׁבוֹת et מְזִמּוֹת; attamen quum haecce qualitas primarium momentum faceret, diserte dici debebant *Πονηροί*] *pravae*, ut Mt. 15, 19. Ez. 38, 10. Harum cogitationum drr. *Κριταί*] *judices*, non qui jus dicunt in foro aut arbitros agunt, sed generatim *censores* aliorum atque *existimatores*, qui quovis modo de aliqua re statuunt, censent, iudicium ferunt (KNP. qui etj. exemplis firmavit p. 488). Genit. est **attributi**, ex notissimo Hebraeorum singulatim usu, nostro non minus quam nostris usitato. cll. 1, 18. 23. 25 ctt. c. Lc. 18, 6 (*κριτὴς ἀδικίας*) all.. **Sens.**: *facti estis* '*judices laevae mentis et sententiae, iniqui*' (SCH.), *ἄδικοι κριταὶ τῇ πονηρίᾳ ἐκ προσωποληψίας προσθέμενοι* (OEC.), '*κριταὶ οὐ καλῶς διαλογιζόμενοι παρ' ἑαυτοῖς*, iudices vel arbitri rationes male subducentes, dum sc. de personis non ex re atque veritate sed e specie iudicant taleque inter divites et pauperes nullâ cum ratione discrimen inducunt' (HT.). Qui Genit. **obiecti** malunt: cogitationes *de* quibus iudicetur, et vbr. ambiguitate et sententiae ambagibus premuntur. namque non solum definitio desideratur, utrum approbantis an improbantis sit illud iudicium, sed debebit etiam sensus eodem reduci; s. enim vertas: '*iniquas istas cogitationes approbastis*' (WTST. ELSN.], s. (negatione ex priore membro repetitâ): *non improbastis eas*, s. denique: *nonne* 'pro rationibus pravis et perniciosis' *agnovistis?* (BROCHMAND), haec manet sententia: *prave ratiocinati estis.*

Οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς] *A*) '*Nonne iudicati* estis *a vobismet ipsis quod evaseritis iudices pravi?*' (STORR.) s. si alterum *καὶ* ex hebr. ו *quod* reddere nolis: '*quaeso an non statim animus vester reclamat et condemnat tacite factum vestrum*, qui honorem, qui virtuti debebatur, per adulationem tribuatis auro et purpurae?' (ER.). Nec Aor. nec Pass. obsunt; verum 1) Praep. *διὰ* nulla est idonea causa; 2) torquentur et impedita sunt vv. extrema. *B*) *Nonne iudicastis, diiudicastis, deliberastis ipsi* ['*Ueberlegt ihr denn nicht bei euch selbst* (*wie Unrecht das sei*) *u. seid ihr nicht ungerechte Beurtheiler?*' AGSTI]? s. commodius fortasse: '*non deliberastis et cogitastis apud animum vestrum* ... annon pauper eodem iure sit quo sit dives ... *fuistis iudices male cogitantes*' (MR.; praeeunte Oec. [vd. supr.] CPZ. KNP; JASP. all.). Et **interne** non diiudicastis et **externe** idcirco secundum prava ratiocinia iudicastis. Eodem redit a) HAMMONDI: 'si ne expendere quidem dignemini causam sed instar corruptorum iudicum secundum divitem causam iudicetis, spreto paupere quaecunque eius sint rationes, ita ut propter hominem iudicium de causâ feratis, non de homine ex ipsâ causâ iudicetis'; b) ROSENM.: '*Urtheilt ihr da nicht blos nach eurer Willkühr u. macht ihr da nicht sogar sündl. Grundsätze zum Massstabe eures Urtheils?*' — Obiicitur potissimum Aor. 1 Pass. cuius significationem activam iam BÆZ. rarissimam pronunciavit. Videtur tamen in modo demum sententiae derivandae nec vero in sententiâ ipsâ peccari, siquidem fluctuationem Grammaticor. ('*dass der Aor. pass. auf ὴν od. ην in vielen Verben die Bedeutung des Medii überkommen habe*' BUTTM. *ausf. Sprachl.* I, 369; '*als Med. steht der Aor. Pass. vielleicht blos in ἐτμήθην* EUR. Troad. 484.' MATTHIÄ *ausf. Gramm.* II, 926) recte composuit WIN. *Gr.* 214: '*In solchen Verbis, deren reflexive Bedeutg der intransitiven gleich ist, wird die Form des Aor. pass. nicht die des Mediums gebraucht.*' cll. not. *): '*Die Aorr. med. solcher*

Verba werden gewöhnlich nur mit d. Acc. in d. §. 39, 2. *aufgestellten Reflexion gebraucht: so heisst ἐσώθην* me servavi (servatus sum), *dagegen sagt man ἐσωσάμην τὸ σῶμα* corpus meum (mihi) servavi.' Certe quo notiones *respondendi* (*ἀποκριθῆναι*) et *dubitandi* (*διακριθῆναι*), eodem etiam revocari potest notio *secum statuendi* ac *iudicandi*; quanquam a facilitate ac simplicitate non admodum commendetur haecce et notionis applicatio et nostri l. explicatio. — Praeverbii non minus quam formae gramm. difficultas evitatur C) '*Et diiudicati inter vos ipsos non estis et iudicastis secundum prava ratiocinia vestra*' (HEIS.), ut oppositionis momentum hoc sit: 'et passive et active calamitosi censendi estis, passive ob malum triste quod in pauperis personâ ipsi estis perpessi, active ob malum turpe quod iudicium ferendo secundum prava ratiocinia non minus vos iidem perpetrastis.' Paucis: 'geminum membrum ad geminum se recipit malum, tam triste quam turpe, quod utrumque ex iudicio illo profectum erat'; triste satis est discrimen quod per se est et fit pauperum divitumque, augetur vero et turpe evadit hoc malum, quod ipsi etiam, qui maximam partem pauperibus constant, hoc discrimen faciunt in re prorsus alienâ, adeoque rem illam tristem ac iniquam sibi ipsis acceptam referre debent. Comparatis potissimum vv. 5–7: 'Vah! (exclamat) quam praeceps, iniquum nulloque succinctum iudicio iudicium, ipsis iudicibus supra quam dici aut cogitari potest adversum!' Quod autem ad notionem *iudicandi* subsistat, sibi persuasum dicit eo, quod 1) 'solennis instar iudicii in publico coetu ab iis habitum erat qui publico quasi nomine ditiores honoratissimos, contemtissimos occupare locos pauperes iusserant'; quod 2) hac ipsa de causa, et annominatione ad vb. *διακριθῆναι*, aptissime *χρισταὶ* dicantur; quod denique 3) vv. 6. 8. 9. 12. 13. monstrent plurimam *iudicii* cogitationem inerrâsse scriptoris menti. — Verum quemadm. haecce omnia non cogunt certe, ita in oppositione passivi et activi sane haud parum probabili haecce commissa esset negligentia, ut vbis qualia scripta sunt haud facile adducaris ad oppositionem etiam ad vv. *ἐν ἑαυτοῖς* et *διαλογισμῶν πονηρῶν* extendendam; atque negligentiae adderes artificium, siquidem malles c. CAJETANO: 'haec faciendo non estis iudicati *in vobis ipsis* sed estis iudicati *in vestibus et divitiis et paupertate*' (non secundum ipsos sed secundum vestes et alia huiusmodi extrinseca). D) *Non* rite *discrevistis!* s.: *Nonne* temere *discrevistis?* Np. *apud vos*, quod fit interne et quidem mente, unde vv. *evasistis iudices male ratiocinati*, non solum interno iudicio addere possent externum, sed etiam errori mentis errorem animi: '*dann hättet ihr theils nicht (wohl, nicht nach gesundem Urtheil) unterschieden bei euch selbst, theils urtheiltet ihr auch nach schlechter Denkungsart (Fehler also des Verstandes u. d. Herzens)*', ut expressit GRASH. [BZ. ESCHM. WF. HT. ('*hiesse das nicht e. Unterschied machen, der durch keinen vernünft. Grund sich rechtfertigen lässt?*') STZ. WAHL]. Temeritatem discriminis, quam quippe primariam atque ex argumentatione apertam reliqui cogitando addendam reliquerunt, GT. vbis ipsis extorsit: 'Annon discrimen fecistis apud vos ipsos i. e. ex carnali affectu' [apud vos prave nimirum adeoque *σαρκικῶς* ratiocinantes cll. *συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς*, בִּלְבָבָם Ies. 5, 21 simm.] 'iudicatis secundum malas cogitationes: praefertis enim caduca duraturis.' — Offenderunt potissimum in activa signif. Aor. pass.. 'Cumulavimus (ait HEIS.) loca [p. 809–13] quibus *διακρίνεσθαι* est *discerni* et quae huic sunt gemina ... ut iis perlustratis pateat, vetustiores et tersiores auctores vix *passivam* vbi huius formam *activae* usurpasse. ecclesiastici scriptores tantum non soli consueverunt. neque ex ipso NTo hunc usum facile probaveris.' Quo provocant Bz. WF. HT. all. Iud. 22. *ἐλεεῖτε διακρινόμενοι*, si vel repudies et lectionem *ἐλέγχετε διακρινομένους* et HEIS. emphasin: *accurate dijudicantes, medium* certe esse potest. Quae vero GT. habet Act. 11, 2. 15, 9. multo minus huc pertinent. Sed difficultas evitatur h. r.: *Non* recte *discriminati ac discreti estis apud s. inter vos*, np. a vbis, ut illa sententia sensus demum sit. Ita certe, qui non tam mentis quam externam discriminationem tenuit, OEDER. (Synt. Obss. SS. p. 735): 'si maiore in ecclesiasticis honore affeceritis divites quam pauperes, dupliciter peccatis. primo *inter vos ipsos non estis discriminati* h. e. cessat piorum et impiorum differentia: nam pietatis impietatisve ratio in honoribus ignominiisve ecclesiasticis habenda fuit. deinde *cogitationum quoque iudices esse conamini*, quando ignominiis afficitis pauperem atque adeo impium eum declaratis esse.' — Item magis ad genus externum traduxerunt recentiores plures.. E) *Nonne inter vos ipsos estis discreti ac separati* — '*hättet ihr so nicht auch unter einander geschieden?*' (SCH. 'cum opor-

test fratres aequo et pari iure vivere, neque submissos et ablectos neque se efferentes.. in coetu sacro inter vos discrimen fecistis, vos a vobis discessistis in partes pro fortunarum conditione et modo'). 'Hac ratione inter vos schisma ortum est et facti estis iudices duarum partium; alii aliis exprobrant prava consilia' (SML.). Sim. quoad prius incisum c. GBS. GRASH.: '*trennet ihr euch dann nicht unter euch selbst (durch e. so thörichte Unterscheidung der Reichen u. Armen) u. urtheiltet nach e. schlechten Denkungsart (indem ihr ganz gegen Xsti Sinn blos auf das Aüssere sähet)?*' Praefert hic ideo potissimum, quod alteram (*D*) simul complectatur. Quod si tamen *ἐν ἑαυτοῖς* voluisset = *ἐν ἀλλήλοις inter vosmet ipsos esse*, vix apposuisset *διαλογισμοὺς πονηρούς*. *F*) *Non dubitastis apud animum*, ne subiit quidem 'haec cogitatio, id factum forte malum esse, sed certo apud vos statuistis id iure et bene fieri' (LCAPPELL. Spicil. nott. in NT. p. 129) — cuius inexcusabilis s. temeritatis s. perversitatis hoc fuit consequens: *pravam tulistis sententiam;* quo eodem redit: '*et sine ulla dubitatione apud animum vestrum statuistis et iniquas istas cogitationes approbastis*' (WTST. ELSN.), nec non SCHOTTI: '*nonne tum vobiscum* de hac agendi ratione *dubitastis et* ipsi *iudices fuistis* eiusmodi *cogitationum pravarum*' i. e. nonne damnastis eas ipsi? s. (ut expressit SML.) 'inter vos igitur nemo fuit qui se objiceret talibus pravis studiis, nec fuistis ipsi iudices et arbitri, censores, si qui tam pravis cogitationibus concederent? non debebatis expectare meam sententiam!' — In hac interrogatione prius *καὶ* transmissum est, absque interrogatione vero, ut: *Ne haesitastis quidem, nedum damnastis* — sententia vacillat; quid si tamen haesitaverant?; ut igitur utrumque vitetur, ita apodosis nostra erit disponenda: Et non dubitastis apud vosmet ipsos? Et facti estis iniqui iudices? *Solltet ihr nicht selbst Bedenken getragen haben? Solltet ihr wirklich böswillig gerichtet haben?* Ita 1) utrique *καὶ* sua manet vis; 2) in oppositione vv. *οὐ διεκρίθητε* et *ἐγένεσθε* pondus admodum aptum negationi tribuitur; 3) nervosus est posterioris incisi ordo: *evasistis iudices, cogitationibus* etiam iisque *pravis;* 4) vera ac nervosa tota sententia. Cumulum addit, quod sensus vbi formaeque servatur, qui non solum nostris est usitatissimus (R. 4, 20. *διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ*. Mc. 11, 23. *διακριθ. τῇ καρδίᾳ*. al.) sed apud nostrum etiam bis habetur (*διακρινόμενος*) 1, 6. cll. 3, 17 (*σοφία ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος*); quem sns. etj. a BRETSCHN. probatum iam SYR. praeivit (cuius vv. ܒܠܒܟ ܕܠܐ ܦܠܓ ܒܗ ܕܠܐ ܫܟ ܒܗ de *diviso* i. e. fluctuante *animo* esse accipienda, docet comparatio locorum ll.) et quem certe non valet evertere HEIS[1]: 'uno eodemque cp. 11. Act. *διακρίνεσθαι* v. 2. designat altercari, disceptare, et v. 12 dubitare; uno iterum eodemque cp. 1 Cor. 11. notat v. 29 discernere et v. 31. dijudicare [add. Iud. 9. 22]: quidni ergo diversis cpp. diversos indueret significatûs?' —

In alios nexûs se dedit PT.: '*Aber steht ihr denn so gar nicht bei euch an und beurtheilet andre* i. e. *dass od. wenn ihr andre nach so ungerechten Grundsätzen beurtheilet?*' Fingenti np. *καὶ* in v. 4. 'ex argumentis criticis haud rejiciendum', iis qui hunc v. apodosin arbitrantur obstare, 'hoc comma vel omnino non cum antecedd. iungendum videtur, ita ut post v. 3. apodosis quaedam... subintelligenda sit, vel si iungendum est, quod praefero, anacoluthon quod vocant e nimia protaseos longitudine s. ex animi ardore quo *προσωποληψίαν* hanc describens corripiebatur Iac. oriundum in verbis latere existimaverim; quam ob rem lineolam transversam more nostro in fine v. 3. posui.' — Alii v. 4. ad protasin rejecerunt 'quam v. 5 demum apodosis sequatur.' Ita HAMMOND. HOMBERG.

[in parergis p. 356; BMG.] HERD. MICH. (in *Vs. germ.*) alii. verumtamen quum vv. 2. 3. quinque Conjunctivi antecedant a voce ἐὰν pendentes, fieri non potest ut in continuata hac vbor. serie duo Indicatt. (*διεκρίθητε* et *ἐγένεσθε*) regantur ab unâ eâdemq. Conjunctione; ut alia taceamus quae huic intptationi repugnant, a CLER. iam occupata in Nott. ad HAMMONDI Paraphrasin. pari difficultate laborat explicatio ERNESTII [*N. th. Biblioth.* VII, 11.] hoc comma similiter ad protasin referentis, ita tamen ut in fine omissa putet vba: *κακῶς ποιεῖτε* quibus oppositum sit illud *καλῶς ποιεῖτε* extr. v. 8.: *Et re non satis cogitatâ atque expensâ temere iudicaretis de hominibus, divitem pauperi praeferendo: valde peccaretis*' (KNP.).

— *Συναγωγήν*] *Conventum* — non *coetum* ipsum sed *locum* congregationis cogitari debere, docet quod 'supporit distincta fuisse subsellia alia aliis digniora et honestiora' (VITRINGA); nec impedit quod 'nondum putes esse evictum, Xtianis Iac. aetate aedibus sacro cultui destinatis uti licuisse, sed nunc heic nunc alibi prouti occasio ferebat convenisse' (WP.); namque si vel *domum xtianam* velis cogitare, non opus est singulari aedificio singularive conclavi in hunc usum ordinato, quum subsellia certe subselliorumque discrimina etiam inter privatos parietes facile locum habuerint. Nihil decernit 1) quod 'vcblo *συναγωγῆς* LXX Hebrr. עֵדָה et קָהָל creberrime expresserunt, (etsi קהל saepe etiam *ἐκκλησίαν* vertant), ap. Rabb. autem et Chaldd. modo קהל et קהלא ei respondent, modo כְּנֶסֶת, כְּנִסָה vel כְּנִישָׁה' (KNP.); 2) quod teste Phil. Essenorum *ἱεροὶ τοποι* in quibus *καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν ἀπὸ πρεσβυτέρους νέοι καθέζονται*, item *καλοῦνται συναγωγαί*. Nec 'synagogam fortasse potius locum, ecclesiam coetum fidelium' significare, inde sequitur quod 'certe *ἐκκλησία* קָהָל concio e. c. populi israel. Deut. 18, 16. civilis aut saera prorsus est aliud quam synagoga loci cuiusdam' (SCH.). Recte notavit KNP. haec omnia nomina (ut fere *concionis* vcblum ap. Latt.) de omni *hominum coetu* et *conventu*, tum *civili* tum *sacro* inprimis, dici; item de *locis* et *aedibus* (בֵּית הַכְּנֶסֶת) ubi conventus habentur, ac de ipso *populo* qui ibi congregatur; potuisse igitur hanc gr. vocem, ut complures eius generis alias, in usum xtianum traduci, quemadm. certe *ἡ ἐπισυναγωγὴ* Hebr. 10, 25. habeatur de *Xtianorum consessu* quem iam tum *ἔθος τισὶν* fuerit *ἐγκαταλείπειν*. Add. GT. qui ad Mt. 16, 18. et Act. 15, 21. monstravit et *ἐκκλ.* de Judd. legi et *συναγγ.* de Xtt. (ut Theoph. Ant. *συναγωγαὶ αἱ καλούμεναι ἐκκλησίαι*). — Malim tamen de *synagoga judaica* cogitari. Vd. Prolegg. — — Qui vero [HAMMOND. HERD. STORR. all.] synagogam volunt non tam Dei colendi quam controversiarum inter Xtianos exortarum dirimendi causâ convocatam – judicialem quasi congregationem, *e. gerichtl. Versammlung der Gemeinde u. ihrer Aeltesten, e. Art von Friedensrichtern* – ii 1) non satis tuto nituntur *προσωπολημψίᾳ, ὑποποδίῳ, κριταῖς, κριτηρίοις* vv. 1. 3. 4. 6; 2) contortius *εἰσελθεῖν* restringunt: *'vernommen u. beurtheilt zu werden, Rede u. Antwort zu geben'* (BMG.); 3) se iugulant ipsos argumento suo: *weil d. Xten damals noch keine besondern Versammlgshäuser gehabt* (ID.). Igitur vix opus fuerit c. PTO oggerere: 'quamvis iudicia civilia Romanorum indulgentiâ salva manserint Iudaeis poenasque leviores a reis sumere in Synagogis ipsis licuerit (Mt. 10, 17...): eandem tamen potestatem Xtianis etiam, et praecipue iis qui ex ethnicis collecti erant, factam esse, ex 1 Cor. 6, 1 sqq. ubi de solis arbitris, qui inter fratres et fratres iudicare possint, sermo est, vix certo colligi potest.' Ne hoc quidem c. KNP dici poterit, 'certam a nostro significationem non dari, ex qua appareat, eum de *uno* conventuum genere nominatim ita dicere ut ceteros omnes exceptos velit'; namque si vel 'pernicioso huic partium favori, qui hic reprehenditur, in compluribus Xtianorum conventibus ... locus erat', nimis tamen apertus arctusque est respectus ad disputationem de *genuino Dei cultu* 1, 26 sq.

Προσωπολημψία a Iac. castigata nec 1) ad diaconos presbyterosve eius reos, nec 2) ad exteros hospitesque eam passos est restringenda. 'Non pertinent ad populum, ad omnes Xtianos, sed ad ministros sacros, ad diaconos, presbyteros; horum enim fuit videre, ut omnia *εὐσχημόνως* et *κατὰ τάξιν* fierent. reprehenditur illa nimia sedulitas, quae nimiam diligentiam prae se fert huic serviendi, neglecto isto egeno' (SML. praeeunte GT. secutis PT. HT. SCH.); nituntur potissimum Constitutt. app. 2, 56–58.[62]) Verum 'adultiores, seiunctis

62) *'Iuniores seorsum sedeant si locus sit, alioquin stent recti, aetate vero provectiores sedeant ἐν τάξει. Sed τὰ παιδία ἑστῶτα patres eorum aut matres*

tantum virorum mulierumque sedibus, eo ordine quo quisque ad conventum accessit videntur consedisse certe de sedilibus, subselliis, foris unicuique pro dignitate divisis, itemque de diaconis et ὑπηρέταις qui venientibus loca assignarent, nihil quod ecclesiasticis legibus sanctum esset ex prisca antiquitate xt. compertum habemus. quae enim Constt. app. de his rebus exponunt ... ea partim incerta sunt ac dubia, partim aperte recentioris instituti atque ab illius aetatis simplicitate aliena' [nostri l. ad serioris temporis morem mera applicatio]. 'imo ad xtt. conventus, quales tempore App. agebantur, ne ea quidem transferre omnino ausim quae et Phil. de Therapeutarum conventibus, et recentiores Rabb. de judd. synagogis memoriae prodiderunt (vdd. *J. Buxtorf de Synagg. Judd.*; *Campeg. Vitringa de Synag. Judd. vetere*); tametsi ex iis quae v. 3 subiunguntur, colligi potest, inter Xtt. quoque iam tum fuisse qui in conventibus πρωτοκαθεδρίας affectarent, quas Pharisaeos Xti aetate in Judd. synagogis cupide occupasse scimus. Mt. 23, 6. Lc. 20, 46. quod quum pessimi exempli esset, hoc magis erat providendum, ne in Xtt. synagogis ead. consuetudo invaleseret' (Knp.). Itaque si vel nolis c. Gbs. urgere, quod a diaconis certe, primis singulatim temporibus *aegrotorum pauperumque curatoribus*, vix expectari potuerit eiusmodi iniquitas: hisce tamen lubenter subscripseris: '*Die Einfachh. des Cultus in der frühsten apost. Kirche lässt uns so etwas kaum erwarten; es setzte sich da wohl in der Regel e. Jeder dahin, wo er wenn er eintrat eben e. Platz fand; u. wenn man dabei, wie es Jac. eben tadelt, e. Unterschied machte, so gehörte das zu den Ausnahmen u. Unzweckmässigkeiten... Wir nehmen daher an, dass sich diese Ermahng auf d. ganze Gemeinde beziehe, e. allgemeine sei, wie denn auch die ganze folg. Stelle alles im Allgem. fasst. Wenn e. Reicher kommt, will Jac. sagen, so blickt ihr alle auf ihn, nöthigt ihn schmeichelnd, sich .. zu setzen, den Armen aber bemerkt ihr kaum, ihn lasset ihr stehen oder weiset ihm höchstens e. unbequemen nur beschämenden Sitz an*'. — Ita etiam causa concidit, cur ingressi illi s. exteri, ἄπιστοι [Benson. Sml. Pt.] s. hospites (ξένοι 3 Io. 5.) cogitari debeant nec vero domestici eidem coetui adscripti [Mich. Knp. Agsti Stz. Gbs.], quod np. 'Xtiani ipsi subsellia τῇ ἡλικίᾳ vel τάξει suae destinata haud dubie iam noverint' (Pt.). Non absque re Stz.: *Diese Meinung (dass es Xsten waren, entw. Mitglieder derselben Gemeinde od. fremde Brüder) siehe ich um des Folg. willen vor. es bleibt indessen immer wenigstens an sich e. gute Bemerkung, dass es auch oft Nichtxsten gegeben habe möge, die noch bei sich selbst ungewiss waren, u. die deswegen etwa einmal in die xtl. Zusammenkünfte kamen, um zu sehen ob es ihnen darin gefiele, dass nun aber diese Xsten gegen reiche Ankömmlinge dieser Art, um sie zu gewinnen, sich äusserst zuvorkommend u. höflich, gegen arme hingegen, bei deren Uebertritt zu d. Gemeinde sie an Ansehen nichts gewinnen konnten, auffallend achtglos betragen haben dürften. Dies mag wohl manchmal d. Fall gewesen sein, wenn auch nicht eben diese Verse davon reden.* Add. haec Knp[1]: 'Nec desunt vel in ipsis aliarum ecclesiar. primordiis similia exempla cupiditatis et contemtionis pauperum ab App. aliquoties notata et graviter reprehensa. sic eo in coetu qui Corinthi florebat, in quo P. negat esse πολλοὺς δυνατοὺς, πολλοὺς εὐγενεῖς (1

---

secum habeant; porro adolescentulae sint seorsum si locus fuerit, sin secus, statuantur pone mulieres — virgines, viduae, anus. — Diaconus stet locis provisurus, ut unusquisque ingredientium locum proprium occupet nec in introitu consideant.' '*Quodsi cum sedetur, vir quispiam supervenerit honestus et ἔνδοξος s. alterius s. eiusdem regionis: tu, episcope, dum de Deo sermonem habes ad plebem, aut dum audis eum qui psallit vel legit, ne per acceptionem personae relinquas ubi ministerium, ut illi locum inter primas sedes constituas, verum quietus mane nec interrumpe sermonem tuum vel auditionem. Fratres vero eum per diaconos recipiant, atque si locus desit, diaconus omnium iuniorem prudenter non autem praefracte loco movens, honoratum illum sedere faciat, cui aequum est ut alter fraternae caritatis studiosus cedat sponte. Quod si renuerit, vi motum post omnes colloca, quo etiam ceteri discant honoratioribus concedere. Cum autem pauper vel ignobilis vel peregrinus isque senex aut iuvenis intervenerit sedibus occupatis, iis quoque diaconus ex toto corde locum faciat, ut non gratificatio eius homines spectet sed Deo acceptum fiat ministerium eius.*' Vd. Cotelerii Patres app. I, 266 sq. Add. Tertull. in Apologet.: '*Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio sed testimonio adepti. Sic inter foeminas primus locus viduis uniuiris, proximus virginibus, deinde matronis.*'

Cor. 1, 26), fuerunt qui in Agapis (pauperum maxime causâ institutis) pauperum nullam rationem haberent; qui ipsi quidem opipare et laute epulantes, pauperibus tamen nihil impertirent, imo eos esurientes dimitterent. 1 Cor. 11, 20-22. 33. 34. cf. etj. Act. 6, 1 sq.'

In quantum ipsi intptes extiterint *κριταὶ διαλογισμῶν* certe inanium, his disce exemplis. 1) Externi cum 'non essent *fide divites* (v. 5) *Xtique causâ suscipiendi*, non facile rectius tractari poterant quam pro eo loco quem quisque in civitate tenere consuevit. hac autem ratione primas honoratiori dare licebat sine *προσωπολημψίας* crimine' (STORR. haud improbante adeo KNP.). 2) Iac. sibi finxisse videtur *πτωχὸν* 'ut virum bonum notitiae cultûs xtiani consequendae causâ Synagogam ingressum', divitem vero venientem 'non ut discat sed ut cultus externi splendore conspiciendus sit et Xtt. illudendorum materiam colligat. v. 6. 7.' (PT.). 3) Sunt *διαλογισμῶν* quinque potissimum signiff. quae s. ad varios s. ad unos eosdemque in illis coetibus iudices referri possunt; 'ita ut (1) levis ipsis de discrimine inter divitem et pauperem faciendo inciderit cogitatio; (2) ea subinde recurrerit et creverit variis adiuta firmataque carnalibus ratiociniis; (3) dubia dein surrexerint multiplicia quae iudicium eiusque executionem aliquantisper sufflaminârint; (4) illa sensim dubia *διαλογισμοῖς*, ratiociniis *πονηροτέροις* sublata sint et constitutum sederit animis, divitem praeponere (opinatis nimirum non magnopere interesse rei xt. si illam qualemcunque praerogativam divitibus concederent); (5) denique, abiecto pudore, mentis suae sensa publice in coetu proposuerint et, habitâ inter se cumque aliis disceptatione, pro divite sententiam tulerint' (HEIS.).

— Add. Cic. Off. 2, 20. *Cum in hominibus iuvandis aut mores spectari aut fortuna soleat: dictu quidem est proclive itaque vulgo loquuntur, se in beneficiis collocandis mores hominum non fortunam sequi. honesta oratio est. sed quis est tandem qui inopis et optimi viri causae non anteponat in operâ dandâ gratiam fortunati et potentis? a quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. sed animadvertendum est diligentius, quae natura rerum sit. nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest.... Ille tenuis, cum quidquid factum sit, se spectatum non fortunam putet, non modo illi qui est meritus, sed etiam illis a quibus expectat; eget enim multis; gratum se videri studet.... Corrupti mores depravatique sunt admiratione divitiarum, quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrûm pertinet? Illum fortasse adiuvat qui habet; ne id quidem semper; sed fac iuvare: utentior sane sit, honestior vero quomodo? Quod si etiam bonus erit vir, ne impediant divitiae quo minus iuvetur .. sitque omne iudicium, non quam locuples sed qualis quisque sit.*

5-7. *Audite* modo, *fratres mei dilecti*, quod res ipsa clamitat esse verissimum. Primum perpendite religionis xt. originem. *Nonne* ipse *Deus pauperes* potissimum huius *mundi sibi elegit, qui divites* essent *fide* ac virtute xt. ideoque *participes* fierent ornamentorum *regni* messiani, *quod haereditatis* quasi iure a Deo patre accipiendum, ipse liberalissime *promisit* omnibus *qui* sincere efficaciterque *ipsum amarent? Vos vero* contrariam rationem secuti *dehonestastis* ac contemtim habuistis *pauperem!* Deinde eorum considerate mores. *Nonne divites* potissimum *tyrannidem exercent adversus vos* iidemque *rapiunt vos ad* paganorum *tribunalia? Nonne* igitur *iidem diffamant* actione suâ *bonum* et praeclarum Xti *nomen, de quo vos denominati estis?*

Rei iniquitatem indignitatemque quo altius animis infigeret, 'Iac. iudicium eorum quos vv. 1-4. corripuerat, *διαλογισμῶν πονηρῶν* convincit' (SCH.) — a) impietatis, b) stultitiae. Facit 1) arcte nectens praemissâ incitatione ad *audiendum*, quod primum profecto officium est *iudicis aequi* (v. 4); 2) benevole modesteque castigationem suam insinuans *ἀδελφῶν ἀγαπητῶν* compellatione; 3) pondus addens *interrogando* (*die Unleugbark. anzuzeigen, ja die Leser selbst*

zu eignem Nachdenken u. Antworten zu nöthigen BMG.). *'Von d. Wichtigk. d. Gegenstandes u. von Unwillen üb. d. Partheilichk. ergriffen, wirft er die Gründe nur in Fragen hin u. überlässt dem Lesern die Anwendung. Sehr schön überführt er sie ab. der Thorheit ihrer Partheilichk. zuerst dadurch, dass er sie daran erinnert dass die Armen, die v. ihnen so verachtet u. herabgewürdigt würden, sich des augenscheinl. göttl. Wohlwollens erfreuten; denn Gott habe sie vornämlich der Theilnahme an den Segnungen des Chth., die die Reichen grösstentheils verschmäht hätten, gewürdigt; und dass sie demnach nothw. Weise, indem sie anders als Gott handelten, sündlich handeln müssten'* (GBS.). *'Das erste Stück handelt v. d. Unterschiede des göttl. u. dieses beschriebenen Verhaltens ... das zweite .. wird v. dem übl. Verhalten der Reichen hergenommen, die so partheüschen Vorzug nicht verdienten, ja deren Verhalten dergl. nicht erforderte u. verstattete'* (BMG).

5. *Οὐχ ὁ θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχούς κτλ.*] ***elegit sibi*** **proprios, secrevit familiaeque suae adscivit per Xtum — non tam animo (solos pauperes reliquis repudiatis complectente) quam facto[63]). 'Quod enim et natura rerum fert et fatorum ordo, non autem consiliis hominum operibusque debetur, hoc omne ac totum Deo est unice tribuendum. iam vero non *divites* i. e. *οἱ πεποιθότες ἐπὶ τοῖς χρήμασι* (Mc. 10, 24. cll. 23. 25. Mt. 19, 23) sed *quos nulla divitiarum cura nullumque studium habendi morabatur et impediebat,* homines tenuitate sua contenti, non fortunarum cupidi sed animi bonorum verorum coelestiumque appetentes, quorum non intererat praesentem temporum morumque statum perversum rerumque et publicarum et sacrarum conditionem corruptam manere — eiusmodi *pauperes* praeter alios *cum idonei tum promti paratique* erant ad Ev. amplectendum Xtique disciplinam recipiendam. hos igitur praecipue sapientia Dei delegisse videbatur'** (SCH.) — **imo revera delegit. Primi enim et potissimi civitate xt. potiti sunt, sane per Apostolos Xtumque [GBS.], verum non humanae deliberationis praesidio, Apostolis certe aliter, si datum fuisset, facturis (cll. Mt. 19, 24 sq.: - in tanta divites traducendi difficultate - *τίς δύναται σωθῆναι;*), sed necessitate sapienter moderatâ. Ea, adjuta quidem eo, quod pauperes**

---

63) *Ἐκλέγειν* ut Hebrr. בחר dr, 'inprimis de consilio Dei benignissimo, quo ille sibi quempiam in peculium quasi adsciscit vel populo suo adscribendum curat. Fundamentum totius loci de electione est Deut. 14, 1. 2: *Υἱοί ἐστε κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν ... λαὸς ἅγιος εἶ κυρίῳ τῷ θεῷ σου καὶ σε ἐξελέξατο κύριος ὁ θεός σου γενέσθαι σε λαὸν αὐτῷ περιούσιον* (ובך בחר יי להיות לו לעם סגלה) *ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν τῶν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς·* pro quo 4, 20. haec leguntur: *Ὑμᾶς ἔλαβεν* (לקח) *ὁ θεός.* Iam sicuti *ἐκλέγεσθαι, ἐκλογή, ἐκλεκτοί* sub vetere disciplinâ propria eorum vocabula erant, quibus contigit esse ex caro Dei populo (cf. R. 11.), ita sub initium novae, ipso auctore Xto (*ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου* Io. 15, 19. cll. 16. et 6, 70. 13, 18 ctt.), eadem transferri ad eos ceperunt qui, ut beneficiis cultorum Xti perfrui queant, in societatem Xtianor. cooptantur. Eph. 1, 4. 1 Cor. 1, 27. 1 Th. 1, 4. 2 Ptr. 1, 10' (KNP.). — Qui vero e significatu *deligendi* facile oritur sensus *diligendi amandique* ['delectum habere, anteferre, eximium ducere, magni facere'; cll. בחר et חפץ ב sq. et Mt. 27, 43. cll. Lc. 23, 35], is caute est attribuendus [MR. HT. JASP.] utne ad imitationem opinionis Iudaeorum notissimae in Deum conjecta videatur contrariae *προσωποληψίας* suspicio. Vd. ad R. 9-11.

'ex omni status mutatione meliorem sperant fortunam' (HT.), hunc habuit cardinem quod opulenta et erudita hominum pars impar fuisset novae doctrinae populo populisque insinuandae[64]). *Ναὶ, ὁ πατὴρ* (ait Xtus Mt. 11, 25 sq.) *ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου!*[65]) *Τοὺς πτωχούς*] *'ipsos pauperes, gerade die Armen'* (PT.) — *Τοῦ κόσμου*] - 'subticetur *τούτου*, quod multi Cdd. et Vss. addidere. = *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι* [בְּעוֹלָם הַזֶּה] 1 Tm. 6, 17' (SCH.); LACHM.: *τῷ κόσμῳ* - nec *A*) Pleonasm. ex Hebraismo: *'die gegenwärtig Armen od. blos: die Armen'* (AGSTI); nec *B*) *Mundanarum rerum egeni* [PT. JASP. HT. WIN. (p. 158: *in ihrer Stellung zum κόσμος arm, arm an irdischen Gütern*) GBS. GRASH.]; sed *C*) *Pauperes iudicio vulgi* [GT. KNP. SCH.]. Certe nec ll. 1 Cor. 7, 31. Mt. 16, 26. nec oppositio *πλουσίων ἐν πίστει* - singulatim in formulâ per se non adm. commodâ - tantum valent quantum l. p. 1 Cor. 1, 27 sq. *τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεός ... τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμ. .. τὰ ἀγενῆ τοῦ κ. καὶ τὰ ἐξουθενημένα·* cll. 20 - 22. 25. ubi ex opp. *σοφίας θεοῦ* appellata *σοφία τοῦ κόσμου* dr. *Ἰουδαίων* et *Ἑλλήνων*, uno vbo: *τῶν ἀνθρώπων*. qui l. etiam satis refutat SCHÖTGENII: 'pauperes ex Judd. עניי של עולם הזה h. e. qui sub oeconomia VTi constituti erant'. Np. 'ut Ev. Iesu Xti sapientissima est doctrina quae ipsum Deum auctorem habet, sic *ὁ πιστεύων εἰς Χρ.* est *σοφὸς, εὐγενὴς, βασιλεὺς, πλούσιος ἐνώπιον τ. θεοῦ·* etsi *ὁ κόσμος* id longe aliter esse iudicet. is enim potentiâ, opibus ceterisque rebus externis omnia metiens, vera et coelestia bona nec possidet nec expetenda ducit' (KNP.). *Πλουσίους ἐν πίστει κ. κληρονόμους βασιλείας*] sc. s. *ὄντας* s. *ἐσομένους* — *A*) *Quippe divites eoque ipso haeredes* [VULG. ER. LTH. BMG. SML. SCHOTT HT. GBS. GRASH.]; non decernit BMG[1]: *es würde das Vorhergeh. nicht genug eingeschränkt, weil nicht alle Arme dieser Welt dazu erwählt od. dieser Verändrg fähig sind*; per totum l. *κατὰ τὸ πολὺ* loquitur; nec magis GBS[1]: *'wenn er hätte sagen wollen: damit sie reich würden durch d. Glauben: so seigte ja das an, dass sie ihn noch gar nicht gehabt hätten, u. dann hätten sie ja vor den Reichen sich durch nichts ausgezeichnet'*; praeterquam quod premi posset, quod *ditescerent* fide, constat NTum omni merito arbitrioque humano excluso ad divinum arbitrium nos omnes ac totos ablegare [vd. ad R. 9, 11] certeque pauperum paganorumque ad sacra xtt. tum traductorum haud paucos scelestiores fuisse multis divitibus Judaeisque, beneficio demum divinae electionis fidem virtutemque nactos, facilius sane illis fide ac virtute suâ magis impeditis quam adiutis [R. 9, 30 sq.]; nec *'exigit oppositionis ratio'* (HT); ea salva, quid quod efficacior est, siquidem *divitiis mundanis destituti* donati drr. *internis aeternisque divitiis*; — contra apparet, et nondum electos nil fuisse nisi illarum divitiarum haereditatisque capaces, et recens electos nil habuisse nisi fidei felicitatisque xt. primordia ac primitias: itaque electi certe dici deberent, non quia *essent*, sed quia *forent* divites haeredesque ('praesentium quidem rerum inopiâ tenues sed *expectatione* regni coelestis et haereditatis aeternae divites ac

64) Quod profecto pluris est quam 'ne quis diceret, per divitum et nobilium Xtianor. opes insignem auctoritatem et generosam stirpem xt. religionis esse propagatam' (JASP. c. GÖPFERTO: *'Das that Gott deswegen, damit die Reichen nicht denken sollten, Gott habe sie ihres Reichth. wegen gewürdigt Theilnehmer der xtl. Rel. zu sein, sond. dass man sehen möchte, es wäre e. Universalrelig., der Arme so gut als der R. sollte durch sie beglückt werden'*). 65) Haud incommode OEC. [et THPH.]: *Ἐπειδὴ ἡ πενία δυσχερής ἐστι τοῖς πολλοῖς καὶ μόνον ἀκουσθῆναι, διὰ τοῦτο εἰπὼν τοὺς πτωχοὺς τ. κόσμου, εὐθέως ἐπήγαγε πλουσίους· περὶ τί δὲ πλουσίους; περὶ τὴν πίστιν κ. ἐν τῇ πίστει· καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· τὸ γὰρ περὶ τὸν κόσμον ἀπερίσπαστον τῶν πενήτων ἐνεργοτέρους αὐτοὺς κ. πρακτικωτέρους τῶν πλουτούντων, ἐπειδὰν προσέλθωσι τῇ πίστει, ποιεῖ. διὸ καὶ ὁ κύριος τοιούτους τ. μαθητὰς ἐπελέξατο, οὓς κ. κληρονόμους τῆς βασιλ. ἀνέδειξεν.*

potentes, nimirum *freti* eo qui promisit' ctt. Er.; 'pauperes sunt isto in statu externo sed et divites *sunt* animi *novis* opibus et studiis: eorum *iam est* illud regnum coeleste Mt. 5, 3.' Sml.). *B*) Non omnes sed *abundantes fide*, quales plures semper reperti sunt in pauperum quam in divitum grege, *ut essent haeredes* [Gt. praeeunte Syr.]. Obest copula. *C*) *Ut essent divites eoque ipso haeredes* [εἰς τὸ εἶναι s. γενέσθαι πλουσίους κλ. Bz. Alberti Wf. Mr. Knp. Storr Pt. ('*quo divitiores s. beatiores evadant per relig. xt. s. ut religio instar divitiarum illis sit*'). Aqsti Jasp. Sch. van Hengel (Annotat. in ll. nonnulla NTi; Amst. 1824; p. 221) Schnk.]. Haec enim fuit ista electio, quod divites haeredesque *extiterunt;* cll. Deut. l. in not. 63. c. Eph. 1, 4. Iac. 1, 18; dicendum potissimum erat, *in quem finem* electi sint ('*zu Glaubensreichen u. zu Besitzern des Königthums*' Sch.), nec vero *cur* eà electione digni habiti; nec dixeris *eine ungewöhnl. Wortfügg* (Bmg.): cll. 2 Cor. 3, 6. ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης. Πλούσιοι ἐν πίστει] *abundantes, largiter instructi fiducid* xt.; alibi πλήρεις πίστεως (ut Act. 6, 3 sqq.) h. l. ob anteced. πτωχοὺς dicti sunt πλούσιοι ex notissima comparatione disciplinae praemiorumque Xti c. thesauro quo tum hac in vita, tum in futura perfruantur Mt. 6, 19 sqq. 1 Tm. 6, 17. 2 Cor. 4, 7. 6, 10. Ap. 2, 9. 3, 17. cll. quod [notante Wtst.] Rabb. *divites in lege* dicunt legum apprime gnaros et vicissim (Knp.); add. Lc. 12, 21 ubi opp. θησαυρίζειν ἑαυτῷ et εἰς θεὸν πλουτεῖν· et 2 Cor. 8, 9. ubi Xtus dr. πτωχεῦσαι πλούσιος ὢν ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν. — Utrum vertas: *reich am Gl.* (ut ὁ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει Eph. 2, 4) [c. plerisque praeeunte Lth.], an: *in u. durch d. Gl.* (Bmg. *so dass sie die künft. Güter nur im Gl. geniessen, ja durch solchen Gl. derselben immer fähiger werden*): non adm. differt; apparet enim *in fide demum et per fidem* posse quem ditescere *fide.* Κληρόνομοι] *participes* filiorum iure, quales fiunt per Xtum intercedente fide. Βασίλεια τῆς ἐπηγγ. κλ.] = στέφανος τῆς ζωῆς ἣν ἐπηγγ. κλ. 1, 12. add. Ex. 20, 6. ἐγώ εἰμι θεὸς ... ποιῶν ἔλεος ... τοῖς ἀγαπῶσί με κ. τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου· et Io. 14, 23 sq. ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει κλ. De formulis ipsis vd. ad Mt. 3, 2. 5, 5.

6. Ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν;|! Nervus inest in opp. ὁ θεός - ὑμεῖς δέ ('*auch ihr die ihr wisset wie Gott handelt, es wenigstens wissen solltet, lasset euch gelüsten so zu handeln*' Bmg.). Intendunt 1) diserta et affirmans pronunciatio. cll. 1 Cor. 6, 8; interrogationis continuatione [Castellio Pt. Vat.] idonea vis demum accederet repetito *οὐχ: vos vero nonne-?;* 2) Aor. Ἠτιμάσατε] *contumeliose, despicatui habuistis* illâ ipsâ agendi ratione; quominus vertas: *contemnere soletis*, Aor. sumto 'pro quovis tempore' (Gt. Sml. Ht. Sch.), impedit sententiae vis et oratio omnibus suis vbis (διεκρίθητε, ἐγένεσθε, ἐπηγγείλατο, καταδυναστεύουσι ctt.) ad certum tempus relata; 3) Sing. Τὸν πτωχόν] non tam *pauperem illum* (Sch.) quam: *den Armen als solchen*, si vel nolis c. Bmg. statuere, indicari h. modo *dass dergl. gemeinigl. gegen einzelne Personen geübt werde, bei e. jeden aber strafbar sei.* Sns.: 'Vos autem pauperem diviti posthabentes, contumeliâ affecistis eum quem ipse *Deus* summo honore dignum iudicavit. O rem indignam et Xtianis indecoram! Atque haec dicens admonitos vult lectores sententia-

rum VTi, de pauperibus non despiciendis, quales in Sal. maxime Prov. inveniuntur, veluti 14, 21. 31. 17, 5. 22, 22. 23. *Ὁ ἀτιμάζων πένητας ἁμαρτάνει, ἐλεῶν δὲ πτωχοὺς μακαριστός. — μὴ ἀτιμάσῃς ἀσθενῆ . . ὁ γὰρ κύριος κρινεῖ αὐτοῦ τὴν κρίσιν* etc.' cll. 1 Cor. 11, 22. *ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε κ. καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας;* (KNP.).

Denuo insistit interrógando, argumentum petens e divitum erga Xtt. moribus. 'Ostendit .. omni quoque iudicio carere qui suos carnifices tanto in pretio habeant, ut prae iis pauperes pios etiam despiciant' (Bz). *Nonne divites* quos tanti facitis *Καταδυναστεύουσιν ὑμῶν*] *dominantur adversus vos?* i. e. *tyrannidem occupant, vos opprimunt*, durius severiusque tractando. Habetur etiam Act. 19, 38 (de diabolo morborum auctore) nec quid verae lucis accipit ex comparatione hebr. עָשַׁק et הֶעֱבִיד quibus ap. LXX nonnunquam respondet. Momentum facit Praep.; *die Zusammensetzg mit κατὰ* (*σόν, e. hohen Grad als Misbrauch bedeutend*) *zeiget an dass solches nun Nachtheil eines andern durch Misbrauch geschehe* (Bmg.) = *καταχυριεύειν, κατεξουσιάζειν* Mt. 20, 25; HBS.: *βιάζειν*. — *Nonne adeo hi ipsi homines vos ad tribunalia rapiunt? Αὐτοί*] *gerade sie.* *Ἕλκειν*] = *σύρειν* Act. 8, 3; *κρατήσαντα πνίγειν* Mt. 18, 28. *Κριτήριον*] *iudicium*, de *causâ* (= *δίκη*) 1 Cor. 6, 2. 4; h. l. = *δικαστήριον*· vcb. simpliciter positum poscit *tribunalia*, qualia tum valebant, itaque *paganorum*.

'Videte, inquit, qui fastus, quae insolentia divitias plerumque comitari, solet, quo eas minoris facistis. . . Divitum mos est imperiose agere adversum pauperes, operam eorum parvi ducere, denique *Libertas pauperis haec est: Contusus, rogat et pugnis concisus adorat.* *Ὕβριν τοι τίκτει πλοῦτος* ait Eurip. Cf. Ps. 10, 2. 8. 9. Est et in hanc rem egregius l. in Aulul. Plaut. 2, 2. . . Est etiam in re aequâ durum in iudicio certamen pauperi c. divite: non modo quia saepe iudices ob gratiam adduat diviti, verum etiam quia et sumtus litis et temporis quod in eam impenditur, gravat pauperem. itaque per contemtum solet dici, *age lege*, ut Donat. notavit. Agit autem de divitibus in genere, non speciatim de iis qui frequentabant ecclesiam. Exemplum habes Act. 13, 50' (GT). Np. non est cur illi *πλούσιοι* speciatim cogitentur s. *A*) *ἄπιστοι*, tum Judd. tum pagani [WF. SML. PT. HT.] s. *B*) *πιστοί* [CARPZ. AGATI. KNP. STORR. JASP., GBS. GRASH.]: quanquam hi potius in censum veniunt quam illi; vd. ad v. 2. Constat in rerum xtt. primordiis ludaeos locupletes et potentes eorumque asseclas in provinciis rom. imperii atrocissimos se hostes atque obtrectatores xtiani nominis praebuisse obtinuisseque a magistratibus *ἐθνικοῖς*, ut Xtiani tanquam seditiosi homines in ius raperentur adeoque in vincula conjecti poenam capite persolverent' (KNP). 'Clamabant quotidie, a Xtianis tolli mos. legem, hos homines ad rebellionem inclinare, Paulum commovere totum mundum ad rebellionem, Xtum fuisse rebellem et fraudatorem qui in crucem fuerit actus [Lc. 23, 2. Act. 17, 6. 7. 24, 5]. Et haesit Xtianis infamia illa etiam sub Traj. saec. 2. ubi quaerit Plin. an Xtiani sint ideo puniendi quia sint Xtiani' (MR). Fortasse in ius etiam rapiebant singulatim 'aes alienum acerbius exigentes' [cll. Mt. 18, 28. 5, 26] quo sacrorum xtianorum sectatores eo miseriae redigerent 'ut aut omnia perferre aut novam doctrinam deserere cogerentur' (HT). Nec dubium est, eorum quoque qui non deterrere vellent, imo fortasse ipsi adscripti essent, inventos esse 'qui non solum egenos non sustentarent sed divitiis quoque suis ac potentiâ abuterentur ad eos ipsos, quibuscum eadem sacra colerent, iniuriâ lacessendos et affligendos' (KNP.) in vita communi rebusque singulatim pecuniariis. Isti homines a P. 1 Cor. 6, 1-8. graviter castigati, in disceptationibus suis (*βιωτικοῖς κριτηρίοις*) 'nolebant arbitros sui generis et corporis ex aequo bonoque iudicantes, sed quo minus misericordiae ratio duceretur, ad ethnicum tribunal populares trahebant' (SCH) ita ut *ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ* disceptaret idque *ἐπὶ ἀπίστων!* Nec profecto deerant inter eos, in quos identidem invehitur Iac. 4, 1. 2. 13-16. 5, 1-6. cll. 1, 9-11. ad q. l. vd. supr. p. 27.

7. Finit, novâ interrogatione ex antecedd. conclusâ fastigium cumulumque addens: *Nonne igitur hi potissimum homines a vobis ad iniuriam usque honorati nomen xtianum Βλασφημοῦσι;] diffamant? entw. veranlassungsweise - die Reichen unter den Xten geben mit ihrem anstössigen Verhalten Gelegenheit zu übeln Urtheilen - od. verrichtungsweise - die ungläub. feindseligen Reichen suchen alles dem Namen Xsti Nachtheilige uns aufzubürden u. denselben e. üble Nachrede auf alle mögl. Weise zu erwecken* (Bng.); utroque modo idque de Deo dr. Hebrr. גִּדַּף *scidit* np. *convicüs;* h. l. de actionibus diffamantibus quales describuntur inf. 5, 1-6. *Τὸ ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς*] שֵׁם נִקְרָא עֲלֵיכֶם 'Locutio est hebraea ['classicorum formula est *καλεῖσθαι* vel *ὀνομάζεσθαι ἔκ τινος*, qua etiam P. utitur Eph. 3, 15' Knp.]: *vocatur nomen meum super eum* i. e. *ille dr. de meo nomine* Gen. 48, 16. Ies. 4, 1; sicut filii de parentum, foeminae de maritorum drr. nominibus, ita a Xto Xtiani' (Gr.). Hoc loquendi usu, et *nomen* et *cognomen* complectente, excluditur appellatio, non quidem *Iehovae* [Storr Sch.; q. d. *populus, familia Dei*], verum *fratrum et sororum* [Hensl.] quippe domestica; item Rosenm.: '*die ehrwürdige Person nach welcher ihr euch nennt*' (cf. שֵׁמוֹת *ὀνόματα* de personis Num. 1, 2. Act. 1, 15). Herd. de *Nasiraeorum*, Agsti de *Essaeorum* cogitavit nomine; quorum tamen hic nonnisi coniecturam dixit (q. d. *Verehrer der Frömmigk.* quippe sec. Phil. *παρώνυμοι ὁσιότητος* utpote *μάλιστα θεραπεῦται θεοῦ*). Est *Καλόν*] *gloriosum, honorificum* (cll. vv. 3 et 1); quanquam 'si minus infamandi studio inventum (cuius rei indicia desunt) certe ap. *ἀπίστους* eo tempore in probro habebatur' (Knp.); *πάντιμος κ. ἔνδοξος κ. ζωποιὸς προσηγορία* Euseb. HE. 5, 1.

Recte Ht.: 'Non omnes sine discrimine significat, sed hoc tantum vult, hostes atque osores doctrinae xt. multo saepius e classe hominum ditiorum existere quam e pauperibus.' Nec temere addideris, iis qui alieni a Xto deditâ operâ infamiam inferrent, perniciosiores extitisse qui Xtiani videri vellent adeoque non dictis sed re et factis hoc nomen ap. exteros infamarent (Knp). Sunt 'quos P. dicit *ἀτιμάζειν τὸν θεὸν διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου· δι' οὓς βλασφημεῖται τὸ ὄνομα τ. θεοῦ κ. ἡ διδασκαλία ἐν τοῖς ἔθνεσιν· οἵτινες τὸν θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται·* R. 2, 23 sq. 1 Tm. 6, 1. Tit. 1, 16. 2, 5; item 2 Ptr. 2, 2 *δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται.* Add. R. 14, 16. et cf. quae ex contraria parte drr. de Xtianis bene moratis 1 Pt. 2, 12. 15. 3, 16. Tit. 2, 10; qui et *δόξα Χριστοῦ* vocantur et *ἀξίως πολιτεύοντες τοῦ εὐαγγελίου* vel *τ. κυρίου* et *εὐσχημόνως περιπατοῦντες πρὸς τοὺς ἔξω* 2 Cor. 8, 23. Col. 1, 10. Ph. 1, 27. 1 Th. 4, 12. Similiter ut h. l. de Xtt. male moratis iudicatur ap. Euseb. l. c. esse eos *διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτῶν βλασφημοῦντας τὴν ὁδόν* i. e. *βλασφημεῖσθαι ποιοῦντας.*' Videri nimirum debebat ipse Deus s. minus sanctus s. minus potens, quippe qui s. haud melior esset cultoribus suis s. legis suae contemtum non valeret vindicare. Totâ vero sententiâ 'Iac. cui VTi effata e gr. maxime intptatione alex. saepissime obversabantur; cf. etiam Act. 15, 13-18; hic ad ea ll. respexit ubi Israelitis palam denunciatur, eos haudquaquam impune laturos quod sacrosanctum Ieh. nomen suis prave factis ap. exteras gentes *in contemtum adduxerint* turpiterque *profanaverint.* Ex quo genere insigne extat Ies. orac. 52, 5 (etiam a P. R. 2, 24. et 1 Tm. 6, 1. commemoratum): *Τάδε λέγει κύριος ... δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τ. ἔθνεσι·* cui plane simile est illud Ez. 36, 20-23: *Τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον ἐβεβήλωσαν ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ἐν τ. ἔθνεσι.* Sicuti vero ibi nomen *Iehovae* intelligitur, a quo Israell. *populus Iehovae* et *cultores Ieh.* denominabantur (*ὁ λαὸς κυρίου ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομα κυρίου* 2 Chr. 7, 14. Deut. 28, 10. Act. 15, 14. 17), ita h. l. de *Xti* nomine et *Xtianor.* est cogitandum. Hi quidem ipsi eo tempore se nominabant *μαθητάς, ἀδελφούς,*

πιστοὺς, πιστεύοντας εἰς Κρ. [ἁγίους, τοὺς τοῦ Χρ.]; ab exteris autem [praeeuntibus Iudaeis] initio Ναζωραῖοι et Γαλιλαῖοι vocabantur. Postea iisdem, quum ad J. Xtum referrent omnia huiusque nomen semper in ore haberent (unde etiam τὸ ὄνομα in NTo nonnunquam simpliciter pro ὄνομα Ἰησοῦ Χρ.), primum Antiochiae in Syr. (Act. 11, 26) imperante Claudio nomen *Xtianorum* ab ἐθνικοῖς ut videtur [romanis, monstrante forma; Iudaei nec opus habebant nec nomen elegissent fausti sanctique ominis q. d. *Messiani*] inditum est: quod quia peropportunum putabatur ad cultores J. Xti a Iudaeis internoscendos, mox extra Palaest... in omnibus rom. imperii provinciis frequentari coepit. Nec tamen ipsi μαθηταὶ eâ iam aetate illud nomen usurparunt [R. 8, 9. Gal. 5, 24. ctt.] sed soli extranei; veluti rex Agrippa in sermone ad P. Act. 26, 28. non hic ipse Agrippae respondens; neque aliter 1 Ptr. 4, 16: [non pudeat vos sed vel ideo Deum celebretis] εἴ τις ὑμῶν πάσχει [non ὡς φονεὺς ἢ κλέπτης ἢ κακόποιος τλ. sed] ὡς Χριστιανός· pro quo est v. 14: Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χρ.' Add. Mt. 5, 11. Act. 5, 41 (χαίροντες ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι) Ph. 1, 29; Tac. Ann. 15, 44: *Nero... quaesitissimis poenis affecit quos per flagitia invisos vulgus Xtianos appellabat. auctor nominis eius Xtus Tiberio imperitante per procuratorem Pont. Pil. supplicio affectus erat.* Vd. HEUMANN Primitt. Gottingenss. p. 130 sqq. (de ortu nominis Xtt.) et HEMSEN: *d. Ap. Paulus* (Gott. 1830) p. 46 sq. not.

— De loci argumentatione haec notanda restant. I) Tria argumenta fecit AGSTI prob. JASP.: 1) *Diese Armen sind auch reich;* 2) *die Reichen behandeln euch oft ungerecht;* 3) *diese Reichen geben Veranlassg zur Beschimpfg des Chth.;* quatuor distinxit MR. inserens tertio loco: '*rapiunt vos ad tribunalia.*' II) Quemadm. primi argumenti altera parte interrogationem continuari plures censuerunt [vd. p. 106], ita vicissim fuerunt qui secundi argumenti posterius incisum affirmate pronunciarent: *καὶ αὐτοὶ ἕλκουσι—! (Steigernde Antwort der ersten Frage: ja wohl thun sie dergl. u. nicht allein das, sond. sie ziehen euch sogar vor die Richterstühle - sie unterdrücken euch nicht nur im gem. Leben durch Misbrauch ihrer überlegnen Gewalt, sond. sogar gerichtlich unter dem Scheine Rechtens* BMG). III) Argumentatio vv. 6. 7. destinata est omni excusationi praecidendae: si bene, certe non male de vobis meruissent, facilius res intelligeretur! De mero ad hominem argumento vix cogitavit ('*Wenn ja Partheilichk. hier statt finden dürfte, so müsste sie ehr zu Ungunsten der Reichen statt finden, über die man sich häufig zu beschweren habe. Allein auch diess wäre abermals e. Ungerechtigk. u. also ist d. Zweck des Vf. nur, das Unedle u. Unxtl. in d. Behdlgsart der Armen fühlbar zu machen*' STZ.; '*Jac. besticht hier durch Wirkg auf d. Gefühl die Leser, durch Erinnerg an schmerzl. Erfahrgen ihr Urtheil*' GBS).

8—11. *Quodsi vero legem aliquam* ita *perficitis* eamque *regiam* ac principalem, *convenienter SSae,* hanc np.: *Diligito proximum tuum sicut te ipsum! recte* quidem et laudabiliter *facitis; sin vero* eo extenditis, ut ideo *ambitioni* iniuriaeque erga pauperes *locum detis,* ipsi *peccatum admittitis,* satis *quippe ipsâ lege* notati *convictique tanquam* voluntatis div. *violatores. Quicunque enim,* vel *totâ* ceteroquin *lege observatâ, uni* legi *obsequium denegaverit,* eo ipso *omnium* legum neglectarum *se exhibuit reum. Namque idem* Deus, *qui* v. c. hanc *tulit legem: Ne adulterato!* is *tulit etiam* hanc: *Ne occidito! quodsi vero non* quidem *adulterabis, verum*tamen *occides, violasti* profecto *legem* eiusque auctorem, si vel in unâ tantum parte deliqueris.

8. 9. Obtenditis fortasse legem Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν — quam etiam erga divites, si vel minus bene de vobis meritos, debeatis Τελεῖν] = τηρεῖν v. 10. et ποιεῖν v. 12; ut R. 2, 27; non tam: *pendere tanquam vectigal,* solvere ut debitum (SCH.) quam: *ad finem perducere* ('*e. Gesetz bis z. Ausgange d. i. beständig u. beharrlich beobachten* BMG.), facere a quo facile desistas. Ita Μέν] *quidem,* per enclit. Τοι] *hoc modo, ita* (Dat. obsol. = τῷ) re-

latum, complectitur et affirmationem et oppositionem (*wenn ihr zwar, od.: doch wenn ihr; Beantwtg e. Einwurfs, der vom Gebot d. Liebe hergenommen werden könnte, od. Vorschlag eines Mittels, solcher Partheilichk. u. der damit verknüpften Versündigg zu begegnen* BMG.): quam vim in omnibus certe NTi ll. habet. Alterà vi, quae est concludendi et complectendi (= *μὲν οὖν, also, demnach*), reflexâ oratione ad vv. 1–4. uberius iam exponeretur 'quantopere misera ambitio ista honorumque contentio a divinis legibus abhorreat' (KNP): ubi vba *καλῶς ποιεῖτε* non sine vi reddentur c. GÖPFERTO: '*wie wohl würdet ihr thun!*' Verum cogitatio odii erga divites a loci nexu abesse nequit; adv. perperam intelligentes pervertentesve [PT. GSS] ea vix expugnari merebatur, sane vero adv. eos qui, sensum magis quam considerationem secuti, aliquam inde haberent excusationem; illud igitur c. HT. (et SCH) praeferendum: '*Allerdings ist es lobenswerth*' ctt. Longius petitum est quod SML° obversabatur: vos potius obtemperatis legi primariae quam Iudaei, si vel suum in Xtt. odium hoc nomine iactent, certissime autem ipsi quoque violatis nimio in istos divites Iudd. studio. — CORN. A LAPIDE: 'Occurrit tacitae objectioni: ergone divites odio habendi et contemnendi sunt? Respondet: Minime! q. d. Verumtamen non veto, quin lege communi caritatis et divites diligatis: si enim hoc facitis, bene facitis, dummodo personas non accipiatis nec pauperes aspernemini, praesertim quia, ut ait S. Ambr. in Lc. 16. *Neque omnis sancta paupertas aut divitiae criminosae, sed ut luxuria infamat divitias, ita paupertatem commendat sanctitas.*'

Sane quidem hancce servantes legem facitis *Κατὰ τὴν γραφήν*] *prout conceptis vbis legitur in SSd*, Lev. 19, 18; obest grammatica conformatio 1) meae allegationi (= *καθὼς γέγραπται*); 2) periphrasi Genit. [AGSTI PT. STZ. HT.; Act. 24, 14. 27, 2. Plut. Phaed. 32. *αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμίαι*]; 3) restrictioni ad *νόμον: lex secundum SSam* s. *in SSd regalis*. Est porro eadem lex *Νόμος βασιλικός*] *praeceptum quoddam regium* s. *regale*[65]) i. e.

---

65) 'Longum foret diversa illa momenta recensere, ad quae (intptibus) Ap. respexisse videatur. Vbo dicam: plerique eorum legem *regiam* dici voluut vel ab *auctore*, rege coelesti, vel ab *utilitate* ex amore quem praecipit redundante, vel a *dignitate* eius, vel ab *universalitate* ad amandos et amatos pertinente' (WF): quae momenta complexus est BMG. h. m.: '*Νόμος βασιλικὸς bedeutet e. allgem. Gesetz, so von der höchsten Landesherrschaft herrührt, folglich alle u. jede Glieder e. gemeinen Wesens, alle Leute die an einem Orte leben, verpflichtet,* *Num.* 20, 17. 21, 22' [דֶּרֶךְ הַמֶּלֶךְ; CALV.: 'regia lex meo iudicio dr. ut via regia: plana sc. recta et aequabilis, quae sinuosis diverticulis vel ambagibus tacite opponitur'; item SEBLEN. ap. WF.: via regia i. e. universalis. MICH.: Lex etiam regibus data, quae pares reddat homines, reges quoque sibi subjiciens]. '*Und so wird hier d. Gebot der Liebe genannt, als e. Gesetz das Gott selbst zum Urheber hat, den höchsten König u. Oberherrn, folglich v. d. grössten Verbindlichk. ist, im Gegensatz der Verordngen der Lehrer unter den Juden*' [RAPH.: 'a Deo magno illo rege Mal. 1, 14. Ps. 48, 3. Mt. 5, 35. condita praemiisque simul et poenis sancita'; WF.: 'a Deo regum rege' Ies. 33, 22. cll. מצות המלך R. Levi ap. HOTTING. de iuribus Hebrr. §. 22; praeivit SYRUS. Usus Adj. non eget RAPH. aliorumque exemplis e Xen. all.; at locum desideravit Bz. 'in quo Deus sic absolute i. e. sine adjectione rex appelletur', artificiosior AGSTIO visa est sententia, quaerit MR.: 'nonne omnes nostrae leges sunt a nostro domino et rege profectae?.. cur igitur haec una lex dicatur a rege nostro scripta?' respondet fortasse SCH.: 'legem *τῆς φιλαδελφίας* tenemus *θεοδίδακτοι* 1 Th. 4, 9.' vd. infr.] '*Damit wird denn angezeiget,* 1) *dass d. Verbindlichk. gg. Gott u. s. Oberherrschaft d. Grund aller Verbindg der Menschen unter u. gg. einander sein solle; zugl. ab. wird* 2) *die prächtige, ansehnl. u. lobenswürdige Beschaffenh. dieses Gesetzes auch damit angedrückt*' [HT.: 'Graecis posteriori

principale, eximium, e. Gesetz vom ersten Range (Stz), *jene Krone aller Gesetze* (Rosenm), ceterarum legum quasi regina (Knp), arx quasi totius legis (Jasp); *νόμος* de praecepto singulari etiam R. 7, 2. quemadm. vicissim *ἐντολή* de tota lege Hebr. 7, 18 sq.: quod vero *νόμοι* praeter Hebr. 10, 16. e Jer. 31, 33 Lxx in NTo non habeantur, nec תורות praeter Neh. 9, 13. et Dan. 9, 10 (Sch), quid probat in nomine collectivo?; est igitur *ἐντολή quae in xt. disciplind non minus valet quam in mosaicd.* Ut autem tale revera sit praeceptum, inde efficitur quod profecto est lex primaria totiusque legis quasi summa: in homine enim fratrum vere amante non opus est iniustae erga alios actioni disertis ac singularibus praeceptis occurrere, verus autem erga fratres amor is demum est qui Dei amore nititur. Inde P. Gal. 5, 14. *ὁ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ· Ἀγαπήσεις τὸν πλ. τλ.* cll. R. 13, 8-10. ubi item dr. quaecunque *ἐντολὴ* in hocce praecepto *ἀνακεφαλαιοῦσθαι* adeoque *ὁ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπληρωκέναι. ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται· πλήρωμα οὖν*

---

maxime aetate, quicquid praestans et eximium est, *βασιλικὸν* dr. Ita Plut. in Alex.: *Ἀλλ' Ἀλέξανδρος, ὡς ἔοικε, τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους, τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγούμενος* ctt. haud dubie respiciens ad illa Plat. vba de legg. I. Ed. Bip. T. VIII. p. 8. *τὸ νικᾶν αὐτὸν πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη.* Similia vd. ap. Ael. VH. Ed. Gron. p. 720. Chariton. Ed. Amst. p. 103. summâ. Latinis vero nihil frequentius. Ut Cic. de off. 1, 12. *Regalis sane et digna Aeacidarum genere sententia.*' Add. aliud Plat.: *τὸ μὲν ὀρθὸν νόμος ἐστι βασιλικός·* et Phil.: *βασιλικώτερον οὐδὲν ἀρετῆς.* Plura singulatim de legibus, quae sint urbium hominumque quasi *βασιλεῖς*, habet Wtst.; item Kypk. p. 366. 422. — Praeeuntibus iam antiquioribus tenuerunt recentiores plerique omnes.] '*auch wohl* 3) *auf d. königl. Gewalt Xsti gesehen, der diese Verordng thätig u. mündl. eingeschärft*' [Gr.: 'Xti qui rex noster. Io. 18, 37. Hebr. 7, 2. Ap. 1, 5. 15, 3'; Göpfert: '*das grosse Grundgesetz der allgem. Republik des Menschengeschl. die J. Chr. stiften wollte*']. Similiter plura comprehendit Sch. (= 1, 25. 2, 12): 'Libertatis legem reges etiam sibimet ipsi dictare debent, qua destituti nec ipsi libertate uti possunt, quaque ruptâ s. sublatâ reges esse desinunt atque in tyrannorum degenerant immanitatem, quorum in vita Cic. dicit nullam esse fidem, nullam caritatem, nullam stabilis benevolentiae fiduciam, omnia semper suspecta et sollicita. Talis profecto lex est quam Xtus tenere docuit, per suam hominibus mentem et rationem i. e. per semet ipsos data. Lex eos decet regia, quos..reges Ap. 1, 6. praedicat, 1 Ptr. 2, 9. *βασίλειον ἱεράτευμα*, Iac. 2, 5. *κληρονόμους τῆς βασιλείας*, quos Deus *εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν κ. δόξαν* vocaverit 1 Th. 2, 12., *εἰς τ. ἐλευθερίαν τ. δόξης τ. υἱῶν τ. θεοῦ* R. 8, 21. *μέλλοντας συνδοξασθῆναι κ. συμβασιλεῦσαι τῷ Χρ.*. Haec intptatio, ni fallimur, in legem libertatis quam optime congruit. Eodem fert ille l. Anton. 4, 12. *duo ista in promtu habere semper oportet: alterum, ut facias tantum quodcunque ὁ τῆς βασιλικῆς κ. νομοθετικῆς λόγος suggerat ad hominum utilitatem. Τὴν βασιλικὴν* dicit *τὸ ἡγεμονικόν*, quam §. 1. *τὸ κυριεῦον, 7, 64. τὴν διάνοιαν τὴν κυβερνῶσαν* vocat. *Caput tanquam arx, in qua regalis habitet sapientia, iuxta dictum propheticum. Ipsa sc. mens quasi in aula imperiali illic locata est, secundum plurimorum sententiam et maxime Salomonis.* Ambros. Hexaem. 6, 9. Dominam omnium et reginam Cic. rationem appellat. Ex quo *νόμ. βασιλ.* = *ὁ νόμος τοῦ νοὸς ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ*, qui idem *ὁ νόμος τ. θεοῦ* R. 7, 22 sq.' Addit *regiam* etiam dici posse quippe *Dei* nobisque non scriptam sed *natam* 1 Th. 4, 9. 'Quod autem Moses aliique legislatores ac philosophi eam legem ex ipsa natura haustam utcunque vbis conceptam promulgarunt atque tulerunt: non tamen veri iuris germanaeque iustitiae (*τοῦ βασιλ. νόμου*) effigiem ullam proposuisse videntur, sed *umbram* et *imagines;* quas ipsas utinam sequeremur! ferantur enim ex optimis naturae et veritatis exemplis.' —— Ceterum non solum fuit (Pagenstecher.) qui alludi opinaretur ad legem regiam Romm. per quam in Augustum summa rerum potestas translata est, verum Oeder. adeo de Caesaris, quem *βασιλέα* Graeci dicant, lege aliqua cogitavit ita observandâ ut lex div. haud negligatur. Vd. Wr. — Defectionem quae videretur Articuli ita excusat Schnk.: 'Quum locus, *ἡ γραφὴ*, disertis vbis allegetur, *νόμος βασ.* Articulo caret, quippe satis istâ citatione definitus.'

νόμου ἡ ἀγάπη. a. (ut applicate ad disciplinam xt. habetur 1 Tm. 1, 5) *τὸ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη.* Praecivit Xtus Mt. 7, 12. *πάντα ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος κ. οἱ προφῆται.* cll. 22, 36-40. ubi *νομικῷ* interroganti: *ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ;* appellat leges *ἀγαπήσεις κύριον, ἀγαπήσεις τὸν πλησ.* dicitque illam *πρώτην καὶ μεγάλην*, alteram *ὁμοίαν αὐτῇ*, neutram igitur *primam et maximam* sed utramque reliquarum omnium summam (*dieses nur die äussere, sichtbare, werkthätige, jenes die innre Seite eines u. desselben Gesetzes* cll. 1 Io. 5, 2. SCH): *ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.* add. ll. pp. Lc. 6, 31. Mc. 12, 28-33. Quemadmodum autem et Xto Pauloque et Iacobo [*Ὁ πλησίον*] *proximus*, est *quivis alius*, nullo gentis animique respectu, quae notante SML. 'vel naturalis legis est vox, quia omnes homines pariter sunt generis humani ut magni corporis membra': ita Mosis etiam praeceptum אֲהַבְתָּ לְרֵעֲךָ כָּמוֹךָ per iniuriam demum a plerisque si non cum Pharisaeis ad amicos [vd. ad Mt. 5, 43], certe ad populares [ut a GT. SML. GES.] est adstrictum. Quod enim בְּנֵי עַמְּךָ proxime praecedunt mandataque pleraque sunt Israelitarum erga Israelitas, id satis excusatum est rei naturâ; non excludi vero alienigenas vcblis לָעֲנִי וְלַגֵּר, אֶת רֵעַ et עֲמִית, apparet inde quod v. 10. consulitur לָעֲנִי וְלַגֵּר adeoque v. 33 sq. גֵּר iubetur haberi כְּאֶזְרָח additurque וְאָהַבְתָּ לוֹ כָּמוֹךָ quia np. ipsi fuerint *peregrini*. Non tamen in hoc mandato omnium fere temporum populorumque communi, quod adeo, nisi 'ex populari dicendi genere' circumscribatur, PT° 'nimis severum nec cum hum. naturâ consentaneum' est visum, acquiescit ipsius Xti disciplina, qui quid addiderit vd. ad Io. 13, 34 sq. cll. 1 Io. 2, 7 sq. Ceterum [*Ἀγαπᾶν*] ut אהב in promtu est amoris et affectum et effectum complecti (*e. thätiges Gefallen haben u. erweisen, mehr als e. blose Dienstfertigk. u. Gutthätigk.* BMG.); *νόμον* vero *βασιλ.* respicere vv. 25. 21. cp. 1. docet 2, 12.

Quodsi igitur hancce legem perficitis, *Καλῶς ποιεῖτε*] v. 19. 2 Ptr. 1, 19. Phil. 4, 14; *εὖ πράξετε* Act. 15, 29; *probe, honeste, laudabiliter facitis* 'sc. ex ipsa legis mos. auctoritate; conscientia vobis addicit; itaque et nemo iure et merito posset vobis contradicere' (SML.). Egregie quidem habet nec eius observationem equidem reprehendam; verum praetendi nequit personarum acceptioni. Namque si hoc nomine *Προσωπολημπτεῖτε*] *iniuriam facitis* pauperibus; vd. ad v. 1; *Ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε*] gravius fere est quam *ἁμαρτίαν ποιεῖν, ἁμαρτάνειν·* cll. Mt. 7, 23. *ἐργαζόμενοι ἀνομίαν* (hebr. פֹּעֲלֵי אָוֶן) et Plat.: *μουσικὴν ποίει κ. ἐργάζου·* h. l. *ultro ac temere contra legem facitis* (*ihr thut etwas, davon ihr wohl wisset od. doch wissen könntet u. solltet, dass es dem Gesetz zuwider sei, das also nicht blos nicht e. Beobachtg d. Gesetzes, wie ihr vorgebt, sondern nicht einmal e. gleichgiltige Hdlg, vielmehr e. wissentl. Uebertretg genannt werden kann* BMG.). Convincimini nimirum ipsâ quam provocabatis lege. *Ἐλεγχόμενοι*] '*so thuet ihr Sünde indem, da ihr überführt werdet* (*eben als προσωπολημπτοῦντες*)' WIN. *Gr.* 295. *Ὑπὸ τ. νόμου*] *a lege mosaicâ*, non potissimum lege Deut. 16, 19. *οὐκ ἐκκλινοῦσι κρίσιν τλ.* [GT.] nec lege Lev. 19, 15. *οὐ λήψῃ πρόσωπον πτωχοῦ οὐδὲ μὴ θαυμάσῃς πρόσωπον δυνάστου τλ.* [SML.] sed ipsâ caritatis lege Lev. 19, 18. [PT. GRASH.] qua fortasse decepti erant. *Παραβάται*] *migratores, violatores* np. officii, voluntatis divinae. Gal. 2, 18. cll.

hebr. עבר et Hom. B. 9, 501. ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ. non opus est Pt[1] 1) comparatione hebr. פָּרִיץ all.; 2) comparatione legum cum linea s. funiculo transiliendo; 3) loci contextu eum postulante qui *graviora commiserit crimina* (sumto ut videtur ex annotatione Gt[1] ad παραβάτην v. 12). — Ipsa lex convincit, nec demum conscientia xtiana quae severius iudicet et perfectius, quae non vitet tantummodo sic laedere ut legis civilis auctoritas possit intervenire (Sml.); *'vos, qui tali personarum respectui illam legem praetenditis quae vos quemvis hominem amare iubet, annon videtis, vos pauperem diviti anteponentes ipsam illam legem violare qua omnes homines aequo amore iubemini amplecti?'* (Ht).

10. 11. Talem migrationem, si vel levior leviorisque legis videatur, non licet ceterarum legum observatione excusare ac quasi elevare. Omnium unus idemque est auctor valorque; si vel unum idque fortasse minus grave violaveris, laesa est ipsius legislatoris maiestas. Ὁ εἰπών] non νόμος [Agsti] sed νομοθέτης (4, 12) - *Deus.* Εἶπε καί· τλ.] Ex. 20, 13. Deut. 5, 17. (cll. 22, 22; 19, 13. Ex. 21, 12. Lev. 24, 17. 21). Singularibus exemplis sententiam universam illustraturus, delegit de industria quae mutuo amori officiant, notante iam Thph[o]: τὸ δὲ οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις ὑποδείγματος χάριν εἴρηται· σκοπεῖ δὲ ὅτι καὶ τὰ ὑποδείγματα ἐκ τοῦ εἰς ἀγάπην συντελοῦντός ἐστι νόμου· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, οὗτος οὐ μοιχεύσει οὐδὲ φονεύσει· ἐχθροῦ γὰρ ταῦτα. Juncta iam sunt in decalogo. Εἰ οὐ μοιχεύσεις] negatio directa est: *wenn du (wirklich) nicht ehebrichst.* Παραβάτης νόμου] *violator legis* in universum; dixit consulto, rediens ad v. 9. cuius sententiam probare voluerat, nec vero s. de *und* s. de *totâ* lege cogitans. Namque (ait v. 10) Ὅστις ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνί, γέγονε πάντων ἔνοχος] *quicunque omnia quidem praecepta observabit, peccabit vero in uno, extitit omnium reus.* Pro Futt. habent BC all. τηρήσῃ, ABC all. πταίσῃ (prob. Lachm.); tamen neque Indicat. a linguae lege abhorret [vd. Mt. 5, 39. 41. 10, 32. 23, 12; cll. Win. *Gr.* 230] neque compositio c. Praet. [vd. Win. p. 223 sq. cll. 240 sqq.][66]). Πταίειν] fere a sensu trans. ad intrans. traduct.: *offendere, impingere, delinquere* (*anstossen, gegen etwas verstossen* Agsti; minus certo: *von e. aus Versehen geschehenen Uebertretg, weil kein Mensch mit Willen stolpert u. fällt* Bmg.) 3, 2. R. 11, 11. cll. hebrr. נגף, כּשׁל et Deut. 7, 25. נוֹקֵשׁ; Hes.: πταίει· πίπτει, σφάλλει - ἁμαρτάνει. Plura vd. ap. Sch.; add. M. Anton. 7, 22. ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς πταίοντας np. *adv. nos ipsos.* Ἔνοχος] *reus*, q. d. *adstrictus, obnoxius* (non solum officio legis

66) Sch.: 'Fut. Ind. qua ratione constare hic possit, praesertim c. vbo Praeteriti γέγονε, nos quidem fugere fatemur' Quae ut adv. Fr. [vd. p. 114.] defendat, absurdi adeo incusat p. 225: '*Wenn das Menschensprache*, ullius moris et exempli: *so gebe man uns doch e. paar Belege.*' Affert Win. l. c. Soph. Electr. 690. εἰ παλαισθεὶς πτῶμα θανάσιμον πεσεῖ, τέθνηκα ἐγώ, et Liv.: *si tales animos habebitis, vicimus.* — Talia non magis valent quam p. 221: '*Man zeige uns irgend wo* ἑνὶ *od.* ἑνὸς *im NT. ohne Subst. od. einen dasselbe bestimmenden partitiven Genit. anders als persönlich!*' Quasi inde aliquid sequi posset! At habes Lc. 10, 42. ἑνός ἐστι χρεία.

observandae sed singulatim) crimini poenaeque legis haud observatae; HES.: ἔνοχος· ὑπεύθυνος. PHAV. ὑπαίτιος. — Ἐν ἑνί] *A*) Sc. ἀνθρώπῳ, qui *in singulis*, erga quos tota lex tuenda fuisset, eam neglexit, is Πάντων] sc. ἀδελφῶν, *omnium* fratrum, universae ecclesiae est reus. 'Totam enim legem servatam vult sine dubio Iac. ita ut officium eius omnibus partibus numerisque expleas, non in quosdam ordines et classes hominum te superiorum ac ditiorum, sed etiam in fratres infimae conditionis. Ergo si quis πταίσῃ ἐν ἑνί, σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν Mc. 9, 42. τῶν ἀδελφῶν τ. ἐλαχίστων Mt. 25, 40: is vero peccavit in omnes, in totam ecclesiam, in totum corpus Xti. cf. 1 Cor. 11, 18 sqq. nam si patiuntur, indigne tractantur, laeduntur singula membra: in partem doloris veniunt universa' (Scn. cll. *Theoll. Ann.* 1828. p. 412 sqq. ubi censori in: WIN. *N. krit. J.* IV, 1825, p. 64., et *Theoll. Nachtr.* 1828 p. 217 sqq. ubi FRITZSCHIO Rost., ap. eund. WIN. V, p. 15–17. contra disputanti, respondit ita sententiam complexus p. 223 sq.: '*Die Vernachlässigg der Menschheit an Einem ist e. Vergehen gegen Alle, als e. Thatbeweis, dass wenn diejj. denen ich Ehrerbietg u. Dienstgefälligk. erweise, keine andern Tittel als den der Menschh. hätten, wenn mein Egoism. von denselben k. werkthätigen Dank absäke... dieselben gleichermassen von mir verabsaümt würden*'). Verum, utut dici potest ἔνοχος ἀνθρώπου et πταίειν ἐν ἀνθρώπῳ [ut monstravit p. 218–20. adv. FR.; cll. v. c. ἔνοχοί σου ἔσονται ἐν χρίσει Ies. 54, 17. et notiss. σκανδαλίζεσθαι ἐν ἀνθρ.]: 1) quod 'non lex est res tractanda sed secundum quam res tractari debet, utne quis in eâ non l e g e sed r e offendat', mera sunt vba; certe νόμον τελεῖτε non minore iure premeretur quam προσωπολημπτεῖτε. 2) Quod non tota observata est lex, quae unâ parte laedebatur, tam apertum erat, ut ne scienti quidem et cogitanti haecce veblor. oppositio vitanda esset [cf. Io. 3, 32 sq. singulatimque 13, 10] adeoque Apostolo non certe obtrudatur tanquam absoni quid ('*e. greller Widerspruch*'); certe non magis tota observata dici potest lex qua, si vel unus tantummodo, s. prorsus negligebatur s. non satis aestimabatur: quid enim aliud est quam lex erga omnes observata et tamen erga unum neglecta? Saltim falsum est, pro ἐν ἑνὶ scribi debuisse ἐν μέρει sc. τοῦ ὅλου νόμου, et pro πάντων, παντός (?); quidni enim ὅλῳ νόμῳ recte opponantur non solum ἕν et πάντα sed etiam εἷς νόμος et πάντες νόμοι? Contra quid sibi velit ὅλος νόμος absque oppositione singulorum praeceptorum, nemo facile dixerit; quod enim quaevis lex non solum *erga omnes* sed etiam *omni ex parte* servanda est, s. omnino non, s. plenius dici debebat. 3) Quod ex unitate legis caritatis (*das Gesetz d. Liebe kann nach mancherlei Verhältnissen in mancherlei Formeln ausgesprochen werden, ab. es ist im Grunde doch nur Eine Gesinnung in mancherlei Erweisung gegen mancherlei Personen*) concluditur, 'non de pluribus diversisque vivendi praeceptis sed de hominibus diversae conditionis ac sortis' agi (*es ist ungereimt zu sagen: wer in Einem Puncte des - in Einem bestehenden, keine Mehrheit von Puncten kennenden - Gesetzes fehlt, wird aller zugleich schuldig*): id profecto satis temerarium est. Primum quaevis lex, si vel summa unitate contineatur, singulis demum erga singulos actionibus violabitur: non igitur magis 'salvâ grammaticâ' dicetur: πᾶς νόμος, πάντες νόμοι ἐν ἑνὶ παραβαίνονται, quam ὁ πᾶς νόμος, ὅλος ὁ νόμος ἐν ἑνὶ παραβαίνεται, ἐν ἑνὶ πληροῦται. nec interest, utrum ἐν ἑνὶ ad u n a m r e m an ad u n u m p r a e c e p t u m referre malis: u n a enim r e s qua lex s. t o t a s. q u a e c u n q u e et servetur et violetur, est a n i m i a f f e c t i o, quae demum vera est et observatio et migratio, quaeque vel ex u n â a c t i o n e aestimari ideoque vel in u n o p r a e c e p t o comparere potest. Deinde Iac. non magis quam Xtus et P. excludere legem 'priscis Israelitis dictatam', si vel νόμον ἐντολῶν ἐν δόγμασι Eph. 2, 15. docent diserta vba [v. 11. cll. ll. cc. p. 113] nec res refutat [vd. ad 1, 25. p. 79 sq. et infr. p. 118]. Certe 4) Glossematis suspicionem in v. 11. nova demum conjicit explicatio quae ipsa absque glossemate nulla est. Sane probatâ hac explicatione nihil est 'evidentius quam istud comma causae consilioque Iac. prorsus alienum esse'; sane tritis theologorum judd. effatis sententiae ab hominibus ad praecepta traductio suppeditari, margini adscribi tandemque in contextum adscita lectores et intptes ipsius Iac. vicissim regere et decipere poterat: verum talis intptatio a) nequaquam foret '*laevâ mente*' intelligentis; qui enim animum lectoris ad tritas illas Iudd. sententias converti et applicari nolebat, in tam propensâ vbor. v. 10, ambiguitate laevae intelligentiae diserte debebat occurrere; unde b) non 'supervacaneum et inutile' erit comma 11. nisi fortasse 'si recte quis antecedd. [np. v. 10? – jam] perceperit', adeoque minime 'multum discrepat

ab ingenio et mente nostri scriptoris' (*Vielmehr ist es des Jac. u. jedes vnft. Schriftstellers Pflicht, Missdeutungen, bes. wenn sie so leicht entstehen können wie bei dem überraschenden Urtheile im 10. Vs., gehörig zu begegnen; dass sich ab. Jac. so kurz u. schlagend selbst erklärt, dies lässt uns den Jac. nicht verkennen*' Fr); nec denique c) 'horret istud comma varietatibus lectionis, unde quoque interpolatio suboleat': redeunt ad praeceptorum transpositionem ipso decalogo subministratam, atque ad Futt. in Praess. mutationem, quam [Lachm° etj. probatam] non certe mirari debebat qui quomodo illa constare possint, se ipse fatetur ignorare [vd. not. 66]. *B*) Sc. *νόμῳ*[67]), qui totius ceteroquin legis observator, *unam* legem violavit, is *Πάντων*] sc. *νόμων, omnium* legum est reus. Est apophthegma, quod paradoxâ conformatione profundiorem veritatem ei etiam insinuat qui sensum nondum est assecutus, nixam eam eo quod virtutis non tam ambitus quam vis decernit. Unde et inversum et ap. alios etiam populos recurrit[68]); nec erraverit qui c. Gr. explicet *ὡς πάντων ἔνοχος*: profecto enim 'non ea mens Ap., eius qui unum legis apicem neglexit, et qui plura scelera suscepit, peccatum aequale esse, nec qui in uno peccavit, easdem olim poenas daturum ac si omnia violas-

---

67) Basil. 2 de bapt. c. 9: *παράνομός ἐστι πᾶς ὁ μὴ ὁλόκληρον τ. νόμον φυλάξας ἢ καὶ ὁ μίαν ἐντολὴν παραβάς*, quia *ἐν τῇ ἐλλείψει καὶ τοῦ μικροῦ τὸ πᾶν κινδυνεύει.* Clem. 2, 798: *ὁ πάσας ποιήσας ἐντολὰς πταίσας δὲ ἐν μιᾷ, γίνεται πάντων ἔνοχος.* Quam sententiam ii etiam haud inepte efficiunt qui *ἑνὶ* et *πάντων* Gen. neutr. dicta censent, ita ut Subst. diserte addendo non opus sit. Contra veram ellipsium legem laedunt qui explent *ἐν ἑνὶ* sc. *μέρει* s. *πράγματι.* Ceterum non defuerunt, qui pro *πάντων* conjectarent *πάντως.* 68) Faciunt huc potissimum Rabb. haec: Talm. Sabbat f. 70, 2 (R. Jochanan de 39 operibus a Mose praeceptis): *si faciat omnia, unum vero omittat, omnium et singulorum reus est.* Pesikta f. 50, 1 (Idem): *omnis qui dicit: totam legem ego in me recipio praeter vbum unum, hic sermonem Domini sprevit et praecepta eius irrita fecit.* Schemoth XXV. *si profanatis sabbatum, eodem vos loco habebo ac si profanassetis omnia praecepta.* Horajoth f. 8, 2 (R. Jose Galil. Lev. 5, 5): *qui reus est unius, reus est omnium.* Bechorotu f. 30, 2: *idololatras, qui veniunt ad accipiendum vba legis excepto vbo unico, non admittunt.* — Medrasch Mischle f. 65, 3: *qui unum praeceptum servat, est ac si totam legem servasset.* Jalkut chadasch f. 59, 2: *qui iustum cibat frusto, perinde est ac si totum Pentat. servasset.* Add. R. Maimon. super Mischna Maccoth (f. 28, 4. Ed. Amstel.): *R. Chananja dixit, quoniam multa (613) praecepta sint, fieri non posse quin homo unum saltem rite servet. quod si fecerit, animam eius propter hoc opus victuram esse.* R. Isaac in l. suo Chissuk emuna p. 149: *si homo israel. unum modo praeceptum rite in Dei gloriam servaverit, venturus est in partem vitae beatae atque secundum multitudinem observationis praeceptorum multa erit eius merces* [in quem cadit, quod 'si quis uni praecepto plane satisfecerit, sperari et tantum non pro certo haberi posse, eum ceteris quoque satisfacturum' (Knp), altero vba iam pervertente]. Vba ipsa eaque plenius vd. ap. Eisenmeng. *Entdeckt. Judenth.* II, 291 sq. — — Simjlia etiam alibi Jos. Antt. 5, 9, 4. *Οὐκοῦν .. ἐξ ἡμισείας δεῖ μέμνησθαι τῶν νόμων, ἀλλὰ πάντα ποιεῖν κατ' αὐτούς.* Macc. 5. *Μὴ μικρὰν οὖν εἶναι νομίσῃς ταύτην, εἰ μαροφαγήσαιμεν, ἁμαρτίαν. τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς κ. μεγάλοις παρανομεῖν ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρου γὰρ ὁ νόμος ὁμοίως ὑπεροφανεῖται.* Cf. praeter haec a Wtst. allegat. ad Herenn. 4, 16. et quae Alberti enotavit p. 447: Max. Tyr. D. XV. p. 146. *Ὥσπερ ἐν ταῖς τῶν μελῶν ἁρμονίαις τὸ παραλειφθὲν, κἂν σμικρὸν ᾖ, διαλύει τὸν κόσμον τοῦ μέλους· οὕτω κἂν τῇ τοῦ βίου ἁρμονίᾳ τι.* Sen. 5, 5. *Si fatereris scienter januam incendisse, si unum tignum, puto tota domus intelligeretur ex parte. nec enim quisquam omnia incendit, sed unam aliquam partem, ex qua surgit in omnia se sparsurus ignis.* Add. item Sen.: *Qui malus est, nullo vitio caret, .. habet omnia nequitiae semina; omnia in omnibus malis vitia sunt, sed non omnia in singulis extant.* et Testt. XII Patr. 689. *Ἄλλος κλέπτει, ἁδικεῖ, ἁρπάζει, πλεονεκτεῖ, κ. ἐλεεῖ τ. πτωχούς· δειπρόσωπον μὲν οὗτος, τὸ δὲ ὅλον πονηρόν ἐστιν.*

set' (BENSON). Explicationis vero: *omnium quasi reus est, poenam* s. *non minorem* s. *non minus luet* – variae n. l. habentur applicationes. *AA*) 'Quicunque totam cetera legem Mosis observaverit ... impegerit autem in hanc unam et primam: factus est coram Deo reus omnium. haec autem est summa lex: dilige Deum et Dei causâ proximum' (SML). — Obest 1) *omissio articuli;* facilius notione *primi* ex hebr. fortasse derivandâ carueris, quam disertâ relatione ad legem modo provocatam caritatis, nec satis excusat quod in notissima hebdomadis computatione bis habetur *μία σαββάτων* absque artic. Mt. 28, 1. 1 Cor. 16, 2; obest 2) Vs. 11. cuius sane argumentatio esse debebat quam SML. supplere (!) iubet: 'idem etiam dixit amore omni prosequendum esse *τὸν πλησ. σου*.' h. sens.: 'si vel maxime abstineas ab adulterio, homicidio, furto, laedas autem hoc praeceptum de amando socio, quod est positivum atque ista negativa omnia complectitur: tum violasti ista omnia praecepta.' — Ipse sensit, addens alteram de qua infr. [not. 69]; quod autem antiquiores [OEC. THPH; AGSTIN. BD. ctt.] in eandem sententiam cesserunt, sensum potius quam vba (*ἐν ἑνὶ* = *ἐν τῷ ἑνί*) secuti videntur. THPH.: *Ἐν ἑνί· τοῦτ' ἔστι τῷ μὴ τελείαν ἔχειν ἀγάπην· τοῦτο γὰρ τὸ κεφάλαιον τῶν καλῶν. εἰ δὲ τ. κεφαλῆς ἀπορεῖ, πέριττον ἅπαν τὸ λοιπὸν σῶμα· ὅτι δὲ περὶ τούτου λέγει, δῆλον ἐκ τῆς προειρημένης κατασκευῆς.* cll. Schol. ap. MT.: *ἐν ἑνὶ πταίσειν ἐστὶ τὸ μὴ τελείαν ἔχειν ἀγάπην· τοῦτο γὰρ τὸ κεφάλαιον τ. καλῶν. ὅτι δὲ περὶ τούτου λέγει, δῆλον ἐκ τ. προειργασμένης κατασκευῆς· πᾶσα γὰρ αὐτῷ ἡ κατασκευὴ περὶ τελείας ἀγάπης ἦν.* *BB*) 'Si quis cetera omnia praecepta [legis mos.] quorum violatio morte multatur, servaverit, peccaverit vero contra unum modo, cui itidem capitis poena dicta est, non minus capite plectitur, quam si violasset reliqua omnia; non prodest illi ceteras leges non neglexisse, punitur propter transgressionem unius legis' (JASP. post GT. MR. et STZ.: '*So wie, wer auch nur Ein Verbrechen gegen das mos. Gesetz begeht, die gesetzmässige Strafe leiden muss, wenn er auch sonst übrigens ganz unbescholten gelebt hätte: so ist, wer arme Xsten beschämt, schon ein Uebertreter d. Gesetzes des Chth. wenn auch sonst übrigens auf s. Wandel nichts zu sagen wäre*'). Haec adstrictio, non quidem ex exemplis v. 11., verum inde tuto derivabitur, quod legis mos. vel singulorum praeceptorum migrationi poena dicta est mors Deut. 4, 1 sqq. 30, 15 sqq. cll. Gal. 3, 12. (*er ist eben so gut der im Gesetz verordneten Todesstrafe verhaftet; mit Fleiss solche Gesetze gewählt, wo die Schlussfolge besser eingesehen wird indem die Richter nicht lossprechen können* BMG); rediret vero ad meram eamque satis exilem disputationem e concessis, nec ab aestimatione rerum plane externâ vindicari potest. — *CC*) 'Legis transgressio non censetur omnium praeceptorum violatione, sed qui vel unum migraverit, similis habetur ei qui omnia violaverit .. non certe gradu, verum genere. i. e.: non minus legislatoris majestatem laesit quam is, qui totam legem singulaque eius praecepta violaverit' (HT. post AGSTL.: '*der Uebertreter Eines Gesetzes hat vor dem Uebertreter aller weiter nichts voraus, als dass er nicht so sehr gestraft wird. der* Modus *ist derselbe, nur der* Gradus *ist verschieden*'). Sane dici debebat quod de quocunque praecepto cuiuscunque legis valeret, non casu aliquo arbitriove sed ipsâ humanâ naturâ subministratum; verum quod gradu tantummodo differant, nimis externum atque exile foret momentum: quid enim praeter gradum decernat in hominum, qui omnes sunt peccatores, meritis et delictis? — Addit HT.: 'totius argumentationis ratio ostendit, duo ista enunciata *γέγ. π. ἔνοχ.* et *γέγ. παραβ. νόμου* hic prorsus *ἰσοδυναμεῖν*. nam eo quod volebat demonstrato, in fine v. 11. quum proprie dicere deberet: *γέγονας πάντ. ἔνοχ.*, non hoc dicit, verum illud: *γέγονας παραβ. νόμ.*'; quo PT. (in Ed. 3) ita usus est, Iac. occurrere voluisse 'ne quis dicat nimis durum videri, eum qui ceteris .. morem gesserit, ob laesam hanc unam.. *παραβάταις τ. νόμου* annumerari.' At talis *ἰσοδυναμία* non solum a cogitandi legibus abhorret, verum incideret etiam nervum totius disputationis: *migratorem eumque legis esse qui ullo aliquo modo impingat, sponte intelligitur.* Quod autem illos *προσωπολήπτας* simpliciter dixerat *παραβάτας*, id tam facile ipsi agnoverint, ut non quidem res demonstratione, verum rei culpa singulari aliquo pondere egeret. Sensit PT. ipse, cavere iubens 'ne locum nostrum ad meram disputationem grammaticam de sola voce *παραβ.* recte adhibita revoces, cui potius gravissima *de prosopolepsiae vitio haud vili pendendo* subest sententia.' *DD*) 'Lex evangelica talis est, ut ni tota servetur, tota videatur esse violata. cum enim summa totius legis contineatur in caritate Dei ac proximi, quisquis excidit a caritate, quae radix est to-

tius legis, nimirum totam legem violavit et legis auctorem offendit, cui hactenus factus est omnium reus quod, qui semel aberravit a scopo totius legis, quod quidem in ipso est aberraturus videatur, quoties se dederit occasio' (ER); 'nulla virtus sola nullumque vitium solum, sed virtus c. virtute, vitium c. vitio tam arcte cohaeret ut qui una virtute, et pluribus praeditus sit, et sic quoque qui unum vitium, etiam plura simul committat vel commisisse putandus sit.' ['*Keine Tugend u. k. Laster sei allein: wer Eine Tugend besitze od. Ein Laster übe, sei aller übrigen fähig u. sie dürfen ihm zugetraut werden*' STZ]. 'Deus enim omnium legum auctor est. iam vero qui reverentiâ erga Deum non ab uno deterretur vitio, nec ab altero perpetrando deterrebitur dummodo adfuerint incitamenta et occasio' (PT); '*was, nach Jac., GELLERT so einfach als schön sagt: Freund, wer Ein Laster liebt, der liebt die Laster alle. Wer Ein Gesetz der Tugend übertritt, entheiligt in dem Einen Falle im Herzen auch die andern mit... Doch darfst du Ein Gebot verletzen, so schwächst du ja den Grund, auf dem sie alle stehn — das ist tief in der menschl. Natur begründet, u. das Weiterumsichgreifen des Bösen, das vom kleinen Anfang zur furchtbaren Macht fortwächst, den Menschen dem ganzen Sittengesetze Hohn sprechen u. ihn allen den daraus entspringenden traurigen Folgen anheim fallen lässt... das und nichts andres wollte Jac. hier andeuten*' (GBS)[69]. Ita

---

69) Addit in not. quod item BAUMGARTENCRUS. in: *Lehrb. d. xstl. Sittenl.* (Lips. 1826) p. 179. Jac. effatum comparet '*mit d. tiefsinnigen Lehre des Paul. vom Glauben (d. i. der freien frommen Gesinnung)*', hoc subjuncto judicio: '*diese paul. Ansicht ist so echt apostol. dass sie ganz auch bei den Andern, dem Sinne nach, gefunden wird. denn Jac. 2, 10. 2 Ptr. 1, 5. 6. deuten auf dasselbe; dort, wenn nicht Alles im Gesetz erfüllt würde, werde Nichts erfüllt: hier, eine Tugend schaffe immer die Andre.*' — — Add. SML.: Quicunque '*sciens* et *volens* unum praeceptum semper [?] negligat et violet: is sane omnes alias leges etiam violasse putandus est', np. 'ratione animi qui caret vero sensu et motu morali, simul alienus est a iusto et casto proposito, quo opus est ad xt. religionem ingenuam'. AGSTI: '*Wer e. Theil d. Gesetzes mit Wissen u. Willen übertritt, der zeigt dadurch, dass er sich überhaupt nichts aus d. Gesetze mache, u. dass er es nicht aus moral. Gesinng erfülle sond. entw. um Vortheil dadurch zu erlangen od. aus Furcht.*' ROSENM.: '*Wer nur in sofern den vorgeschriebenen Gesetzen nachkommt, als sie nicht mit s. Neigg streiten, sich ab. kein Bedenken daraus macht, hier u. da e. Punct derselben, der etwa gerade wider s. Temperament od. s. Neigg ist, zu übertreten: der zeigt eben hiermit wie wenig Achtung er gegen d. Gesetzgeber habe, indem er s. Gesetze blos nach eigner Willkühr befolgt.*' GÖPFERT.: '*Jac. redet nicht von d. tägl. Schwachheiten, nicht von leichten u. geschwinden Fehlern, nicht von wider Willen aufsteigenden Begierden, sond. von Sünden die man vorher wohl beurtheilt, in genaue Erwägg gezogen u. sie im Gewissen gebilligt hat. Ein solcher versündigt sich am ganzen Gesetz. 1) Weil er den Grund des ganzen Gesetzes untergräbt u. wankend macht (die Pflicht Gott zu gehorchen als einem Oberherrn, einem Gesetzgeber, einem Vater). 2) Weil er die Gebote doch innerlich bricht, weil ihn seine Grundsätze zur wirkl. Uebertretg d. Gesetzes führen. Er thut nur das u. jenes Gute, weil er an dem entggstehenden Laster keinen Geschmack findet. Wäre das, so würde er eben so sehr dieses Laster begehen. 3) Weil es ganz vermuthlich ist, dass er auch einmal e. Theil derjj. Gesetze übertreten werde, die er jetzt nur innerlich u. im Herzen übertritt. Veränderg der Umstände schafft oft Veränderg der Sitten. Wir lassen e. Laster u. wählen das andre. (S. Saurin's Predigt: Von d. Verbindlichk. gegen das ganze Gesetz.) Jac. schliesst*

1) refutantur qui istam προσωπολημψίαν levius fortasse peccatum duxerint, cuius veniam facile impetret qui ceteris Dei legibus satisfaciat, simulque 2) occurritur universae libidini et in singulis externisque haerendi et officiorum peccatorumque delectum faciendi: docetur, non solum culpam unius praecepti violatione contractam aboleri non posse reliquorum omnium observatione (additâ fortasse conclusione a maiore ad minus: *Könnte sogar die vollkommne Haltg d. Gesetzes die Uebertretg Eines Gebotes an sich nicht vergüten u. ergänzen, wie viel weniger wird es die Haltg einiger Gebote thun können?* Bmg:), sed etiam, quum omnibus pariter tangatur legislatoris auctoritas, adeoque unius iam migratione facile declaretur, hominem in iis quoque quae legi convenienter fecerit, non pietate sed aliâ quacunque causâ fuisse ductum, pernicioslssimam tali arbitrio introduci licentiam, quae omnem veram pietatem non possit non exterminare, uno vbo: ne in uno quidem, si vel levissimo, impune sperni divinam maiestatem, quae vel in uno eoque levissimo spectari admittique possit ac debeat. Porro 3) vitae moribusque applicantur ludaeorum satis idonea proverbia, quae vero quo magis iactari exaggerarique solerent, quo frequentius a genuino sensu usuque detorqueri: eo aptius vv. 12. 13. ad verum suum momentum revocata sunt, officium np. multo interius sanctiusque novae religionis modum metiendi; qui nexus aptissimus sententiam ipsam haud parum commendat. Denique 4) exprimuntur, ut saepius ap. nostrum, diserta ipsius Xti mandata de legum singulatim moss. observatione Mt. 5, 19. 23, 2. quae ab accommodationis quae dr. criminatione satis vindicantur crebris et disciplinae priscae emendationibus et Pharisaeorum castigationibus (ut 5, 21 sqq. 15, 10 sqq.). *'Der Herr hat allen Ernstes so gesprochen u. mit vollem Recht. Nichts Heilloseres als wenn d. Mensch selbst wählt zwischen Gebot u. Gebot, zw. Dogma u. Dogma. Nicht d. Buchstabe u. d. Werk macht selig, smd. d. Geist. Durch ihn erhielt auch das weniger wesentl. Gebot u. der weniger wesentl. Lehrsatz Bedeutung. Nicht Menschenhand, selbst nicht die Hand des Menschensohnes durfte Mosis Gesetz aufheben. Gott selbst hob es auf, indem er die Juden trieb die Xsten auszustossen u. indem er durch den Untergang d. Tempels u. d. Staates s. fernere wirkl. Beobachtg unmöglich machte. Das ist d. Sinn u. d. Bedeutg d. Wortes Jesu (Mt. 5, 17. 18): Ich bin nicht gekommen d. Gesetz aufzulösen sond. zu erfüllen; k. Jota vom Gesetz soll untergehn, bis dass alles erfüllt ist'* (*Theoll. Annalen, Cob. u. Lpz.*, 1831, III, p. 103 sq.). Ita profecto satis excusatus est Ap. adv. Sch. (*'überh. geziemt es dem Ap. nicht den jüd. νομοδιδάσκαλος zu machen, den rigiden so wenig als den laxen'* Annalium thh. noviss. l. c.); et intelligitur etiam, summâ opus esse cautione in admittendo intptum criticorumque trito perfugio: dici tantum moralem legis mos. partem eaque nonnisi transferri ad legem Xtianorum moralem ctt.

---

vornämL nach dem ersten Grund, wie aus V. 10. erhellet'. — Cave tamen, ne peccata imbecillitatis, temeritatisve eleves ac speraas; eo facilius decipient eripientque, quo leviora ipsa videantur.

12. 13. *Vos* igitur, in tam facili voluntatis div. migratione, *eo modo* totam vestram vitam, *dicta non minus quam facta, conformate, quo* decet oportetque eos uti *qui secundum legem* suam xtianam, ex ipsâ *liberalitate* suâ sanctiorem ac severiorem, *se* quoque ipsos aliquando *iudicatum iri* sciunt ac tenent. *Namque iudicium misereri* mitigarique *nescium ei* imminet *qui* ipse *misereri nesciebat*, nec nisi *misericordia* quasi *gloriabunda vincet iudicis severitatem.*

Concludit cohortatione, quae quanquam ἀσυνδέτως addita transitum parat, non tamen (WTST. SML) exordium dici potest novae sectionis. 'Quum ne singulare quidem praeceptum impune negligi possit, totam vestram agendi rationem ad omnes omnino leges divinas et inprimis ad mutuae caritatis legem componite: nam immisericordes gravi olim et severo supplicio afficientur' (PT). '*Damit ihr sicher kein Gebot d. Sittengesetzes übertretet u. freudig einer künft. Rechenschaft entgegenblicken könnt, so redet u. handelt immer dem gemäss, was das euch zur wahren sittl. Freiheit erhebende Chth. von euch verlangt.... Vor Allem aber seid liebreich gegen eure Mitmenschen*' (GBS).

12. *Οὕτω ... ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι*] *ita ut futurum iudicium semper recordemini* (ubi tamen non opus est c. SCH. *μέλλοντας* cogitare 'animo praesagiente curantes ac meditantes', quanq. '*μέλλειν* cognatum est vbis *μέλει, μέλομαι*'; nec iure SCHNK. negat *ὡς* ad *οὕτω* referendum esse quia ceteroquin *οἱ μέλλοντες* dici debuissent). *Ipsi quoque*, quanquam lege mos. exsoluti, *iudicabimini* - extremo die - *Δια νόμου*] *per* i. e. *secundum legem*, 'vi ac iure legis' (SCH), adeoque minime exleges estis; 'beneficium legis' cogitare hoc 'quod qui eam servaverint ... non tristem iustitiam, sed serenam clementiam Dei sunt experturi', impedit consilium deterrendi, ex quo vcbl. *μέσον* non tam absolventis et liberantis evangelii sententiam sperantes (MICH), quam damnationem poenamque caventes inducit. *Iudicabimini ex lege libertatis* (vd. [ad 1, 25] p. 78 sqq.) quae in quantum liberalior, in tantum etiam est severior religiosiusque servanda: ubi non solum externa actio decernit sed dicta etiam animique sensa expenduntur (Mt. 5, 22 sqq.); ubi vi *πνεύματος* mosaicae *δουλείᾳ* atque *τῇ σαρκὶ* oppositâ 'ex *προαιρέσει ἐλευθέρᾳ* iam omnia *καλὰ κ. ἀγαθὰ ἔργα* continuo studio se produnt' (SML.; Schol. ap. MT.: *οὕτω τὸ ἀγαθὸν ἐργάζεσθε ὡς μὴ ὑπὸ νόμου ἀναγκαζόμενοι ἀλλ' αὐθαίρετοι*); ubi 'longe severius subibunt iudicium' *τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας* (Hebr. 2, 3) non effugiendum nisi liberalitate erga alios. Bipartitâ cohortatione: *Λαλεῖτε ... ποιεῖτε*] doctores singulatim compellari: '*non solum vbis docete sed exemplis*' (SCH. cll. Mt. 5, 19. p. SML. cll. 1 Cor. 3, 4. 1 Io. 3, 18), dissuadet nexus; imo alterâ parte comprehenduntur disputata adversus *universam linguae temeritatem* (1, 13. 19 [ad q. l. vd. p. 62 sqq.] 26. 2, 3. 8) - quo sane etiam pertinent (2, 14 sqq.) quorum mores et vita dictis haud respondent - alterâ.

13. Oratio traducitur ad necessitatem operum singulatim beneficentiae denuo (1, 22. 27) uberiusque inculcandam. A lege, quae ipsa liberalis etiam erga alios liberalitatem flagitat, alienissimus est *Ὁ μὴ ποιήσας ἔλεος*] *immisericors* i. e. *inhumanus*. Affe-

ctus misericordiae in tantum subest humanitati et beneficentiae, ut voci non demum ex hebrr. חֶסֶד, חֶסֶד, רַחֲמִים [p. Gr. plerique] sensus succrescat *benignitatis* - quippe aliis non solum bene facientis sed etiam *bene cupientis* - ('omnigenum officium humanitatis et amoris erga alios' = *φιλανθρωπία* Mr.; '*Liebesdienst, liebevolles Betragen*' Agsti; 'benignitas et liberalitas, in iis rebus versans quae sunt extra publicas tabulas, propterea quod ratione et intelligentiâ teneri possunt non manu. Mt. 9, 13. 12, 7. [ubi ex Hos. 6, 6. opp. ἔλεος et *θυσία*] 23, 23 [ubi inter *βαρύτερα τοῦ νόμου* appellatur ἔλεος medius inter *κρίσιν* et *πίστιν*]. Ἔλεος *ποιεῖν* Gen. 24, 12 al. [עֲשֹׂה חֶסֶד] non: erogare aliquid in unum alterumque egenum atque mendicum, sed: *benignitatem et humanitatem quocunque modo exercere* in hominem quicunque sit, ob eam ipsam causam quod is homo sit' Sch). Praeterea ideo etiam haec potissimum virtus appellanda erat, quod ea personarum acceptione quippe iniquitate in pauperes facillime migratur. — Qui ipse immisericors est, ei etiam [*Ἡ κρίσις ἀνίλεως*] *sententia sua* feretur *immisericors* i. e. 'de severitate legis ac summo iure ne tantillum quidem remittens': *imminet poena certa remissionem non habens* — si vel ceteroquin habeant quae sibi gratulentur, ut fidem (2, 19), miracula (Mt. 7, 22 sq.) ctt. Phav.: *Κρίσις· ἡ κόλασις. ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, τουτέστιν οὐ κολάζεται.* — Finit contrariâ sententiâ: *Κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως*] '*beneficentia de damnatione triumphat*: eam non metuit. non potest Deus damnare suae bonitatis imitatores' (Gt); 'misericordia quam aliis impertimur ... non expavescit poenas Dei, vel mitigat Dei iudicis sententiam' (Knp). Ἔλεος] *A*) Dei (cuius sit *κρίνειν* v. 12. et *κρίσις* v. 13), quae 'emphatice ut gloriabunda i. e. superior iustitiâ et rigore repraesentetur' h. sns.: 'ei qui misericors est non esse metuendam *Dei iustitiam s. vindictam*, sed si cetera recte habeant, potius expectandam *eius misericordiam*' (Wr. p. LCappell. prob. Bmg), ut igitur maior et efficacior Dei virtus sit ἔλεος quam *κρίσις*. Contra nexum, nullo sententiae lucro. *B*) Hominis, *τοῦ ποιήσαντος* ἔλεος. 'Benignitas virtus est candidior ac sublimior quam *κρίσις*, iustitia, quae *suum cuique tribuit* Mt. 2, 23. Benignitas enim est hominis boni, qui prodest quantum potest ac plus quam par est, in aliorumque commodum et gratiam *de suo iure quantum licet ac nescio an plus quam licet, multa multis concedit*, dolores, inimicitias, iniurias. Vir bonus igitur, qui non summo iure cum aliis contendere solitus erat, nec ipse ius tantum obtinebit ac merita reportabit, sed summa clementia atque benignitas in ipsum profundetur' (Sch). Cur c. Ht. Abstr. pro Concreto dicatur, non sufficit quod sententia hoc etiam modo exprimi potuisset; eodem tendit Knp' *προσωποποιΐα* (ut Ps. 85, 10-12. Ies. 59, 14. 1 Cor. 13, 4 sq.) quae tamen potissimum inest in vbo *Κατακαυχᾶσθαι*] se quasi *iactare contra* aliquem (3, 14. R. 11, 18) i. e. se potentiorem, excellentiorem praedicare. Quod quum de *κρίσει* divinâ nonnisi in bonam partem dici queat, n. l. non mere superioris sed eius est qui etiam bonâ suâ causâ fretus de futuro iudicio gaudet, gaudere certe potest ('*die Menschenliebe besteht vor Gericht freudig*' Mr.; '*die Barmherzigk. rühmt u. freuet sich des Gerichts* Grash.; '*es trotzet die Güte dem Rechte*' Sch). alienum est, si vel a Subst. *ἀγχένος* ordiendum esset, Agsti: *widerstreben* (*gleichsam sich mit d. Nacken wogegen lehnen*). Sensum recte

expresserunt Oec.: *κατακαυχ. ἀντὶ τοῦ νικᾷ, καταγωνίζεται, ἀπαμβλύνει.* Schol. ap. Mt.: *ἡ γὰρ ἐλεημοσύνη τοὺς καθαρῶς αὐτὴν ἐργαζομένους ἐξαρπάζει τῆς κολάσεως, ἐν καιρῷ τ. κρίσεως παρὰ τῷ θρόνῳ ἑστῶσα τῷ βασιλικῷ·*[70]) Bd.: 'superexaltat misericordia iudicium i. e. superponitur misericordia iudicio. in quo inventum fuerit opus misericordiae, et si habuerit forte in iudicio quo puniatur, tanquam undâ misericordiae peccati ignis extinguitur.' Nec admodum interest utrum nectas c. Agstio: *'Eine harte Sentenz spricht es aus über den, der nicht menschenfreundlich handelt, die Menschenliebe hingegen entwaffnet den Richter'*, an c. Bmg.: *'Nichts wird den Menschen v. der sonst verschuldeten Verurtheilg befreien, als die Annehmg der göttl. Erbarmg durch Glauben u. Nachfolge'*. De *κρίσει* eiusque ad Xtum Xtianosque ratione vd. ad Io. 3, 17 sqq.

'Dictum sententiose... Subest hebr. haec formula חֶסֶד יַעֲלֶה בַּמִּשְׁפָּט quae tunc, ut videtur, in proverbii consuetudinem venerat. Ap. Lxx *καύχ.* et *κατακαυχ.* vbis עלז et עלץ respondent... Eadem sententia magis perspicue enunciatur Prov. 17; 5. *Ὁ ἐπισπλαγχνιζόμενος ἐλεηθήσεται.* et Mt. 5, 7. *Beati sunt misericordes; nam ipsis misericordia tribuetur.* Sed utraque haec Iac. vox illustratur sermonibus Xti Mt. 18, 23-35. 25, 34-46; ac si Jo. audimus et P. (1 Jo. 4, 17. 2 Tm. 4, 8. 1 Th. 1, 9 sq. Ph. 3, 20) peculiare id quidem et proprium veri Xtiani est, ut *τ. ἡμέραν τ. κρίσεως* et *τ. ἐπιφανείαν τ. κυρίου* non modo secure et intrepide sed etiam laetanti animo prospiciat atque expectet' (Knp). 'Benignitas hominis praevalet iustitiâ, et habet quod contra istam glorietur ac minime reformidet *τὴν μέλλουσαν ὀργὴν ἀποκαλυφθῆναι.* nam si nos *οἴδαμεν ἀφιέναι τ. ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν*, quanto magis parens coelestis condonabit nobis nostra delicta?' Mt. 6, 14 sq. 7, 1 sq. Sir. 28, 5. cll. Tit. 3, 5. Dan. 9, 18. Bar. 2, 19 (Sch). 'Confero Tob. 4, 9-11.' *ἐλεημοσύνη ἐκ θανάτου ῥύεται κ. οὐκ ἐᾷ εἰσελθεῖν εἰς τὸ σκότος· δῶρον γὰρ ἀγαθόν ἐστιν... ἐνώπιον τοῦ ὑψίστου* (Sml). 'Diog. L. 2, 14. Anaxag. *ὁ Περικλῆς παρήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, διερρυηκότα κ. λεπτὸν ὑπὸ νόσου, ὥστε ἐλέῳ μᾶλλον ἢ κρίσει ἀφεθῆναι...* Bereschith R. 26, 14. al. opp. mensura iudicii mensurae misericordiae. Ios. 2, 12' (Wtst). 'Similia' dicit Demosth. adv. Mid. p. 547. *Οὐδεὶς γὰρ ἐστι δίκαιος τυγχάνειν ἐλέου, τῶν μηδένα ἐλεούντων, οὐδὲ συγγνώμης, τῶν ἀσυγγνωμόνων'* (Ht).

'In comparatione loquitur: Sint duo, alter ad exactam regulam iustus, ut nihil male designet, neminem laedat, nemini inferat iniuriam, deinde maleficos etiam puniat districto iudicio; at calamitate miseri nihil moveatur ut vel consilio vel auxilio adsit. alter infirmitate aliqua carnis superatus in aliquod crimen labatur, animum autem habeat misericordem et proximo inservire paratum: is priori longe praeferendus est. et fere huius mundi divites, iustitiâ suâ et vitae innocentiâ freti, divitias suas nec vi nec fraude partas, utinam vere! gloriantur ac iactitant, ceterum erga proximos quamvis calamitosos vix unquam affectu misericordiae commoventur. hi etiamsi tales essent quales sibi videntur et aliis videri volunt, vere iusti non sunt: alteram enim partem iustitiae non habent, de qua David dicit: discede a malo ac fac bonum! habet enim iustitia adiunctam sibi beneficentiam, quae est benignitas et liberalitas in proximos. deinde non solum non aufert aliis sua, sed insuper quod suum est cuique tribuit. et philosophi docuerunt, eos non esse iustos, qui ab his quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam; quique non defendant nec resistant iniuriae, si possint, tam esse in vitio quam si parentes aut amicos aut patriam deserant. hi np. a bene faciendo avaritiâ et habendi cupiditate retrahuntur, quo studio impediti, quos

---

70) Add. Sibyll. 2, p. 224. ed. Dall.: *ῥύεται ἐκ θανάτου ἔλεος, κρίσις ὁππότ' ἂν ἔλθῃ.* Testt. XII Patr. p. 641. *ἔχετε εὐσπλαγχνίαν κατὰ παντὸς ἀνθρώπου ἵν' ἔλεει, ἵνα καὶ ὁ κύριος εἰς ὑμᾶς σπλαγχνισθεὶς ἐλεήσῃ ὑμᾶς.* Iudaei de *duplici in iudicio mensurâ* loquuntur, iudicii et misericordiae (מדת הרחמים et מדת הדין).

tueri debent, deserunt. quid autem refert, si ad rationem iniustitiae respicias, suum homini auferre aut non reddere cum debeas? hominem occidere gladio aut fame necare quum alere possis, quid interest? superat ergo, inquit Iac., misericordia iustitiam. non quod iustitia sine misericordia esse possit: *hinc summum ius summam iniuriam esse dixerunt*; sed humano more iustitiae vocabulum usurpat' ctt. (ZWGL).

ren'; — fac porro eandem fuisse Jac. sententiam: nonne in idem simulationis crimen inciderit Ap. quippe de *furiosis* cum vulgo locutus eoque certe meliore suâ intelligentiâ haud usus? Non *δαιμονιαχοὺς* s. *δαιμονιζομένους*, medium *δαιμόνια* ipsa appellare licuisset; utroque enim, singulatim posteriore, videri debebat superstitioni auctoritatem addere, a quo tantopere abhorret ipse Sch. Utut autem est, satis mire et frigide 'ignavae fidei et futilitatem et foeditatem illustraret' his: *'Du hast Recht daran — darum ab. bist du nicht besser u. glücklicher als die Besessenen u. Wahnsinnigen, denn die glauben auch an Einen Gott, zittern ab. wenn sie von den Exorcisten den Namen Gottes aussprechen hören'* (ut expressit censor commentarii Schlani in Win. *N. krit. Journ.* IV, 1825, p. 67).

— Rem ipsam Sch. illustravit his: Opinio *Dei* nullam habet laudem; nulla gens nullusque homo est quin, etiamsi ignoret *qualem* habere Deum deceat, tamen *habendum sciat*. Nec opinione *unius* Dei absolvitur salutaris religio et pietas; accedat oportet ut credas *μισθαποδότην* esse idque absque omni *προσωπολημψίᾳ*. Neque hoc sufficit; sine *rerum divinar. desiderio studioque* desperabis de Deo eumque aversaberis teque ei invisum credes. Ita demum *παῤῥησία* existet, 'Deum pro infinitis quibus abundat divitiis nullo discrimine munificum esse in omnes, qui ipsum colant; eius munera unice expetenda esse ipsoque eius cultu nihil melius, nihil beatius; Dei colendi copiam et facultatem a Deo hominibus dari, simulac toto animo sinceraque fide rogaverint.' — *Καὶ φρίσσουσι* (ait Bmc) *- vor Frost u. Kälte sow. als Schrecken heftiger Gemüthsbewegungen u. Leidenschaften zittern u. beben - wird beigefügt anzuzeigen* 1) *dass diese Vorstellg bei den bösen Geistern wirkl. mit e. Ueberzeugg verknüpft sei*, 2) *dass e. solche Erkenntniss unzulängl. ja schädlich sei, selbst wenn sie mit einiger Rührg d. Gemüths verknüpft wäre; so lange durch Vorstellg göttl. Wahrheiten nichts als Furcht u. Schrecken erwecket wird, sei es e. Zeichen e. unrichtigen u. unzulängl. Erkenntniss; können auch sogar selbst die Teufel dergl. haben, so muss e. gottloser Mensch auch ohne die geringste Hoffnung e. dadurch zu erhaltenden Nutzens dergl. leisten u. haben können.*

20-23. *Lubetne vero discere* et nosse tandem, *o homo vana jactans, fidem sine operibus inanimam esse* atque inanem? *Abrahamus, gentis nostrae auctor, nonne ex operibus reportavit div. probationem*, np. *postquam Isaacum filium* unicum promissionisque haeredem, poscente Deo immolandum *obtulit super altare? Vides* igitur, *fidem* nonnisi *adjuvisse eius opera ipsamque operibus* demum *ad finem perfectionemque perductam esse, atque* ita demum factorum documento comprobatum ac quasi *expletum esse elogium a SSâ anticipatum* hoc: *'Fidem vero habuit Abrahamus Deo,* numerosissimam pollicito progeniem per quam omnibus terrae gentibus salus impertiretur, *idque ei ita est* divinitus *imputatum ut probationem div. reportaret': nuncupatus est* in scripturis hominumque ore *amicus Dei.*

20. Quot vba, tot aculei! Quanquam in eodem argumento versans idque in fine diserte exprimens (*ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά* s. *ἀργή ἐστιν*), orditur tamen quasi oppositione aliquâ ad novam pergatur sententiam nunc demum cum lectoribus communicandam. *Θέλεις δὲ γνῶναι;*] *visne vero,* talem fidem esse - ratione mentis animique ac vitae - inanem (v. 17), *discere?* sc. etiamnunc s. aliunde etiam. *'Θέλω lubet mihi, aveo,* אבה; aliud quid est *βούλομαι,* in quo *consilii* notio inest, in illo *affectus'* (Sch). Sms. huc redit: Vix plura posces; possunt tamen 1) alia etiam exempla afferri, eaque 2) SSae, [quid quod 3) ea ipsa quae in contrariam partem allegari solent?]. Quanquam igitur talium exemplorum certa ac fere div. ap. lectores auctoritas esse debebat, non tamen oratio est ita conformata, quasi reliquae adhuc dubitationi supremo occurratur argumento (*Verlangst du e. Thatbeweis?* Ht.; *- den letzten schlagendsten Beweis* Gbs. Grash.; *'γιγώσκ., γνῶσις* de accuratiore VTi cognitione primum fuisse usurpatum constat' Schnk); imo momentum facit, quod *res per se aperta, ex notissi-*

mis adeo [*iisque fortasse ab ipsis adversariis prolatis?*] *exemplis elucescat.* [Vd. ad calcem cp. singul. sub VII)]. Acerba fere increpatio, apte admodum ei tributa quem loquentem induxerat ('quod si adeo stultus es ut adhuc tibi blandiaris inani fide, age' ctt. EB.; *willst du wirklich - ? anzuzeigen dass es gemeinigl. am Willen liege* ctt. BMG.; 'vel haec increpatio secum fert, non raros fuisse isto tempore qui tam levi et vano omine xtianum nomen jactarent et eo facilius multos assecias sibi adjungerent' SML). — Interpositâ compellatione pressius adversarium urget. *Ἄνθρωπε*] *mi homo*, est deprimendo castigantis. *Κενός*] *vacuus, vanus* — quanquam haud temere diceretur *stultus* quippe *vana se spe lactans* (GT. MR.; *von Vorurtheilen geblendet* AGSTI; *gedankenlos, kurzsichtig* PT; q. d. *κενὸς φρενῶν* s. *νοός* = *ἀνόητος* cll. *capitis vacui esse* Iuv. Sat. 15, 23; ריקא Mt. 5, 22[75]) cll. Judd. 11, 3. אֲנָשִׁים רֵיקִים LXX *ἄνδρες κενοί*) — plus tamen inest: agitur de homine qui *operibus vacuus inania jactat vba* [KNP.[76]) SCH. cll. OEC.: *κενὸν ἐκάλεσεν ἄνθρ. τὸν ψιλῇ τ. πίστει αὐχοῦντα, μηδὲν τῆς διὰ τ. ἔργων ὑποστάσεως κεκτημένον εἰς πλήρωσιν*].

21. *Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν*] *Hebraeorum, κατὰ σάρκα, Xtianorum, κατὰ πνεῦμα.* R. 4, 11 sq. cll. Io. 8, 39.: quod posterius (notante KNP) vim sane habet in loco omnia ad imitationem exempli referente, ut np. nonnisi *οἱ ἐκ πίστεως* probentur et beentur *σὺν τῷ πιστῷ Ἀβρ.* Gal. 2, 9. *Ἐδικαιώθη*] = *δίκαιος, δόκιμος, φίλος θεοῦ κατεστάθη* 1, 12. 2, 23. cll. R. 5, 19.: *talis factus est qualis esse debebat, qualem Deus volebat — Deo probatus est*: cuius probationis div. necessaria conditio est *virtus interna*, necessarium consectarium *felicitas aeternum duratura*; itaque: *extitit probus Deoque carus eoque ipso incolumis ac beatus.* Vd. infr. ad calcem cp. disputata sub I) et ad R. 4, 1-5. *Ἐξ ἔργων*] *propter actionem - ex qua* quasi *prodiret* ista *δικαίωσις* (*δικαιοσύνην κ. ἀληθείαν διὰ πίστεως ποιήσας*, ut expressit Clem. R. Ep. I, 30 sq.) - propter filium oblatum, *Ἀνενέγκας τλ.*] *'filium* de Sara unicum, vinctum, ut fieri mos victimis, *imposuit arae* [שָׂם עַל הַמִּזְבֵּחַ; pro quo etiam dici potuisset simpl. הֶעֱלָה], paratus etiam mactare, si Deus in iusso perstitisset' (GT). *Ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον*] *auf den Opferaltar* (GRASH), *vor den Altar* (HT); nonnisi sensum expressit MR.: *in ara obtulit*, nec opus est multorum restrictione: *cum obtulisset* i. e. *cum offerre vellet. Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ*] *s. eigenen Sohn - u. zwar d. Isaac, den einzigen, mit unleugbaren göttl. Verheissungen geborenen, auf dessen Erhaltg die Erfüllg aller Zusagen zu beruhen schien* (BMG). 'Utitur eo documento quod est aliis luculentius' (SML); 'tantâ cum fide et religione Deum coluit Abrah. ut nihil .. ei nimis difficile et arduum esset quin susciperet, nimis carum quin offerret' (SCH). Narratio habetur Gen. 22, 1-19.

75) 'Xtus prohibet *iracundiam* in tales voces prorumpentem, non ipsas voces ubi a magistris ad corrigendos discipulos usurpantur, multoque minus, ubi non *certi homines* notantur sed certa hominum genera. apparet hoc Mt. 23, 17. 19. Lc. 24, 25. Gal. 3, 1. 3' (GT). 76) 'Ut *vanum* s. *κενὸν* in universum id omne vocatur, in quo nihil veri ac solidi inest vel quod aliquam speciem, nihil rei habet: ita illud nominatim ad superbiam et elationem animi refertur, cum quis se effert et sufflat sibique arrogat quae non habet. inde *vanitas* s. *κενότης*, *veritati* opposita, et *mendacium* significat (ut *orationis vanitas* ap. Cic. dOff. 3, 14), et *frivolam jactantiam* atque *ostentationem*; eademque notio elucet etiam in compp. his vcc. *κενόδοξος, κενόσοφος*... quibus simm. sunt hae Latt.: *vanidicus, vaniloquus, vaniloquentia* ctt.. possis ergo *κενὸν ἄνθρ.* accommodate ad illa vv. v. 14. *ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχ.* [cll. 1, 26] h. l. interpretari *κενολόγον, vaniloquum, inania vba jactantem*'.

22. 23. Applicat Abrahami exemplum argumentationi, partim amplificans, partim adversus eos vindicans qui fortasse in Patriarchae fide tantopere celebratâ haererent. Huic applicationi haud exigua vis accedet 1) unitate sententiae: *βλέπεις ὅτι .. συνήργει ... καὶ* (ὅτι).. *ἐτελειώθη καὶ* (ὅτι) *ἐπληρώθη*: quanquam ferri quoque potest: ὅτι *συνήργ. καὶ* (ὅτι) *ἐτελ. καὶ* (οὕτως) *ἐπλήρ.*; 2) affirmatione: 'nam quietus hic ac remissus sermo ei magis convenit, cui propositum est edocere quid ex ante dictis efficiatur' (KNP. provocans ad WOLFII animadv. in Dem. Lept. §. 75. cll. v. 24. Act. 21, 20; *da siehst du nun* LTH); interrogatio: *βλέπεις —; videsne —?* [GT. SML. MR. AGSTI SCHOTT SCH. LACHM.] videtur nimis exilis esse, singulatim praegressâ interrogatione v. 21[1] transponendo etiam adauctâ. Verum haec ad formam tantum faciebant orationis. Res vero ipsa disertam aestimationem fidei ab Abr. praestitae poscebat. *Ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ κ. ἐκ τ. ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη*] Sane 'συνήργει Imp. actionem continuatam exprimit, Aor. ἐτελ. non item. dum tentatur homo *τελειούμενος*, fides operibus velificatur; postremo tandem tam *δικαιωθείς*, quam *τελειωθείς* evadit' (SCH): non tamen tanti momenti est quin salvâ sententiâ c. Cd. 4 *συνήργησε* s. c. Cd. A *συνεργεῖ* legi possit. Decernunt potius Vb. *τελειοῦσθαι* et Praevb. *σύν*.

I) *Fides ex operibus* (post et per opera) *consummata est.* A) *Quasi perfecta est:* AA) *Plene ac perfecte commonstrata* ('τελειωθῆναι ratione et respectu aliorum dr. quibus Abr. sic *δεικνύει*, *ἐδείξατο* fidei suae indolem' SML.; KNP. ut strictior existat argumentatio cll. v. 18. et [perperam] Sir. 34, 10; GES); BB) *Ad effectum sibi destinatum perducta* ('per opera factum est ne fides sperato effectu excideret' GT). Utrumque conjunxit SCH.: 'F. experimentis augetur ac perficitur, quoniam ipse rerum successus, quae per f. conficiuntur, evidentissime monstrat salutarem eius virtutem atque incomparabilem dignitatem.' B) *Ipsa perfecta est* ('fidem eius virtus perfecit ac consummavit i. e. talem fecit qualis esse debet *πίστις* vera ac genuina' HT.; inter agendum aucta est PT).

II) *Fides cooperabatur operibus.* Notio vbi latissime patet: *adjuvare, administrum esse, velificari*, quocunque tandem modo id fiat (R. 8, 28. 3 Jo. 8. 2 Cor. 1, 24. 1 Macc. 12, 1. 2 Macc. 14, 5. cll. 2 Cor. 1, 11; HES.: *συνεργεῖ· βοηθεῖ*). Nostro l. s. animum addendo viresque intendendo s. gratiam div. parando — pro diversâ relatione Praep. *σύν*. Certe nulla causa est cur statuatur 'hypallage s. quaedam constructionis inversio pro *ὅτι τὰ ἔργα συνήργει τῇ πίστει*' (HT. quia [?] vba proxima sint illorum aliquod quasi intptamentum; cll. 2 Th. 1, 8. c. Act. 7, 30). A) *Adjuvit cum operibus operantem* (*d. Gl. trug zugleich zur Rechtfertigg bei*; 'fides et opera effecerunt ut Abr. hoc encomio ornaretur. opera autem nulla erant sine operante: ergo idem dicit ac *ἡ π. συνήργει τῷ Ἀβρ. ποιοῦντι ταῦτα τὰ ἔργα*' SML.: quanquam haecce circumlocutio etiam ita informari potest c. PT°: 'Abr. fide ... sese adjutum sensisse ad immolationis ls. haud recusatae factum adeo praeclarum eo libentius facilius et certius edendum'). B) *Adjuvit in operante opera* (*d. Gl. hat an Hervorbringg d. Werke Theil gehabt*; 'credebat Deum esse veracem et potentem, qui et vellet et posset praestare id quod promiserat: facilius, libentius et certius nunc ad factum accedit, mactare vult filium: nam Deus promiserat tamen sibi numerosam fore prolem' MR. qui addit: absque tali persuasione ac fiducia facile 'turbabimur, tumultuabimur, desperabimus!'). Hujus sententiae ad universam disputationem ratio triplici modo per se potest constitui. *AA*) Fides *demum* momentum ac vim addidit operibus (vicissimque operibus *nonnisi* consummata est). *BB*) Fides *nonnisi* accessit atque adjuvit opera (operibusque *demum* est consummata)

CC) Fides opera *adeo* adjuvit (quid quod per ea *demum* consummata est). Unde

III) Argumentatio ad duplex fere momentum redibit, quod, utut multis modis finitimum atque invicem inclusum, nimis tamen miscuerunt intptes. A) *Itaque fides ac opera separari nequeunt!* ER.: 'Ex factis justitiae laudem meruit, sed quae ex fide proficiscerentur.' cll. GT.: 'ne quis putaret, hic opera sepositâ fide exigi, bene notat ad statum illum gratiae ap. Deum tutandum concurrisse in Abr. et fidem et opera: fidem, quae ab initio ejus status ad consummationem usque decucurrerit, opera, ut fidem subsequentia et dato tempore ac occasione ad conservandum eum statum necessaria'[77]), et KNP.: 'ut intelligeretur, fidei se nihil detrahere, ut qui pie facta fidei accepta referri cum Xto ceterisque hujus apostolis ipse et agnoscat et palam profiteatur; negat vero, ea opera quae a fide sejuncta sunt in pie factorum numero haberi.' Similiter plerique; paucis complexus est GÖPF.: '*Du siehst dass s. Rel. Hdlgen erzeugte u. dass sie durch diese bewährt erfunden ward!*' plenius excussit GBS.: *Schlussresultat des v. V.* 18 *an geführten Raisonnements: dass d. wahre Gl. e. Anregung zu guten Hdlgen enthalte u. diese Hdlgen den Gl. zur schönen Vollkommenh. erheben, dass er nicht ohne dieselben gedacht werden könne u. eben so diese nur aus jenem hervorgehen können, dass überh. eines in das andre greife.*' B) *Itaque recte operibus tribuitur quod fidei tribui videri potest!* 'Abrahamum *δικαιοσύνην* suam *τοῖς ἔργ.* acceptam retulisse modo contenderat. quod quidem ne cum Gen. 15, 6. ubi *τῇ πίστει τοῦ Ἀβρ.* tribuitur *ἡ δικ...* pugnare videatur, Jac. jam addit: hujus ipsius fidei Abr. ad facta, et factorum ad fidem vim mutuam (mutuumque ad gratiam div. conciliandam officium) fuisse, ita ut, editis postea ab Abr. factis fide eius dignis Gen. 22., tam *πίστει* quam *δικαιοσύνῃ* ipsius Gen. 15. celebratae demum quasi complementum accesserit. v. 23' (PT). Np. 1) Abr. acquiescere noluit in *fide;* ceteroquin abstinuisset sese ab *opere* tam *luctuoso;* 2) Deus non tam *tantam fidem* respexit, quippe ipsi satis cognitam, quam *actionem e fide profectam*: namque Gen. 22, 12: *νῦν ἔγνων*, inquit, *ὅτι φοβῇ σὺ τ. θεόν*· et v. 16-18: *κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα .. οὗ εἵνεκεν ἐποίησας τὸ ῥῆμα τοῦτο καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. ἦ εὐλογῶν εὐλογήσω σε καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ... καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσας τῆς ἐμῆς φωνῆς*· itaque 'ideo quod filio suo *prae Dei amore* non pepercisset, foedus *novum* paciscitur idque ipsum facit *jurejurando* (quod quanti sit faciendum, vd. Hebr. 6, 33 sqq.) et sic eum in propiorem amicitiae recipit gradum' (GT).

23. *Atque ita s. ita demum* Ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα] *eventus respondit SSae* non quidem vaticinio sed *anticipato judicio;* 'impleri idem est quod *per experientiam* confirmari ac demonstrari, h. sns.: affirmaverat Gen. 15, 6. SSa de Abr. *quod vere crediderit et hoc ipsi ad justitiam imputatum fuerit:* quando vero fidu-

---

77) 'Quum *συνήργει*, *cooperabatur*, dicit, docemur non male et fidem et opera fidei posse dici causam ut *δικαιώσεως*, *justificationis*, ita salutis (nam *δικαίωσις* retenta salutem affert), modo non intelligamus causam primariam, quae est Dei *εὐδοκία*, *bene placitum*, s. liberum decretum, *ἐκ φιλανθρωπίας*, *ex sua in homines dilectione*, Eph. 2, 4. Tit. 3, 4. sed conditiones, quae saepe causae, sine quibus non, aut sui generis causae dicuntur'.

clari timore et observantiâ erga Deum obtulit filium Gen. 22, 10., hoc egregio obedientiae specimine demonstratum fuit, ipsum veram habuisse fidem adeoque SSam olim vere de ipso testatam fuisse' (HACKSPAN. ap. WP.; suppleta est scriptura VULG.; *durch d. Erfolg wurde bestätigt was schon früher ausgesprochen war* GES.; *die Schr. die da sagt, die schon früher gesagt hatte* GRASH.; 'hac obedientiâ revera *ἐπίστευσε τῷ θεῷ* ut in justitiam ipsi computari posset' SCHNR). Id autem eo aptius notabatur, quum priore l. non fidei documentum, imo v. 8 haec sequatur dubitatio: *δέσποτα κύριε, κατὰ τί γνώσομαι ὅτι κληρονομήσω τλ.* Unde alibi etiam illud effatum jungitur specimini atque experimento triginta minimum annis post dato, ut a Mattathia moribundo 1 Macc. 2, 52. *Ἀβρ. οὐχὶ ἐν πειρασμῷ εὑρέθη πιστὸς καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* Vix igitur opus est effatum illud (SCH) quasi oraculum dicere, cui fide illâ consummatâ plenus quasi eventus i. e. veritas contigerit; facile porro caremus comparatione hebr. et chald. מָלֵא, chaldd. et rabb. תָּקַן, אַשְׁלִים et גְּמַר, *πληροῦν, τελεῖν* ctt. quae etiam dicantur 'ubi tale quiddam accidit quo ejusmodi dicta in memoriam nostram rediguntur et quoquo modo vel confirmantur vel illustrantur' (KNP. p. 533-35); omnium minime licet statuere 'accommodationem, vba VTi propter solam similitudinem aut convenientiam rebus, personis, temporibus aptandi, quibus minime dicta sunt, plane ut proverbiis saepe utimur rebus iis, de quibus jam sermo est, convenientibus' (HT). Verius certe alii: *ita demum plenus effati sensus apparuit.* *Ἐπίστευσε τλ.*] וַיֶּאֱמִן בַּיהוָה וַיַּחְשְׁבֶהָ לוֹ צְדָקָה: *confisus est Deo atque hoc* Deus *ei putavit justitiam* i. e. aestimavit annumeravitque tanquam rem probe factam (*'es wurde ihm als Tugend angerechnet; das Urtheil üb. ihn war, dass er e. δίκαιος, e. Mensch sei der so handelte wie er sollte'* AGSTI). Jac. 1) quod textus et Lxx per *copulam* diserte ad praegressam numerosae sobolis promissionem retulerunt, per *Aé*] interposuit, sententiae non minus quam orationi inserviens. 2) Secutus est, ut Paulus, LXX: *Ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην*] quae enarratio, sensum magis curans quam vba, quanquam eodem revocari possit ex Hebraismo (q. d. וַתֶּחְשֹׁב לוֹ לְצְדָקָה Ps. 106, 31), aptius tamen exponetur: *ita ei annumeratum atque imputatum est* divinitus, *ut inde existeret justitia* coram Deo, probatio div.. Quum vero utraque justitia tanquam antecedens et consequens necessario cohaereat, utraque ratio ad eandem redit sententiam: *διὰ τοῦτο* (*ὅτι ἐπίστ. τ. θεῷ*) *δίκαιος ἐλογίσθη* s. *ἐδικαιώθη* (v. 21). 3) Explicat firmatque, non quasi plura ll. in unum oraculum conflare velit (qui igitur mos huc non facit), sed novum experientiae momentum addens. *Καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη*] I) Nemo dici potest *Dei amicus* nisi qui *δίκαιος* censetur *ἐνώπιον τ. θεοῦ*· 'nec magni refert disputare, utrum *φίλος* hic active an passive sumatur: quia neutrum est sine altero' (SML). Ab antiquioribus illud, a serioribus hoc magis celebratur, idque n. l. contextus flagitat: *'a Deo dilectus, quem sud Deus amicitiâ dignatur'* (SCH). In Gen. nonnisi documenta favoris div. commemorantur, singulatim foedus illud novum jurejurando interposito factum; Jes. 41, 8. dr. a Deo אַבְרָהָם אֹהֲבִי cll. 2 Chr. 20, 7. אַבְרָהָם אֹהֲבֶךָ quod LXX reddiderunt altero loco: *Ἀβρ. ὃν ἠγάπησα* (LTH.: *mein Geliebter*), altero: *τῷ ἠγαπημένῳ σου* (LTH.: *dein Liebhaber*). 'Sollemne hoc Epith. etiam Phil. usurpat (*de vbis resip. Noach.* p. 281) Deum sic inducens loquentem (e Gen. 18, 17): *μὴ ἐπικαλύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβρ. τοῦ φίλου μου* [pro quo LXX: *Οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβρ. τοῦ παιδός μου ἃ*

ἐγὼ ποιῶ; his expressis hebr. [אֹהֲבִי אַבְרָהָם], et Arabes quoque Abr. *Dei amicum* (خَلِيل ٱللّٰه) et vero etiam *amicum* simpl. (ٱلْخَلِيل) tanquam suo ac proprio cognomine appellant' (Knp. cll. *Coran.* Sur. 4, 124. Mich. ad Benson. *Paraphr.* p. 120. et Schnurr. ad Ps. 148, 14). Ceterum hocce elogium et Hebraeis et extraneis satis est tritum; vd. Wtstr. et quos laudat Wr.; ut Sir. 45, 1. 46, 13. ubi Mos. et Sam. vocantur ἠγαπημένοι ὑπὸ θεοῦ· Max. Tyr. 20, 6: ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ. — καὶ μακάριος εὐσεβὴς φίλος θεοῦ· Sen. (cur bonis male 1): *inter bonos viros, ac Deum amicitia est conciliante virtute.* II) Quod Ἐκλήθη] sane non tantummodo *vocatus est* sed etiam **fuit**; verum vertere: *factus est, fuit* ('locutione hebraea' cll. 1 Jo. 3, 1. c. Jo. 1, 12; Jes. 1, 26 all. Gr.; 'pro simpl. ἦν, יִהְיֶה cll. Eust. ad Hom. *Il.* 4, 61. τὸ κέκλημαι ἀντὶ τοῦ εἶμι κεῖται· multisque all. ll. Pr), eo minus licet quum agatur de *cognomine* eoque *honorifico* (*mehr als gewesen: anerkannt, feierlich erklärt* Bng.; 'merito . . celebratus' Ht.; 'mit d. Namen *Gottes Liebling* beehrt' Sch). Vd. Wr. *Gr.* p. 495 sq.

Exemplo Abr. aliis aliis momenta arripientibus, non solum varius usus extitit sed etiam abusus. *Actio* Abr. jam exaggerata habetur ap. Sir. 44, 20: Συνεκήρυσε νόμον ὑψίστου· καὶ ἐγένετο ἐν διαθήκῃ μετ' αὐτοῦ . . καὶ ἐν πειρασμῷ εὑρέθη πιστός· cll. 1 Macc. 2, 52. Gen. ipsa non solum ab opere est exorsa (12, 4), sed opus etiam, alteram tentationem feliciter superatam, addidit tanquam momentum ac fastigium, monstrans fidem demum 'per labores atque aerumnas, per tentationes et ardua opera consummatam esse, quae si praestare non perseverasset, etiam prioris laudis jacturam facturus fuisset' (Sch). Add. Sap. 10, 5. (ἡ σοφία) εὗρε τὸν δίκαιον κ. ἐτήρησεν αὐτὸν ἄμεμπτον θεῷ, κ. ἔπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐφύλαξε (*liess ihn fest sein wider das väterl. Herz gegen den Sohn* Lth). Plerumque tamen *fides*, ex qua demum fluxerunt quae Deo probaverunt actiones, celebratur. Ita secundum Phil. habuit πίστιν, quae sit παρηγόρημα βίου, πλήρωμα χρηστῶν ἐλπίδων, τὴν βασιλίδα τῶν ἀρετῶν (plura vd. ap. Wtstr. ad R. 2, 3. 12. 23. Gal. 3, 6. Hebr. 11, 19. et ap. Carpz. *Exercc. in Ep. ad Hebr. e Phil.* p. 533), et sec. Rabb. *non haereditate possedit mundum hunc et futurum nisi per fidem.* Ita sec. Paul. R. 4, 16 sqq. παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσε . . μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει . . οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ θεῷ κ. πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι atque hoc ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικ. Add. Gal. 3, 6 sqq. cll. 4, 21 sqq. Ita denique in Ep. ad Hebr. 11, 17 sqq. disserte provocatur Isaaci oblatione tanquam illius fidupine luculentissimo documento: πειραζόμενος καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος . . λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς ὁ θεός. — Add. quibus Phil. (*quis rerum divn. haeres*) exornavit Abr. fidem: Ἀναγκαίως ἐπιλέγεται· ἐπίστευσεν ὁ Ἄβρ. τῷ θεῷ πρὸς ἔπαινον τοῦ πεπιστευκότος. καὶ τοι τάχα ἄν τις εἴποι, τοῦτ' ἄξιον ἔπαινον κρίνεται; τίς δὲ οὐκ ἂν λέγοντι κ. ὑπισχνουμένῳ θεῷ προσέχοι τὸν νοῦν, κἂν ἁπάντων ἀδικώτατος κ. ἀσεβέστατος ὢν τυγχάνων, πρὸς ὃν ἐροῦμεν· μὴ, μὴ, ὦ γενναῖε, ἀνεξετάστως ἢ τὸν σοφὸν ἀφέλῃ τὰ πρέποντα ἐγκώμια, ἢ τοῖς ἀναξίοις τὴν τελειωτάτην τῶν ἀρετῶν πίστιν μαρτυρήσῃς, ἢ τὴν ἡμετέραν περὶ τούτων γνῶσιν αἰτιάσῃ. βαθυτέραν γὰρ εἰ βουληθείης ἐρευνᾶν καὶ μὴ σφόδρα ἐπιπόλαιον ποιήσασθαι, σαφῶς γνώσῃ, ὅτι μόνῳ θεῷ χωρὶς ἑτέρου προσπαραλήψεως οὐ ῥᾴδιον πιστεῦσαι, διὰ τὴν πρὸς τὸ ὄντως ὂν συνεξευγμένα συγγένειαν, ὅπερ ἡμᾶς κ. χρήμασι κ. δόξῃ κ. ἀρχῇ κ. φίλοις, ὑγείᾳ τε καὶ ῥώμῃ σώματος κ. ἄλλοις πολλοῖς ἀναπείθει πεπιστευκέναι· τὸ δὲ ἐκνίψασθαι τούτων ἕκαστον κ. ἀπιστῆσαι γενέσει τῇ πάντα ἐξ ἑαυτῆς ἀπίσιν, μόνῳ δὲ πιστεῦσαι θεῷ τῷ καὶ πρὸς ἀλήθειαν μόνῳ πιστῷ; μεγάλης κ. ὀλυμπίου διανοίας ἔργον ἐστι πρὸς τὸν οὐδενὸς οὐκέτι δεόμενον τῶν παρ' ἡμῖν. εἰ δὲ τὸ φάναι, λογισθῆναι τὴν πίστιν εἰς δικαιοσύνην αὐτῷ, δίκαιον γὰρ οὕτως οὐδέν, ὡς ἀκράτῳ κ. ἀμιγεῖ τῇ πρὸς τ. θεὸν μόνον κεχρῆσθαι. — De hujus exempli abusu vd. ad calcem ep. sub VI).

Fides Abr. proxime quidem spectabat *numerosam sobolem divinitus promissam.* Verum *fiducia* tamen erat eaque *in Deo reposita*, idque tam firmiter, ut nec, filii adhuc expers, effoetam aetatem metueret (Paul.), nec, filium tandem nactus, ejus immolationem recusaret (script. ad Hebr.). Accedit, quod altera

promissionis pars, *felicitatis per istam sobolem cum omnibus gentibus communicandae* (*καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ, ἐν τῷ σπέρματί σου πάσαι αἱ φυλαὶ, πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς* Gen. 12, 3. cll. 22, 18), ad Messiam jam revocata est a P. Gal. 3, 8. 16. in eoque eventum habuit singulari sensu. Nec evertit argumentationis momentum, quod nixi promisso per somnium dato (Gen. 15, 1) nonnulli notarunt: 'quicquid somniantes experiebantur veteres, somnii naturam nondum perspicientes, divinitus sibi, pro somnii ratione modo explicatum, modo mandatum, modo promissum putabant' (PT), ideoque mandatum etiam filii immolandi 'eum nonnisi per somnium, fortasse ex perpetuâ de filii unici vitâ servandâ sollicitudine oriendum, accepisse et ex istius aevi genio ob id ipsum pro mandato vero div. habuisse' statuerunt, 'quo quidem uno, salvâ Abr. pietate, omnes quae hanc historiam undique premant difficultates prorsus corruant et evanescant'. Stat GT[li]; Fides Abr. 'nunquam evidentius emicuit, quam quum se ad parendum praecepto Dei de filio occidendo accinxit. Erat enim ea fides ingens et evglicae instar, ita et de potentiâ Dei et in dictis suis ratis faciendis constantiâ existimans, ut filium, unde cetera magnifica promissa pendebant, vel a morte sibi restitui posse crederet'. Profecto enim 'haec praeparatio, in qua praeter letalem ictum nihil aberat, facit ut rei tanquam peractae laudem sit a Deo consecutus... Optime SALV.: *Quantum ad defunctionem cordis pertinet, immolavit*... Significanter autem addit. *ἐπὶ τὸ θυσ.*] *super altare*, e Gen. 22, 9. quasi diceret: ad certam, ut ipse arbitratur, mortem quae victimas ita altari impositas et in id ligatas solebat sequi.' — 'Vulgo (ait Scs) dictum illud: *Abr. credidit Deo et reputatum est illi in justitiam!* accipiunt ita, quasi ex eo tantum quod illud promissum Dei, progeniem ipsius fore tam innumeram quam stellas, minime addubitaverit, satis superque Deo probatus fuerit infinitamque ab eo inierit gratiam; solam igitur quam tribuerit fidem promisso, quod ejus desiderio votoque supra modum annuit, a Deo tanti aestimatam esse. non magis autem reputant, unde voluntatem Deus in Abr. conceperit tam prolixam, quam unde tam ampla conscientia venerit Patriarchae, per quam tantum promissum poterat mente complecti; quasi Gen. tria capita superiora nunquam legissent'.

Sententiae explanandae adhuc inserviant haec: 'Quoniam eos, ne in tentationibus deficerent et ut fidem suam per opera probarent, admonebat, eleganter de Patriarcha posuit exemplum per quod eos in utraque virtute posset instituere. quae enim tentatio major, exceptis his quae ad proprii corporis plagas pertinent, accidere potest quam si quis filium unicum dilectissimumque suum senex cogatur occidere? quomodo autem tunicas vel oves suas pro div. amore pauperibus dare differret, qui filium, quem senex acceperat haeredem, ad jussionem Domini statim morti dare non distulit?' (BD). 'Quodsi Abr. fides illa adeo praedicata Gen. 15, 6. profuit quidem sed non sola, quid est cur alii de sua fide non operante plus promittere sibi debeant? Abr. si fidem ad favorem Dei conciliandum ac retinendum sibi credidisset sufficere, abstinuisset opere tam luctuoso' (GT). '*Ebenso wie Abr. Glauben zu Gott hegte, eben so sollen auch wir Gl. zu Xsto u. durch Xstum zu Gott hegen. aber eben so wie jener des ihm verheissnen Heils nimmermehr durch e. Gl. ohne gute Hdlgen theilhaftig geworden wäre, eben so werden auch wir durch e. solchen Gl. niemals zu dem durch Xstum verheissnen Heile gelangen können*' (GSS). '*Jac. leugnet nicht, dass Gl. dem Abr. das Wohlgefallen Gottes erworben habe; er behauptet nur, Abr. habe dafür Thatbeweise geben müssen... Er that sein Bestes, um den Ausdr. Werke, wovon die paul. Schule nichts wissen wollte, woran sie auch in ihrem Sinne Recht hatte, wieder zu Ehren zu bringen... Selbst Rahab musste erst Thatbeweise geben, etwas leisten, ehe sie sich d. Ruhm einer Verehrerin Jeh. erwarb. Sehr schön wählt d. Vf. abstechende Beispiele um s. Satz zu erläutern; d. Vater der Gläubigen u. e. Buhlerin zu Jericho, ja selbst die Teufel werden von ihm angeführt um s. Behauptg einleuchtend zu machen*' (STZ).

24-26. *Videtis* igitur *ex operibus* potissimum *probationem div. reportare hominem nec tantum ex fide.* Ita aperte Abrahamus. *Verum itidem etiam Rahaba* quondam *meretrix, nonne ex operibus reportavit probationem div.* ejusque fructus, np. *postquam nuncios* a Josua exploratum missos clam *suscepit* civiumque insidiis subductos *abid* quam vulgari *vid*, per murum et devia, *emisit? Quemadm. enim corpus a spiritu sejunctum mor-*

taum est merumque cadaver iners et inutile, *ita etiam fides ab operum sejuncta* experimento *mortua*, iners et inutilis et in Rahabà fuisset et in nullo non Xtiano *est*.

Colligit summam ante dictorum (24), illustrat comparatione (26), amplificat interposito Rahabae exemplo (25). Hoc exemplum quum abesse queat salvo [quid quod facilius (ob γὰρ v. 26) fluente] contextu; quum ipsum populo Xti minus accommodatum sit, quippe foeminae 'cujus fides erga Deum mendaci perfidià in civitatem suam regemque probatur', et unde 'facile colligi posset infidelibus fidem nullam habendam esse' (SCH): admodum luberet pro interpolato habere, nisi satis defenderetur 1) praesidiorum critt. auctoritate plane consonà, 2) usu in fidei commendationem non quidem a Paulo, verum in Ep. ad Hebr. vere facto: qui usus magis Jac. excusabit quam SCH[II]: 'apostolis ignoscendum, si quando dormitabant.'

24. In conclusione momentum facit oratio omni ex parte directa. Namque finità refutatione alius nomine prolatà ad suam redit demonstrationem: compellat 1) universum coetum, idque 2) diserte et 3) ἀσυνδέτως. *Τοίνυν*] 'abest a tam multis et bonis Cdd., etiam translatt. vetustis [ABC ctt. SYR. utr. COPT. VULG. corb.] ut dubitari non possit abfuisse inde ab initio et deberi *additioni*, qua ad sensum quidem opus est sed non ad textum' (SML); 'talia enim noster, brevitatis studiosus et concitatius scribens, omittit interdum' (KNP). *Ὁρᾶτε*] non c. Tigurinà: *sehet ihr nun -?* nec c. GT.: 'discite hoc viri magni exemplo' - sed c. LTH.: *so sehet ihr nun -!*; vd. ad v. 22; SYR. singular. expressit: *vides*, accommodate ad antecedd. sed minus nervose. *Ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον*] vd. ad v. 21. De sententià ipsà nulla dubitatio esse potest. *Homo probationem div. nanciscitur non quidem propter* solam *fidem, at* solum *propter fidem.* Vbor. ambiguitas duplicem admittit adstrictionem. *A*) Adv. locatum est pro Adj. [ita plerique praeeuntt. THPH. et Cdd. 4. MT. c. (qui pro *μόνον* legunt *μόνης*) et GT. cll. Mt. 5, 47. 21, 19. Jo. 13, 9. Act. 11, 19. R. 3, 29 al.; 'quibus exemplis (ait KNP), si opus esset, plura eaque exquisitiora e Grr. Latt.que scriptoribus facili negotio addi possent]. Haud raro non solum negligentius loquimur, sed etiam eodem redit utrum Adj. an Adv. utamur. *B*) Oppositionis lege explenda est oratio: *non solum fide sed* (*etiam*) *operibus* - np. cum fide conjungendis, itaque sensu haud diverso.

25. *Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ τλ.*] *similiter vero etiam R. meretrix, nonne propter opera Deo probata est?* Oratio plane attemperata tractationi de Abr. v. 21. graviter affirmat partim interrogatione partim transpositione. Nec igitur, si vel post *Ῥ. ἡ πόρνη* interpungatur, licebit Vbo ab Adv. prorsus separato explere: *ὁμοίως* (*ἦν*); multo minus haec ratio (PT. GBS) efficacior dici meretur. — Interponit aliud exemplum, quod quanquam alteri universà conformatione vbisque *Ὁμοίως καί*] *com*ponit, eidem tamen per *Δέ*] non tam simpliciter *ap*ponit quam *op*ponit, quippe *eidem quidem probationi inserviens, verum satis diversum.* Rem e Jos. 2. et 6, 22-25. notam in usum etiam vocavit scriptor Ep. ad Hebr. 11, 31. *Τοὺς ἀγγέλους*] *notos illos nuncios*, duumviros a Josua *exploratum nunciatumque* missos (הַמְּלָאכִים אֲשֶׁר שָׁלַח לְרַגֵּל s. אֹתָם מְרַגְּלִים) Jos. 2,

1. cll. 6, 25. LXX: *τοὺς κατασκοπεύσαντας οὓς ἀπέστειλεν Ἰησοῦς κατασκοπεῦσαι*), *speculatores*, prpr. suo nomine dictos *κατασκόπους* (ut CG all. legunt e l. p.). *Ὑποδεξαμένη*] non tam: *sub tectum*, quam: *clam excepit*; 'non tantum in domum recepit sed et latebris, ne reperiri possent, abdidit' (GT) viros noctu ingressos (2, 2. 4). *Ἐκβαλοῦσα*] Pingit *modum dimittendi*, partim festinatum (*zu eilfertigem Entweichen nöthigen u. anhalten* BMG) partim operosum (*forthelfen* ROSENM.; *hinausschaffen* GES.; quod Virg. dixit: *demissum lapsi per funem*): prout *ἐκ* ad tempus spatiumve retuleris. Haud aliâ ratione (*λάθρα*) *ἐκβάλλειν* componitur c. *ἀπολύειν* Act. 16, 37. cll. 36. Add. Jo. 10, 4. Non exhauriunt hebr. הוֹצִיא et quod habetur Jos. 2, 15 sq. הוֹרִיד. *Ἑτέρᾳ ὁδῷ*] *viâ aliâ* quam qua venerant et ituri putabantur, insolitâ, np. per fenestram ex aedibus in ipso muro extructis; 'fune per fenestram muro urbis injunctam dimisit incolumes, viamque monstravit per quam inquisitores ex urbe missos fallerent' (GT). *Ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη*] vd. ad v. 21; '*operibus* id consecuta est ut *justitiae praemium* a Deo referret, sola Dei jussu servata, quum omnes ejus populares interficerentur, deinde dignata conjugio viri eminentis[78]) inter suos' (GT); quanquam vero eorum, quae de Josuae speculatoribus bene meruit, externa primo loco reportavit praemia, ea tamen non facile caruerint utilitate ad animi salutem.

Quod noster *ἔργοις*, id Ep. ad Hebr. tribuit *πίστει*. Np. haec 'justificationem ex fide docens, respicit ad Jos. 2, 9-14. ubi R. quandam *fidei suae declarationem* edit, quando dicit, se de maximis et incomparabilibus Jehovae miraculis in Aeg. et mari algoso patratis convictam esse ita, ut *Jeh. Deus Isrr. in coelis supra et in terris infra* ctt. Jac. vero ad v. 14 sqq. ubi R. fidem antea declaratam *bono opere exequitur* ctt. Hoc in casu vett. Judd. doctores dicere solent: unus rem probat ex רישא *principio sermonis*, alter ex סיקא *fine sermonis*' (SURENHUS. *βιβλ. καταλλ.* p. 672). Igitur suprema sane causa erat ista persuasio, orta ex rerum ab Isrr. gestarum famâ trepidationisque suorum consideratione. Sed sola haec persuasio, si vel vbis etiam expressa, nihil profuisset. 'Quin contra talis fidei professio, quae a factis discordaret, id sine dubio effectura fuisset, ut etiam atrociori supplicio quam ceteri Hierichuntini afficienda censeretur' (KNP.; '*was an ihr gerühmt wird, ist theils ihre πίστις, ihr festes Vertrauen auf den mächtigen Schutzgott Israels, theils ihre ἔργα, ihre Verheimlichg u. Befreiung der irrenden Kundschafter, welche e. Folge dieser πίστις war*' AGSTI). A diserta vero commemoratione ac aestimatione fidei in hac re

---

78) Nec tamen *Boozi* sed sec. Mt. 1, 5. *Salmonis*, sec. all. ipsius *Josuae*. In hebrr. narratur suam, suorum suarumque rerum integritatem, jurato a speculatoribus pactam, revera obtinuisse atque posthac *inter Israelitas habitasse ad hunc usque diem* (6, 25). Sec. Jos. Antt. 5, 1. agris eam donavit Josua atque *διὰ τιμῆς εἶχεν ἁπάσης*: sistiturque *καταγωγίου* domina eaque fatidica, quae, Hierichuntem ab Isrr. expugnatam incolasque occisum iri, dicit exploratoribus discedentibus se scire *σημείοις τοῖς ἐκ θεοῦ διδαχθεῖσαν*. A Judaeis in quatuor pulcris mundi mulieribus (c. Sara, Abig. et Esth.) numeratur materque celebratur octo prophetarum eorumque sacerdotum; dr. decem annos nata fuisse quum exirent Israelitae ex Aegypto, scortata 40 annos quos in deserto exegerunt, proselyta facta post 50mum annum aetatis: dixerat ea: condonet mihi Deus mea peccata pro mercede funis, fenestrae et lini. *Glossa*: traditur, ita eam dixisse: domine mundi, per tria peccavi, per tria fiat condonatio: per funem et linum et fenestram. nam adulteri ascenderant ad eam funibus, viâ fenestrae, et descendebant et quoque abscondebat eos in linis ligni, et per ea ipsa tria merita est liberando legatos. Loca vd. ap. MEUSCHEN. NT. e Talm. illustr. ad Mt. l. c. p. 40 sq.

praestitae esse Jac. abstinuit, quia quae in Abrahamo celebratissima erat atque primaria, in Rahaba tecte magis suberat actioni Israelitis gratissimae. Quod autem ex ipsa re consilio Jac. perquam aptum erat exemplum, ei novum momentum ex personâ accedebat. 'Quia (ait Gt) multi etiam alienigenae in eandem cum Judd. credentibus ecclesiam coaluerant, alterum Jac. exemplum addit, valde ad eorum rem appositum: *foeminae* et *extraneae* a sanguine Abr. et *vitae antea mendosae*, quales et plerique ex gentibus fuerant'. Namque si vel artificiosius sit, Jac. foeminarum etiam disertam rationem habere[79]), foeminaeve elegisse exemplum ob majorem imitandi facilitatem[80]), meretricisve ob allegoricam idololatriae tanquam scortationis repraesentationem[81]): apte tamen ac fere sponte inserviebat flagitiosis ad meliorem vitam jam transgressis. Quod solum offensione haud caret, *quod np. fallaci erga patriam perfidiâ vitae rebusque suis prospexit*, id non quidem tollitur summâ, quam potissimum mente tenuerit, vi misericordiae[82]), verum elevatur eo quod non solum summi et ap. Judd. et ap. Xtt. fuit honoris, sed exempli etiam instar inter hosce in usum jam vocata. Certe usu ac lucro non minus carent quam successu, qui argutati sunt in appellatione

Τῆς πόρνης] Artic.[83]) appellationem non ipsam accuratius de-

---

79) Ut fecerit 4, 4: *μοιχοὶ κ. μοιχαλίδες!* Gns.; ut (?) 'constat in usu fuisse Hebrr. doctoribus, ubi gravem aliquam sententiam probarent exemplis e vitâ petitis, viris insignibus diserte quoque mulieres apponere, ut sexum muliebrem eâdem conditione esse ostenderent. Hebr. 11, 35. Phil. de nobilit. p. 908. vbis de Abr. factis ita pergit: *ταύτην εὐγένειαν οὐ μόνον θεοφιλεῖς ἀνδρες ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐζήλωσαν*, e quibus Thamar. excitat, exemplum nostris moribus haud mihus absonum illâ Rah.' (Schnk). 80) Bd.: 'Ne se causarentur opera tanti patris Abrahae imitari non valere, praesertim cum nullus eos modo cogeret Deo filios offerre perimendos, sed hoc potius ipse per scripturas Deus fieri prohibeat, addit et *mulieris* exemplum, mulieris *criminosae*, mulieris *alienigenae*, quae tamen per opera misericordiae, per officium hospitalitatis etiam cum periculo vitae suae Dei famulis exhibitum, *justificari a peccatis* meruit, *isr. populi civis adscribi*, *regalis eorum prosapiae catalogo annumerari*, *ipsius domini ac salvatoris nostri generationibus*, quae a Patriarchar. fonte descendunt, *inseri*, *ab exsidio patriae perennis*, cujus perfidiam deseruit, *erui*'. 81) Calv.: 'Videtur absurde facere, qui tam dispares simul copulat. cur non ex magno potius insignium patrum numero aliquos delegit quos Abrahae adjungeret? cur illis omnibus praetulit meretricem? consulto duas personas tam diversas inter se commisit, quo evidentius monstraret, nullum unquam, cujuscunque esset vel conditionis vel gentis vel ordinis, fuisse absque bonis operibus inter justos et fideles habitum. Patriarcham nominavit longe omnium excellentissimum: nunc sub meretricis personâ comprehendit *omnes qui quum alieni essent ab ecclesiâ*, *inseruntur*. quisquis ergo justus censeri cupit, etiam ut inter infimos locum aliquem habeat, bonis operibus se talem ostendat'. Chrysost. *serm. 2 de poenit.*: *Εἰκὼν τῆς ἐκκλησίας ἡ Ῥαὰβ τῆς ποτε πεφυρμένης τῇ πορνείᾳ τῶν δαιμόνων.* Magis adhuc ad allegorias descendit Ambros. ad Ps. 37: 'Quid de viris sublimibus loquar? Raab meretrix, alienigena illa de saeculo, tamen animam suam non solum contentu omnium quae habebat, sed etiam vitae periculo putavit esse redimendam: quae exploratores Jesu Nave civibus suis quaerentibus denegavit et hostes patriae, legatos tamen fidei, maluit occultare quam perdere. non eam minae civium, non bellorum pericula, non incendia patriae, non suorum discrimina terruerunt. Disce *vir*, disce *Xtiane*, quomodo *verum Jesum* sequi debeas, quando foemina contemsit omnia sua et *Jesum in figurâ* propter similitudinem nominis est secuta'. It. Bd. supra allatis addens haec: 'His conversae ad meliora mulieris exemplis suadet auditores suos *patriae perennis introitum cavere*, et a cujus sceleribus credendo recesserant, ab hac etiam fructuosis operibus se meminisse secernere, quatenus sanctorum coetibus copulari et ad redemtoris sui mereantur pertingere consortium. et illos ergo hortatur suscipere nuncios Jesu hos. *praedicatores vbi evgtii gratanter audire*' ctt. 82) Ep.: 'Tantum valet ap. Deum misericordia ac beneficentia in proximum, ut mulier, ut meretrix, ut alienigena, hospitalitatis officio commendata, meruerit *in* catalogo piorum, in catalogo civium, in catalogo probatissimorum Patriarcharum annumerari'. 83) Fluctuat certe Hr: 'Artic.. clare opinor,' arguit non gentem sed vitae genus significari'.

finit sed diserte tantum attribuit, idque foeminae hoc nomine historice satis insignitae, nec tamen ab aliâ ejusdem nominis distinctae (unde Jos. 2, 1. אִשָּׁה זוֹנָה וּשְׁמָהּ רָחָב, deinde vero 6, 17. 22. 25. הָאִשָּׁה הַזּוֹנָה et רָחָב הַזּוֹנָה: a qua non diversam esse Salmonis uxorem Mt. 1, 5. id ipsum suadet quod simpl. ἡ Ῥαχὰβ dr.). Vox utriusque linguae tam trita est sibique tantopere constat, ut significatus *mulieris cibaria vendentis* nec e chald. זוּן *cibare* cll. hebr. מָזוֹן *cibus*, nec e gr. περνάω *alere* (?; est *vendere*, unde πόρνη) recte deducatur. Multo minus decernit, quod CHALD. Jos. 2, 1. Judd. 11, 1. 16, 1. 1 Rgg. 3, 16. זוֹנָה reddidit פּוּנְדָקִיתָא (a פּוּנְדַק = πανδοκεῖον s. πανδόκιον) corrupt. ex πανδοχὶς s. πανδοκεύτρια (quo ipso usus est CHRYS. l. c. qui tamen meretricem sistit *homil.* 3 *in Mt.*). Melius sibi constat sensus. Fuit profecto *caupona* vel *hospita* (GT); sed non ideo dicta est זונה; solebant meretrices cauponam et cauponae meretricium facere. Fuit porro *idololatra*, *peregrinos colens Deos* (ROSENM); sed nec ideo dicta est זונה; 'fatendum est, sic potius prophetas stilo sublimiori utentes loqui, quam in tenui narratione historicâ id ita dici, ubi potius vbi proprietas servanda erit, fuisse quondam[84]) lascivioris vitae generis mulierem istam' (MR); 'nec ullibi vocem זונה de *muliere singulari*, sed vel de *totâ gente jud.* Jer. 2, 20. Ez. 16, 35. vel de *urbe* tantum *Hieros.* Jes. 1, 21. me legere memini' (PT); add. Ap. 17, 1 sqq. Paucis: fuit *meretrix*, cujus partim ap. Judd. famae, partim ap. Xtt. in Xti genealogia commemorationi deberi visum est studium illius criminis diluendi.

26. Ὥςπερ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν οὕτω κ. ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι] Tertium comparationis est *absentia vitae* i. e. *spiritûs* in corpore, *operum* in fide, itaque illîc rei internae, hîc rei externae. Hoc sane discrimen paululum impedit imaginem, eo magis quo facilius *opera* cum *corpore*, *fides* cum *spiritu* componantur (unde v. c. Hebr. 9, 14. ἔργα νεκρὰ a quibus purgata conscientia λατρεύει θεῷ ζῶντι). Convenit tamen, quod *inanima atque mortua* ut *sensu et efficaciâ* ita etiam *pretio et utilitate carere* cogitantur (vd. adv. 17 [p. 126]). Quum autem Πνεῦ-

---

84) Πόρνη 'non quod talis esse *perrexerit*, sed quod talis *fuisset*' (GT); np. 'saepe fit ut tale cognomen, e vitâ ante actâ aut pristino statu cuipiam inditum, maneat et fixum sit: quo e genere ex ipsis NTi libris exempla afferri possunt Ματθαίου τ. τελώνου, Σίμωνος τ. λεπροῦ et Ζηνᾶ τ. νομικοῦ' (KNP). Nec tamen opus est ac vix licet cogitare de meretricio quaestu *jam tum* omisso quum isti exploratores venirent. Hi enim, quod meretricem potissimum adierint, excusatione haud egent. Recte vero KNP.: 'In libro Jos. de ea re nihil extat literis proditum, nec laus huic mulieri propter facta et fidem h. utroque in l. NTi tributa eam intptationem efflagitat. meminerimus etiam, illam fidem quae *aeternam* salutem affert, in R. non magis laudari quam in Sims. Jephtha aliisque compluribus quorum exempla Hebr. 11. Xtianis ad imitandum commendantur'. Quodsi vero desiit meretrix esse, ne opus quidem est c. HT. excusare: 'Qui ipsa re offenduntur, ii non cogitant, ista haud esse ex hodiernae aetatis cultu atque sensu judicanda, et si quae in hominibus, quorum mores universe probari haud possint, vere laudabilia commemorentur, non ideo eorum instituta probari'. — Add. SML.: 'Parvi momenti est quod Rahabae statum ac vitae genus multi malunt ita describere, ut avertant nomen *meretricis*... Cum ipsi scriptores SS. nihil admoneant, ne meretrix isto nomine censeatur: operae sane pretium non est *post tot seculorum intervallum historiae quasi accuratius nos consulere velle*'.

μα] *spiritus* non solum *animam* et *animum* complectatur, quibus junctis corpori subministratur vita, sed etiam *halitum ac respirationem*, quibus ista vita se exerit: concinna certe constitui posset ratio haec: *quemadm. vita corporis respiratione, ita vita (animi ideoque etiam) fidei actione conspicitur atque exeritur;* 'quemadm. itaque respiratione penitus sublatâ cognoscitur animam ex corpore excessisse, ita ubi opera desunt, intelligitur fidem hominis non veram sed imaginariam atque adeo cadaver esse' (WF). Quid quod *opera* dicta esse possent *consequens* pro *antecedente*, h. m.: *quemadm. corpus animâ destitutum mortuum est et inutile, ita fides, si desit caritas, mortua est et inefficax.* 'Caritas (ait SCH) fidei anima, qua dum vacat, iners jacet quasi corpus inanimum'.[85]) — Ceterum comparatio, quae universâ suâ conformatione conclusionem addit toti disputationi, per Γάρ] tanquam *confirmatio* addita est exemplo proximo (*nicht sow. e. Folge als vielmehr e. Beweis u. e. Bestätigg des Vorhergeh.* BMG) atque eo demum ad praecedd. omnia refertur, quod quae ad Rahabae singulatim fidem erant applicanda, ad fidem applicantur universam. Sensui bene inservit HT[1]: 'Partic. *causalis* sententiam arguit ita fere supplendam: *atque sane ita res habet', namque* ctt.

DISSIDIUM QUODDAM DE FIDE ET OPERIBUS

inter nostram sectionem et ll. R. 3, 27-4, 25. Gal. 2, 16. 3, 6 sqq. Hebr. 11, 17-19. 31. intercedere, ab antiquissimis inde temporibus notatum est. Nec tamen haec sententia, satis antiqua et communis, alio fundamento niti videtur quam apertâ vborum formulaeque docendi discrepantiâ. Unde quanquam qui in varia conciliandi studia se darent, longe plurimi, non minus praejudicati quid attulerunt quam qui istâ repugnantiâ ad Ep. repudiandam, fortasse primis jam temporibus[86]), moverentur: ista studia magis minusve idonea eo diligentiorem considerationem merentur, quo facilius ejusmodi discrepantiam casus reive natura subministraverit. Quid quod in quibus etiam recentiora tempora haud parum laborarunt, ea fere omnia jam tetigerunt illi quorum expositiones praemisit GBS. p. 200-210. Quae vbis discrepent, re et sententiâ congruere, jam OEC. et THPH. inde monstrarunt, quod *πίστιν* et *ἔργα diverso sensu* dicant, J. fidem quae sit *simplex assensus*, opera vero *fidem corroborantia*, P. fidem *ex affectione cum firmo assensu et effectu*, opera vero *legalia*: ita ut discrepantiâ significatûs pro consilii ratione usi, eodem Abr. exemplo alter *τὰ ἔργα τ. πίστεως* alter *τὴν πίστιν τ. ἔργων* commonstraverit[87]). Eodem redire, utrum Abr. ex fide an ex operibus ju-

---

85) Add. CHRYS. ad R. cp. 8. *Οὐ δυνατὸν οὐδὲ μετὰ τ. πίστιν ῥαθυμοῦντα σωθῆναι· εὔκολα γὰρ τ. παλαίσματα, ἵνα νικήσῃς ἀγωνιζόμενος, οὐχ ἵνα καθεύδῃς, οὐδ' ἵνα τῷ μεγέθει τ. χάριτος πρὸς ῥαθυμίας ὑπόθεσιν ἀποχρήσῃ, τῷ βορβόρῳ πάλιν ἐγκαλινδούμενος τῷ προτέρῳ.* et l. 4 *de sacerdot.*: *οὐδὲν κέρδος ὑγιοῦς πίστεως, τῆς πολιτείας διεφθαρμένης.* 86) Vd. Prolegg. et not. 91. 87) *Οὐκ ἀντιφάσκει ταῦτα τ. μακαρίῳ Παύλῳ, κατὰ δυὸ σημαινομένων τοῦ τ. πίστεως ὀνόματος φερομένου. ἐπί τε γὰρ τ. ἁπλῆς τοῦ φαινομένου συγκαταθέσεως πίστιν εἰώθαμεν λέγειν, καθὸ κ. τοὺς δαίμονας ἐγνώκαμεν πιστεύειν ὅτι θεοῦ υἱός, κ. πάλιν τὴν ἐκ διαθέσεως ἐπακολούθησιν μετὰ βεβαίας συγκαταθέσεως τῷ τῆς πίστεως προσρήματι καλούντων ἡμῶν. Ἰάκ. μὲν τ. ἁπλῆν φησι συγκατάθεσιν νεκρὰν εἶναι*

stificatum dicas, fide quippe ex operibus confirmata, notavit Schol. ap. MATTH. ad v. 21[88]). Iisdem vbis diversa tractantem disputationem non casu extitisse visa est AUGUSTINO; existimavit a J. exponi *quomodo P. non bene a multis intellectus sit intelligendus*, nec vero contradici, quia ceteroquin ipse P. sibi contradiceret, agi potius hic de operibus quae fidem praecedant, illic de operibus quae sequantur[89]).

πίστιν κ. ἀμοιροῦσαν τ. ἀναζωπυρούντων ἔργων, Π. δὲ τὴν ἐκ διαθέσεως λέγει ἥτις οὐκ ἐστέρηται ἔργων μάλιστα. οὐκ ἂν γὰρ αὕτη διακένῳ σεμνῶν ἔργων ἐγγένοιτο. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀβρ. ἔτυχε ταύτης μὴ πρότερον διηγωνισμένος τὴν πατρικὴν ἀπώσασθαι ἀσθένειαν, ᾧ τινι ἀγωνίσματι ἡ πίστις ἔπαθλον ἐβραβεύετο. ἀλλ' ἔργων ταύτην προέκρινεν ὁ Π. τῶν κατὰ νόμον σαββατισμῶν κ. περιτομῆς κ. τ. λοιπῶν ἀγνισμάτων. δύο γὰρ κ. ἐπὶ τ. ἔργων ὁρᾶται τὰ σημαινόμενα· ἔργα γὰρ κ. τὰ πίστιν βεβαιοῦντα λέγεται ὧν ἀμοιροῦσα ἡ πίστις νεκρά, ἔργα πάλιν κ. τὰ τοῦ νόμου ὧν κ. χωρὶς Ἀβρ. κ. πάντες οἱ κατὰ Χριστὸν δικαιοῦνται· ἐπεὶ ὅτι πίστις οὐκ ἂν ἀκαθάρτῳ προσγένοιτο (λέγω δὲ τὴν ὄντι πίστιν), τίς ἀντερεῖ; οὔτε γὰρ βορβόρου πλήρει ἀγγείῳ μύρον ταμιευθείη, οὔτε ἀκαθάρτῳ ἀνθρώπῳ πίστις ἐγγένοιτο θεοῦ. οὐκ ἄρα διάφωνοι οἱ θεῖοι ἀπόστολοι ἀλλὰ περὶ τὸ διάφορον τ. σημαινομένου στρεφόμενοι, πρὸς τ. χρείαν ἕκαστος τ. σημαινομένου τὸ προτεθὲν αὐτῷ διεξάγει κ. ἐκπεραίνεται. — Τὸν αὐτὸν Ἀβρ. ἀμφότεροι.. εἰς ὑπόδειγμα τοῦ τῆς πίστεως λόγου λαμβάνουσιν, ὁ μὲν τ. πίστιν τ. ἔργων κρείττω δεικνύς... ὁ δὲ πάλιν τ. ἔργα τ. πίστεως... περὶ τὸ διττὸν τ. σημαινομένου ἑκάτερος στρέφεται, τὸ συντελοῦν αὐτῷ πρὸς τ. ἀπόδειξιν ἐπαγόμενος. τινὲς μέντοι τ. πατέρων κ. οὕτω περὶ τούτου ἔγνωσαν· φασὶ γὰρ τ. αὐτὸν Ἀβρ. τ. χρόνοις διαστελλόμενον ἑκατέρας πίστεως εἶναι εἰκόνα, κ. τῆς πρὸ τ. βαπτίσματος τῆς μὴ ἐπιζητούσης ἔργα εἰ μὴ τ. πίστιν μόνην κ. τ. ὁμολογίαν τ. σωτηρίας κ. τ. ῥῆμα ᾧ δικαιούμεθα πιστεύοντες εἰς Χρ., κ. τῆς μετὰ τὸ βαπτ. τῇ συνεζευγμένης τοῖς ἔργοις. οὕτως οὐκ ἐναντίον φαίνεται τὸ ἐν τοῖς Ἀππ. λαλῆσαν πνεῦμα· ἀλλὰ τῆς μὲν δι' ὁμολογίας μόνης δικαιούσης τὸν προσιόντα, εἰ παραχρῆμα ἀπέλθοι τ. βίου, (τούτῳ γὰρ οὐ πάρεισιν ἔργα ἀλλ' ἐρώδιον αὐτῷ ἱκανὸν ἡ διὰ τοῦ βαπτ. κάθαρσις), τῆς δὲ τὸν ἤδη βεβαπτισμένον ἀπαιτούσης κ. ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξιν. τούτῳ κ. ὁ Π. συμφωνεῖ (Gal. 5, 6)... *Ἄλλως. Τῆς μὲν ἐκ μόνης πίστεως δικαιώσεως εἰκὼν ἦν Ἀβρ. ὅτε πιστεύσας ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικ., τῆς δὲ ἐξ ἔργων, ὅτε τ. υἱὸν ἀνενέγκας ἐπὶ τ. θυσ.. κ. γὰρ οὐ μόνον τὸ ἔργον ἐποίει ἀλλὰ κ. τῆς πίστ. οὐκ ἀπέστη, ὅτι ἐν Ἰσ. μέλλει τ. σπέρμα αὐτοῦ πληθύνειν τλ. — Οὐδὲν πίστις ὠφελεῖ χηρεύουσα ἔργων, εἰ μὴ κ. μείζονος ἡμᾶς ἁμαρτήματος ὑποδίκους καθίστησι, τὸ τάλαντον μὲν λαβόντας μὴ ἐπιφερομένους δὲ τ. ἐργασίαν. ὅθεν κ. ὁ κύριος* (Mt. 4, 1 sqq.).. *κ. Π.* (Hebr. 4, 11).. *ὡς οὐκ ἀρκούσης τ. πίστεως ἀλλ' ὀφειλούσης προτεθῆναι κ. τ. καθαριότητος τ. βίου, κ. πολλὴν περὶ τούτου γενέσθαι σπουδήν.* 88) *Σφραγίς, ὡς εἰπεῖν, τ. πίστεως γέγονε τὰ ἔργα. διὸ ἐκ πίστεως ἅμα κ. ἔργων εὐλόγως δικαιωθῆναι λέγεται ὁ Ἀβρ.. Ἄλλως· οὐκ ἐναντίον τῷ τοῦ Ἀπ.· τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τ. δικαιοῦντα τ. ἀσεβῆ λογίζεται ἡ πίστις εἰς δικ.* (R. 4, 5). *ταὐτὸν γάρ ἐστιν ὃ λέγει· ὅτι ὁ τοῖς οἰκείοις ἔργοις αὐχῶν ἀρκεῖσθαι πρὸς σωτηρίαν κ. μὴ τῆς τ. θεοῦ χάριτος δεῖσθαι, ἐστέρηται τ. σωτηρίας· οὔτε γὰρ δίχα ἔργων ἡ ἐν ῥήμασι πίστις οὔτε ἡ δι' ἔργων καύχησις δικαιοῖ.* 89) De diversis quaestt. 83, 76 (Opp. Antwerp. 1701. T. VI p. 48): 'Quoniam P. Ap., praedicans justificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab iis qui sic acceperunt dictum, ut putarent, cum semel in Xtum credidissent, etiamsi male operarentur et facinorose flagitioseque viverent, salvos se esse posse per fidem: locus iste huj. Ep. *eundem sensum P.i Ap., quomodo sit intelligendus, exponit.* ideoque magis Abrahae utitur exemplo, vacuam esse fidem si non bene operetur, quoniam Abr. exemplo etiam P. Ap. usus est, ut probaret justificari hominem per fidem sine operibus. Cum enim bona opera commemorat Abrahae, quae ejus fidem comitata sunt, satis ostendit P. non ita per Abraham docere, justificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius, ut *nemo meritis priorum operum arbitretur se pervenisse ad donum justificationis quae est in fide.* In hoc enim se gentibus in Xtum credentibus Judaei praeferre cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum, quae in lege sunt, ad ev.

Eodem pervenit Bd. in eo subsistens, quod uterque idem Abr. exemplum *diversae auditorum suorum indigentiae* applicuerit[90]). —

Judicii I) summam severitatem, revocatam[91]) dogmaticis de

---

gratiam pervenisse: ideoque scandalizabantur multi qui ex iis crediderant, quod in circumcisis gentibus Xti gratia traderetur... Justificatus per fidem quomodo potest nisi juste deinceps operari, quamvis antea nihil operatus juste, ad fidei justificationem pervenerit, non merito bonorum operum sed gratiâ Dei, quae in illo jam vacua esse non potest cum jam per dilectionem bene operatur? Quod si cum crediderit, mox de hac vita decesserit, justificatio fidei manet cum illo, *nec praecedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam sed gratiâ pervenit, nec consequentibus, quia in hac vita esse non sinitur.* Unde manifestum est.. non ita intelligendum esse, ut accepta fide, si vixerit, dicamus eum justum, etiamsi male vixerit... Qui putant istam J.i Ap. sententiam contrariam esse illi Ap. sententiae, possunt arbitrari etiam *ipsum P. sibi esse contrarium*, quia dicit al. l. (R. 2, 13. Gal. 5, 6. R. 8, 13. Gal. 5, 19-21. 1 Cor. 6, 9-11)... Quibus sententiis manifestissime docet, non eos praeterito bono opere ad fidei justificationem pervenisse, nec meritis eorum istam gratiam datam, quando dicit: *et haec quidem fuistis*, sed cum dicit: *qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt*, satis ostendit, jam ex quo crediderunt, bene operari debere. Quod et Jac. dicit ... et ipse dominus (Mt. 7, 21. Lc. 6, 46. Mt. 7, 24 sqq.).. Quapropter *non sunt sibi contrariae* duorum App. sententiae, P. et J., cum dicit unus justificari hominem per fidem sine operibus, et alius dicit inanem esse fidem sine operibus: quia *ille dicit de operibus quae fidem praecedunt, iste de iis quae fidem sequuntur*: sicut etiam ipse P. multis locis ostendit'. Add. EJUSD. de fide et opp. (ib. p. 122 sqq.). 'Quoniam (dicit *de fide et opp.* 4, 14 sq.) haec opinio [non modo opera legis sed etiam opera justitiae excludi] tunc fuerat exorta, aliae app. Epp., Ptr. Jo. Jac. Jud., contra eam maxime dirigunt intentionem'. 90) 'In uno eodemque facto b. Abr. Jac. operum ejus magnificentiam, P. fidei constantiam laudavit. Nec tamen disparem diversamque J.o protulit P. sententiam. Sciebant namque ambo, quia Abr. et fide et operibus erat perfectus, et ideo *quisque eorum illam magis in eo virtutem praedicavit qua suos auditores amplius indigere perspexit.* Quia enim J. illis scribebat qui fidem sine operibus otiosam tenebant, opportune illud protulit exemplum, in quo illa praecipua fides Abr., quae et priùs scriptura teste laudata est, apparet, quae non otiosa ejus in corde torpuisset sed ad obediendum div. imperiis jam probata flagrasset. Quia vero P. illos instituebat, qui sine gratia fidei de suis se extollebant operibus, ostendit quia sine fide impossibile est placere Deo, atque ad redarguendam corrigendamque eorum temeritatem, collectis [Hebr. 11.] omnium Patriarchar. exemplis manifeste edocuit, quia omnes testimonio fidei probati sunt. Unde et specialiter de Abr. intulit, quia fide offerret Is., *arbitrans*, inquit, *quia et mortuos suscitare potens est Deus.* Conjunxit ergo opus fidei, qui ideo filium mox offerre voluit quia Deum hunc continuo resuscitaturum esse credebat. Ideo autem hunc post mortem a Deo resuscitandum esse credebat, quia verum esse credebat quod audierat, *quia in Is. vocabitur tibi semen.* Quam conjunctionem utriusque virtutis b. quoque J. subsequenter exponit (v. 22. 23)... Quia Abr. tantâ et tam ferventi fide credidit Deo, ut promtus esset animo ad agenda omnia quae Deus juberet, merito fides ejus *a Deo, qui cor noverat*, reputata est ad justitiam. Et *ut nos quoque fidem illius, qua justificatus est, sciremus*, tentavit eum Deus jubens offerre filium, — et *ex operibus fides consummata est* i. e. quia esset in corde ejus perfecta, operum executione probatum est. Hoc quoque tempore, si quis nuper ad fidem veniens bapt. acceperit et proponens se toto corde Dei servire praeceptis mox de hac luce migraverit, justificatus utique per *fidem sine operibus* migravit, quia tempus operandi, unde fidem probaret, ipso in quem credidit Deo disponente, non habuit. At qui perceptis fidei sacramentis longo supervivunt tempore nec bonis insistere curant operibus, his inculcandum est quod b. J. (v. 24).. Quod alt *ex operibus*, significat ex operibus fidei. Quia perfecta opera sine fide nullus habere potest, fidem vero sine operibus multi, si illis operandi tempus non adsit'. 91) Consensit antiquioribus etiam ZWGL.: 'Hic locus quoniam salutem operibus tribuere videtur, in causa fuit ut haec Ep. canonicis libris a quibusdam veterum non connumeraretur. Sed si *tenor totius Ep.* diligentius consideretur et sancti viri *mens in Deum ardentissima*: nihil mi-

causis a LUTH.[92]), plerique intptes dogmatici II) nonnisi mitiga-

---

nus quam opera justificare dixisse Jac. palam fiet, maxime si a fide sejuncta fuerint. Atque hic a multis in utramque partem peccatum. Alii enim fidem ab operibus separant, ut Judd. omnes, Pharisaei, hypocritae, pontificii, justitiarii, qui ex lege et operibus justitiam quaerunt... Alii vero fidei caritatis opera adimunt, inani tantum fidei vocabulo gloriantes, quum interim non Xto sed sibi vivant, libertatem Xti velamentum scelerum suorum faciunt, rursus crucifigentes sibimet ipsis Xtum et sanguinem ejus pedibus conculcantes ac ludibrio exponentes, sues sc. ac porci rursus ad coeni volutabrum redeuntes, postquam fuerint loti... *Inter hos electi filii Dei regid vid inter metum et spem incedunt, morbum suum demisse agnoscentes, unde in iis generatur peccati horror et pudor, desideriumque salutis excitatur.* Rursus cum caritatem illam pientissimi parentis, qua eos ab aeterno complexus est, perpendunt, et quod ipsorum gratiâ filium unigenitum in hanc vitam produxit: fiduciam certam et spem in Deum concipiunt atque in eum se totos conjiciunt... Haec vero fides quoniam ex Deo est per SpS. in corde hominum excitata: sine caritate esse non potest, quae se in usus proximorum totam effundit et ita filios Dei incendit ut patrem coelestem beneficentiâ in omnes referant'. Addit deinde, fidem a J. dici per *mimesin* opinionem quam hoc nomine jactent, dicique *mortuam* 'ne quis putaret eum veram fidem spernere. Mortua autem fides dr. quod *simulacrum fidei* sit, non fides vera, quemadm. mortuum corpus *hominis* nomine appellatur... Fidei verae ... quae tantam in SSâ laudem obtinet, nihil derogat sed in *simulatores ac sterilis fidei jactatores* invehitur'. Quod illum tenorem Ep. attinet, haec notat: 'Status totius Ep. est, eos qui de fide, de Deo, de virtutibus multa garriunt, fructu bonorum operum quum careant, vanos esse et hypocritas. nam tametsi approbatio et salus omnis sit optionis et fidei: opera tamen caritatis certissima esse optionis ac fidei documenta, quum ex fructibus arbor cognoscatur atque ipse Deus cuique sit redditurus *κατα τὰ ἔργα αὐτοῦ* R. 2, 6'. '*Multi sunt* (ait) *qui Ev. ita ediscunt ut vel memoriter teneant, de Xto egregie disserant, cantillent etiam suavissime, lectitent quotidie, audiant quotidie, doceant quoque ceteros, sed vim et spiritum Ev. nunquam delibaverint*'. 92) LUTH. – *den* (ut ait KRUG. p. 323) *s. Gefühl nur selten trog u. dem nur gründlichere kritisch-exegett. Kenntnisse fehlten um d. grösste Bibelausleger u. d. glücklichste Bibelübersetzer zu werden; der hier die Synthesis nicht gleich finden konnte u. sich aus dogmat. Gründen auf die Seite d. paul. Antithesis warf* – Praef. in NTum: '*Summa, St. Joh. Ev. u. s. erste Ep., St. P. Epp. sonderl. die zu d. R. Gal. Eph., u. St. Pt. erste Ep., das sind d. Bücher die dir Xstum zeigen u. alles lehren, was dir zu wissen noth u. selig ist, ob du schon k. ander Buch noch Lehre nimmer siehst noch hörst. Darum ist St. Jac. Ep. eine recht* stroherne *Ep. gegen sie, denn sie doch k. ev. Art an ihr hat*'. Praef. in Ep. Jac.: '*Diese Ep. Jac. .. achte ich für keines Ap. Schrift, u. das ist meine Ursache: Aufs erste, dass sie* stracks wider *St. P. u.* alle andre Schr. *den Werken d. Gerechtigk. giebt, u. spricht Abr. sei aus s. Werken gerecht worden da er s. Sohn opfert, so doch P. R. 4, 2. 3. dgg. lehret, dass Abr. ohne Werke sei gerecht worden, allein durch s. Gl., u. beweiset das mit Mos. Gen. 15, 6. ehe denn er s. Sohn opfert. Ob nun dieser Ep. wohl möchte geholfen u. solcher Gerechtigk. d. Werke e. Glosse funden werden, kann man doch sie darinnen nicht schützen dass sie 2, 23. den Spruch Mose Gen. 15, 6. welcher allein v. Abrahams Gl. u. nicht v. s. Werken sagt, wie ihn St. P. R. 4, 3. führet, doch auf die Werke zieht: Darum dieser Mangel schliesst, dass s. keines Ap. sei. Aufs andre, dass sie will Xstenleute lehren u. gedenket nicht einmal, in solcher langen Lehre, des* Leidens, *d.* Auferstehung, *d.* Geistes *Xsti. Er nennet Xstum etliche mal; ab. er lehret nicht v. ihm sond. saget vom gemeinen Gl. an Gott. Denn das Amt e. rechten Ap. ist, dass er von Xsti Leiden u. Auferst. u. Amt predige, u. lege desselbigen Gl. Grund..... Ab. dieser Jac. thut nicht mehr denn treibet zu dem Gesetz u. s. Werken, u. wirft so unordentl. eins ins andre dass mich dünket, es sei irgend e. guter frommer Mann gewesen der etliche Sprr. v. der Apostel Jünger gefasst u. also aufs Papier geworfen hat: od. ist vielleicht aus s. Predigt v. e. andern beschrieben..... Summa, er hat wollen allen denen wehren, die auf d. Gl. ohne Werke sich verliessen, u. ist der Sachen zu* schwach *gewesen, will es mit dem Gesetztreiben ausrichten, das die App. mit*

runt[93]) variis modis. Nimiam np. in tantâ dissensionis specie rati similitudinem, quam quae casu extitisse credi possit[94]): Pauli rationem a J. habitam esse fere concesserunt. Alii vero, eodem ap. utrumque sensu vcblis vindicato, contradictionis maculam diluere laborarunt, 1) antiquiores potissimum, *artibus dogmaticis*[95]), 2) recentiores nonnulli, *scriptoris consilio*, quod partim, ipsum aliud, aliud etiam scribendi genus requirat (*d. Beschaffenh. derjj. mit denen wir reden, hat ausserordentl. Einfluss auf d. Einkleidg unsrer Gedanken*), partim ardentius, animorum gravius percellendi causâ, disputare faciat. Plerique, eadem vba s. omnia s. ex parte diverso sensu dicta rati[96]), contradictionem 3) ab ipsâ P. sententiâ traduxerunt ad *abu-*

Reizen zur Liebe ausrichten. Darum kann ich ihn nicht unter die rechten Hptbb. setzen, will ub. niemand wehren, dass er ihn setze u. hebe wie es ihn gelüstet: denn viel guter Sprüche sonst darinnen sind.' In Comment. in Gen. 22. dicit adeo eum in Ep. suâ delirare additque: 'facessant itaque e medio adversarii cum suo Jac. quem toties nobis objiciunt'. Consenserunt pedisequi LUTHERI, ANDR. ALTHAMER (si J. dixit ex immolatione filii sui justificatum esse Abr., mentitus est in caput suum; citat SSam falso; suis ipsissimis vbis scimus nescivisse quid sit fides) et CENTURIATORES MAGDEBB. (Ep. J. ab analogiâ doctrinae ap. haud mediocriter aberrat, dum justificationem non fidei soli sed operibus adscribit); recentius: *theol. Monatsschrift* edd. (inde ab a. 1825) GRUNDTWIG et RUDELBACH (*unapostol. u. später untergeschoben, weil er als d. Gl.bekenntniss widerstreitend v. k. Ap. herrühren könne;* vd. *Studien u. Kritt.* 1828, 4, 883). — Add. quod etiam ERASM. apost. gravitatem in hac Ep. desideravit, BENG. vero in Gnom. ad Gal. 2, 9. haec annotavit: *'Non facile et J. et P. aeque capit unus idemque homo aut coetus'.* 93) Antiquiores qui conciliationi operam dederunt vd. ap. FABRIC. *Bibl. gr.* ed. HARL. IV. p. 820. et ap. WF. Cur. V. p. 36 sqq. Add. TURKLIN *Exercitatio theol. textualis de concordia P. et J. in artic. justificationis* (in *Institut. Theol. elencht.* Vol. III). C. CH. TITTMANN *Prolus. in sent. J. cp.* 2. *de fide, operibus et justif.* Vitb. 1781 (rep. in ej. *Opuscc. thh.* n. 6. p. 391 sqq.). KNAPP (praeter *Commentat. in perioch. J.* 1, 22-2, 26. in ej. *Scriptt. var. arg.* n. 14. p. 459 sqq. ed. 2) *De dispari formula docendi qua Xtus, P. atque J. de fide et factis disserentes usi sunt, item de discrimine ἔργων νόμου et ἔργων ἀγαθῶν deque dissidio Ptr. et P. Antiocheno Hal.* 1803 (ib. n. 13. p. 413 sqq.). AUG. NEANDER *P. u. J. Die Einheit des ev. Geistes in versch. Formen. Einladungsprogr. d. Pr. Hauptbibelgesellsch. Berl.* 1822 (rep. in ej. *Kl. Schrr.* ed. 3. 1829. p. 1-39). RAUCH *Ueb. d. Br. J.; e. exeg.-krit. Versuch* (in WIN. *N. krit. Journ.* VI, 1827, p. 257 sqq.). [Cf. nott. 97. et 133]. — Contradictionem tenuerunt varieque sibi informarunt AUGUSTI *Theoll. Bll.* II, 1798, 13, p. 200-204. et uberius (ratione eorum habitâ quae contra monuerat SONNENMAYER in: *N. theoll. Bl.* I, 1799, 2, p. 55-58) in EXC. 2. ad Ep. J. in l.: *D. katholl. Brr.* I, p. 164-74. (refutatus potiss. a KNP. et PT[o]). POTT EXC. 2. ad Ep. J. (verior expositio l. 2, 14-26) p. 313 sqq. HUG *Einl. ins NT.* II. §. 150. 159. (refutatus potiss. a RAUCHIO). HOYBERG *De indole Ep. J. imprimis cp.* 2, 14-26. Havn. 1825. DE WETTE *Exegett. Bemerkk. üb. J.* 2, 14-26. in: *Studien u. Kritt.* 1830, 2, p. 348-51. (refutatus a SCHNECKENBURGERO in: *Tüb. Zeitschr. f. Th.* 1830, 2, p. 178-90). Item KRUG: *d. Widerstreit d. Vernunft mit sich selbst in d. Versöhnungsl. dargestellt u. aufgelös't.* p. 324 (ed. novae in KRUGII scriptis theoll. [Brunsv. 1830] l. p. 299-352). [Cf. nott. 142. 126. 134. 125. 132.]. 94) Cf. not. 136. 95) 'Adeant G. BULLI *harmoniam ap.* (exst. in Opp. ej. ed. GRAB. Lond. 1703), quorum interest talia penitius perscrutari' (PT. qui ipse nauseam lectoribus creare noluit exhauriendo 'infinito argutiarum et distinctionum mere ecclesiasticarum et a mente utriusque Ap. alienarum labyrintho'). 96) *Ἔργα* ap. P. esse *legalia* [KNP. GES.], *judaica* [WTST. MR. HT. HUG RAUCH GRASH.], ap. J. *moralia; πίστιν* ap. illum *actuosam, morte Xti et gratiâ Dei nixam* (*d. theoret. u. prakt. Gl. an Xstum zugleich*), ap. hunc *falsam* (per concessionem demum ita dictam, ne de vbis litigare videretur): nonnisi *jactatam* [WF], meram *theoriam s. notitiam* - solivagam et jejunam cognitionem ut Cic. Off. 1, 44. dixit ex oppositione virtutis

sum temere factum[97]). Modum conformationemque disputationis, revocatam plerumque ad consilium eadem vba eademque exempla quam maxime premendo adversarios eo apertius efficaciusque debellandi[98]), alii, ad LTH' judicium ex parte relapsi, inde derivarunt quod s. *non satis penetraverit* mentem Pauli[99]), s. *de necessitudine fidei et mortis Xti aliter paululum sentiens*[100]), pro modestiâ suâ pacisque studio maluerit contra perversam perversorum hominum intptationem tutari quam argumentis refutare; alii vero, eâdem conformatione comparatâ cum utriusque scriptoris aliunde satis conspicuâ virtute, recentius potissimum III) p r o r s u s mittendam et r e p a d i a n d a m censuerunt LTH' severitatem. Quum enim adversarii rem ipsam impugnantis speciem singulatim[101]) Jac. minus caverit quam doctorem circumspectum scriptoremque satis idoneum oportebat, nunc quidem consensum fere est, *neutrum scriptione sud alterius habuisse rationem*[102]). Paucis: apparuit neutrâ expositione alteram revera tolli,

---

actuosae - [BZ. SML. HUG BERTHOLDT], *professionem* [STZ. HT. GRASH], singulatim *unius* Dei [MICH. *Einl.* II, 1130 sq. WALCH *Entw. z. Ketzergesch.* I, 215]; *δικαίωσιν* ap. illum *coram Deo*, ap. hunc *coram hominibus*, *declarationem et tractationem beneficiorumque collationem* [BZ. GT. WP. SML. ctt.]. — 'Res satis expedita fuerit, si P'um de justificationis a c t u, J. vero de ejusd. s t a t u, vel P. de fide v e r à, J. autem de fide j a c t a t à loqui dicamus. ab actu justificationis opera, quocunque titulo veniant, tam remota sunt quam praesentia esse debent in statu justificationis. et aliud est dicere habere se fidem, aliud eam habere idque opere ipso, sine quo id fieri non potest, demonstrare' (WP). 'Tanto intervallo sunt isti duo loci, et ut in h. l. series orationis et Abr. historia ducere debet intptem, ita ibi (R. 3) etiam series orationis et consilium fastum Judd. reprimendi ducet lectorem ad legitimas illo in l. ideas' (MR). '*Es hat alles bei ihnen andre Bdtgen: Gl., Werke, Rechtfertigg; beim J. geschichtl. Annahme, Tugend, Rechtschaffenh. vor Gott*' (BAUMG.-CRUS. *Grundzüge d. bibl. Th.* p. 434). — Cf. infr. l) et ll). 97) Eminet KNP. *de disp. form.* ctt. Ad Xtum regressus, docet hunc ipsum istam quae videatur repugnantiam induxisse, pro dispari erudiendorum affectione, sapienter id imitatis discipulis, qui igitur non magis vere dissenserint quam ipse Dominus; P. deducere impunitatem et salutem e fide, J. ex effectis fidei, ita ut in vera fide fontem et originem pie factorum quaerat cum Xto et rell., utque necessitati erudiendorum, criminationi et abusui Pauli obviam eat quam maxima vborum similitudine in summa dissensionis specie (si vel non ratione habita scriptionum paul.). Recentissime GRASH. (*tritt wahrsch. mit Rücksicht auf P. gegen e. Misdeutung auf: die Werke nöthig, nicht um d. Seligk. dadurch zu erwerben sond. um dieses Geschenk Gottes nicht wieder zu verlieren*). Add. ROSENM. SML. BERTHOLDT (*Einl.* VI. p. 3029) et HUG. (qui *vbis* quidem Paulum, *revera* tamen doctrinae ejus corruptores impugnari censet; cf. not. 134). 98) V. c. PT. (c. SML): 'quo luculentius appareat, hac vi vocibus istis substratâ, contrariam sententiam quae opera fidei praefert vel ex ipsâ mente paul. tuendam esse, J. sententiae hujus demonstrationem ad eadem vba eademque exempla, quibus P. fidem prae operibus commendaverat, eo lubentius adstrinxit, quo magis Judaei eruditione pollentes in ejusdem rei cum pluribus iisque sibi invicem oppositis convenientiâ explorandâ eodemque disputandi genere ad res contrarias transferendo ingenium exercere amabant' (p. 313). 99) Ita recentissime DWETT. (cf. nott. 93. et 125); nec aliter LTH. quanquam severius sententiam pronunciaverit (vd. not. 92). 100) Est conjectura PT' (vd. not. 126). 101) Paulus etiam, quanquam minus, culpandus foret, siquidem huic c. AGSTIO (vd. not. 142) oppugnatoris partes tribuerentur. 102) MICH. (vd. not. 122); NEANDER (vd. not. 133); SCH.: 'monitos volebant alios homines aliam in partem aberraturos. quod autem uterque Hebraeus de Hebraeis, ubi de fide agitur, eodem Abr. exemplo utuntur, res ipsa tulit non aliqua contentio'; RAUCH (vd. not. 122. 134); GBS.: *J. wollte e. aus d. Gl. entspringendes u. andern Theils den Gl. z. Vollkommenh. erhebendes u. als einen wahren bekräftigendes Thun u. Handeln empfehlen u. diejj. widerlegen, die statt*

imo Jac. etiam, quantumvis cum Paulo haud locutus sit[103]), cum eo, re accuratius considerată, sensisse[104]).

---

des wahren Gl. blos s. Schattenbild, u. sich in d. Schlummer eines tugendleeren Lebens eingewiegt hatten: dergl. es zu allen Zeiten, auch schon vor P. gegeben hat, wie denn auch früher u. später die paul. Lehre selbst allerdings misverstanden worden ist u. unsägl. Irrthümer u. Streitigkk. herbeigeführt hat (p. 192. 222); SCHNECKENB. (vd. not. 132); SCHOTT Isag. in NT. p. 389: In ipsâ *doctrinâ* consentientes, discrepant, uterque suo consilio accommodate, *ratione docendi* (Jacobo a) non diserte pronunciante quod *solâ gratiâ* div. justificemur, b) *fidem mortuam* diserte opponente fidei verae quae opera habeat, c) opera ipsa non accuratius definiente). Alii (STZ. BMG.-CR.) fluctuant, aliquam fortasse rationem habitam esse rati. USTERII vba (*Entwickl. des paul. Lehrbegr.* p. 38. 78) in utramque partem valent: *S. Polemik geht nur gegen die πίστις νεκρά, v. der auch P. nichts wissen will; bei J. sind die Begrr. ἔργα u. πίστις anders gefasst; wie P. die πίστις fasst hat er gar nicht erst nöthig zu bevorworten, dass sie nicht νεκρὰ sein dürfe: sie wäre e.* contradictio in adjecto; *um so weniger, da er die πίστις immer nur in Beziehg setzt auf die δικαιοσύνη παρὰ τ. θεῷ, diese ab. nicht auf dem Äussern sond. dem Innern beruht, u. da er bei den ἔργοις u. dem ἐργάζεσθαι immer an e. ὀφείλημα u. e. μισθὸς denkt u. also auch um deswillen die ἔργα nicht zw. die πίστις u. die δικ. stellen konnte, weil es sonst scheinen würde als wäre die δικ. nicht e. χάρις sond. ein durch den Vertrag bestimmter Lohn.* 103) Hîc disceptant utrum componendus ac conciliandus sit *philosophando*, an *interpretando historias*ve *consulendo*. Primum postulavit v. c. KRUG.; alterum maluit KNP. quia illud, nisi interpretatione niteretur, fundamento careret; adjunxit tertium, quod quum ab omnibus in usum vocatum inque diversissimas partes tractum sit, facile intelligitur momentum facere. Nitendum est interpretatione, quae tamen vborum ambiguitati non ex mero succurrat possibili, si vel doctrinae publicae auctoritate suppeditato, sed ex scriptoris partim ingenio partim historiâ: itaque nec historicae nec philosophicae solum. 104) *'D. Mensch wird gerecht vor Gott durch d. Gl., ab. er muss Werke haben, lehrt P.; d. Mensch wird gerecht durch d. Werke, ab. sie müssen aus d. Gl. kommen, behauptet J.; beider Formeln ab. sagen eins u. dasselbe'* (RAUCH p. 262). *'D. ganze Unterschied zw. J. u. P. besteht darin, dass erstrer vornehml. die im Handeln zu erweisende Energie d. Glaubens, letzterer die v. Werkgerechtigk. freie Hingebung desselben an d. Gnade hervorhebt, u. dass J. mit s. Gegnern auch schon die bl. Theorie Glauben nennt. Jedoch befasst er selbst, wie P., in dem was ihm xstl. Gl. ist, auch das Princip d. Hdlns, ja die That gehört ihm zum Gl. als dessen wahre Verwirklichg, Vollziehg, ohne welche er todt, e. leerer Schall, e. lebensloser Leichnam bleibt. Dieser volle jac. Gl. ist auch der paul.; keiner verträgt sich mit Unseligk.'* (SCHNECKENB. p. 190). — *J. kämpft gegen das Vorurtheil v. d. Unnöthigk. guter Werke um d. Hinlänglichk. des Gl. willen zur Seligk.; er verwirft gar nicht d. Gl., der allezeit hier vorausgesetzt wird, behauptet auch k. Verdienstlichk. d. Werke, sond. nur e. Unentbehrlichk. derselben zur Erweislichk. des Gl.'* (BMG). — Satis quidem causae erat, 'quare ad ea, quae illorum quisque doceret vel docere diceretur, mutuum respectum haberent caverentque quantum possent, ne aut indociles homines et parum confirmati.. aut etiam subrepticii ψευδάδελφοι.. ea quae ipsi dixissent addendo detrahendoque vel alio quovis modo perverterent'; 'jam tunc exorti sunt qui suis erroribus auctoritatem ac fidem conciliaturi eos dissentire dictitarent' (KNP. p. 448); tamen non admodum anxii fuisse videri possunt. — *'Man könnte zugeben, dass beide App.* objective *mit einander einverstanden gewesen wären, u. dass d. ganze Streit zw. beiden nur* subjective *zu betrachten sei . . . Wenn zwei Philosophen aus e. u. derselben Schule üb. gew. Puncte ihres Systems versch. denken, ist das e. Beweis entw. v. d. Verwerflichk. ihres Systems od. davon, dass sie nicht zu Einer Schule gehören? Eben d. Verschiedenh. ihrer Meinung ist e. Beweis dafür, dass sie k. blinden Nachbeter sind, dass s. von versch. Seiten u. auf versch. Wegen die Wahrh. zu erforschen suchen'* (AGSTI p. 172). *P. u. J. wie noch heutzutage kluge Rel.lehrer 'werden u. müssen Gl. od. Werke predigen, je nachdem es subjectiv das Bedürfniss derer heischt welchen sie predigen. Objectiv predigen sie immer nur einerlei Sache'* (KRUG p. 340). Varios docendi modos Apostolorum ita descripsit BAUMG.-

His summatim descriptis ad singula jam descendendum est. Momentum facit disputationis a J. institutae conformatio. Ordiendum igitur est ab eorum, quorum conciliatio agitur, compositione:

Jac. 2, 24.	R. 3, 28. Gal. 2, 16.
Ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος κ. οὐκ ἐκ πίστεως μόνον.	Λογιζόμεθα δικαιοῦσθαι πίστει ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. Οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.
Jac. 2, 21-23.	R. 4, 2-5. Hebr. 11, 17-19.
Ἀβρ. ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσ. τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον.. ἡ πίστις συνήργει τ. ἔργοις αὐτοῦ κ. ἐκ τ. ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη κ. ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· "Ἐπίστευσε δὲ Ἀβρ. τ. Θεῷ κ. ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην" καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη.	Εἰ Ἀβρ. ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα ἀλλ' τλ. Τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; "Ἐπίστευσε δὲ Ἀβρ. τ. Θεῷ κ. ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικ." Τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν ἀλλὰ κατὰ ὀφείλημα· τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ πιστεύοντι δὲ ... λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικ..	Πίστει προσενήνοχεν Ἀβρ. τὸν Ἰσ. πειραζόμενος, κ. τὸν μονογενῆ προσέφερεν, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, πρὸς ὃν ἐλαλήθη· "ὅτι ἐν Ἰσ. κληθήσεταί σοι σπέρμα". λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς ὁ Θεός· ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο.
Jac. 2, 25.	Hebr. 11, 31.
Ῥαὰβ ἡ πόρνη ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους κ. ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα.	Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης.

Ibi cum in exemplis idem effectus, *δικαίωσις*, a diversis causis ita derivetur ut alterius causae diserta habeatur ratio, cumque in thesi causam a Jac. universe appellatam Paulus adstrinxerit (*ἔργα νόμου*): videndum deinceps est de isto effectu, de additae adstrictionis momento, de impugnantium ratione.

1) *De eddem re uterque loquitur.* Quanquam enim vbi *δικαιοῦσθαι* et forma et notio satis late patet, eodem tamen ap. utrumque ambitu dr.: *impunitatem salutemque consequi* (*d. Beifalls Gottes u. aller daraus entspringenden Wohlthaten theilhaftig werden*). Primum Hebraismus, ex vi Conj. Hiph. sensûs *efficiendi*, *existimandi*, *declarandi*, *tractandi* complectens, nullius momenti est in re coram Deo adeoque a Deo agendâ: Deus enim (notante Sch), fallendi nescius ac verus totus, neminem potest per nescio quam illusionem sui probum existimare, declarare, tractare, qui non talem se praebuerit, vicissimque 'dum quis justus evadit, qualis est a Deo existimatur, ut vero Deus hominem justum existimat, illico praemia justitiae ipsi decernit ac tribuere coepit'. Utut igitur e contextu non male redditur *justum declaratum manifestatumque esse*, non tamen negligendum est, id demum per consequens accedere et alterum complecti debere (*öffentl. thätige Erweisung der geschehenen Rechtfertigg u. dadurch dem Menschen ertheilten Gerechtigk.* Bmg). Unde hac certe viâ non licet dissidium componere, quasi dicat Jac. eum *operibus commonstrasse* ju-

---

Crus. (*Sittenlehre* p. 89): doctrinae morum xtianae tractari a Joa. *objectivum* fundamentum, in persona et opere Xti situm, a Paulo *subjectivum* ac commune principium, animi affectionem liberam piamque, a Jac. denique *externam* in societate praeceptionem. — Ceterum jam antiquiores fere consenserunt in hanc sententiam, obtineri justificationem per fidem, conservari per facta. *Patrum est aliquid adipisci potuisse, plus est quod adeptus es posse conservare. nec enim consecutio sed consummatiõ hominem servat* (Agstin). *Credenti praemium datur, si quod creditur, et geratur* (Hier.). Redemti heredes designati sunt, si in regeneratione perdurent, ut fides prima veniam, sancta vero conversatio perdurans cum fide coronam mereatur (Ambros. cll. Gt.: 'sicut vitam hanc parentum facto adipiscimur, per alimenta vero conservamus, sic status ille in quo Deus nos tanquam innocentes acceptat, fide quaeritur, conservatur autem bonis operibus'). Add. Clem. Strom. V: *Χάριτι μέν τοι σωζόμεθα οὐκ ἄνευ μέν τοι τῶν καλῶν ἔργων.* et: *ἡ πίστις ... ἐργάτις ἀγαθῶν κ. δικαιοπραγίας θεμέλιος.* unde (VI): *ὥςτε ὅτ' ἂν ἀκούσωμεν, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, οὐχ ἁπλῶς τοὺς ὁπωσοῦν πιστεύσαντας σωθήσεσθαι λέγειν αὐτὸν ἐκδεχόμεθα, ἐὰν μὴ καὶ τὰ ἔργα ἑπακολουθήσῃ.* Chrys. ad Eph. IV extr.: *οὐκ ἀρκεῖ κακίας ἀπαλλαγῆναι, εἰ δεῖ τ. βασιλείας τ. οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, ἀλλὰ δεῖ κ. πολλῆς τῆς τῶν ἀρετῶν ἐργασίας ... τὸ ἀγαθὸν μὴ ποιῆσαι, κακίας μέρος.*

stitiam, quam inculcante Paulo *ex fide reportaverit*[105]). Deinde et virtutis et felicitatis, quae in justificatione div. abesse nequeunt, varia admodum et potest et debet existere conformatio: quantumvis eam arbitrariis suis limitibus circumscribere et coarctare laboraverint formularum inter Xtianos publicarum conditores ac statores. 'Omnis fides Deo habita per sese est laudabilis et praemiorum feracissima: sed pro *dispari* quasi *materiâ*, quae ei subjecta est et in qua versatur, etiam *disparia* sint oportet *praemia* quae Deus fidei factisque fidei congruentibus persolvit' (KNP). Non reperio unum vb. lat. aut germ. quo exprimere possim δικαιοῦσθαι, sed periphrasi puto vertendum: *probari praemiisque ornari.* insunt *favor Dei*, propter vba: *erat amicus Dei; laus et praemium* propter narrationem mos. cll. Hebr. 11, 17 sq. 12. R. 4, 17 sqq.; sic autem justificationem dici posse, docent Ps. 106, 31. cll. Num. 25. ubi de aliâ re est sermo, sed justificari indicat praemio ornari; Hebr. 11, 7. ubi de Noacho justificato dr. quoniam sc. arcam aedificaverat et crediderat promissioni (MR). — 'Ut P. (ait KNP) c. hac voce commutat εὐλογεῖσθαι, σώζεσθαι et simm. vocc. (Gal. 3, 8. 9. Tit. 3, 5. 7. Eph. 2, 8. 2 Tm. 1, 9) sic Jac. 2, 14. pro eâ substituit σῶσαι (cll. 1, 21) et 1, 25. μακάριον εἶναι, hisque opponit de pravis daemonibus loquens 2, 19. φρίσσειν, ut significet illorum fidem ipsis salutem non dare, οὐ σώζειν, οὐ δικαιοῦν'.

II) *Impunitatis salutisque non minus necessaria quam unica conditio* est, consentientibus SSâ et ratione, *fides* i. e. *pietas* s. *virtus.* Πίστις, a πείθειν, sensu act. dicta, ejus est qui πιστεύει s. τὶ s. τινί. Vbi notio sibi constat: *persuasum sibi habere*, credere. Differt ratio Objecti, arctior minusve arcta. A) *Credere aliquid*, monstrante Casu, in unum quasi coire debet: *verum aliquid habere*, persuasisse sibi *aliquid revera esse.* Dicunt fidem historicam. B) *Credere alicui*, item monstrante Casu non primum proximumque Objectum est, sed alterum idque remotius, altero tamen (notione vbi in se consistente) quodammodo incluso: *credentem esse circa aliquid* i. e. *confidere alicui.* Redit tandem ad *qualitatem* ideoque rem *existere* involvit: *credere*, *aliquid* non solum esse sed etiam *idoneum esse* ideoque *ei se committere.* Dicunt fidem religiosam[106]). Np. ista *fidentia*, firma animi confisio, simpliciter et κατ' ἐξοχήν di-

---

105) CAMERO: 'probatus est, ἐδοκιμάσθη, dedit experimentum sui'; WF.: '*justus cognitus est*, testatum factum est operibus, eum justum esse' (cf. not. 96); SML.: '*declaratus et manifestatus est probus*, Dei verus cultor et amator'. Eodem Hebraismo nixus notaverat Bz.: 'non justificationem sed *testimonium ac declarationem* exprimi' (singulatim etiam quia triginta demum annis post Jehova dixerit: jam cognovi te metuere ctt.; cui posteriori satis responderetur illo ERI: 'pronunciatus est justus et antequam immolaret, sed a Deo qui noverat vivam et efficacem senis fidem nihil recusaturam si se dedisset occasio'). GT.: 'quanquam certum est, hominem *justum fieri per fidem*, deinde etiam *justiorem per opera continua*, tamen totus huj. sermonis contextus ... exigit ut ... intelligantur tum Abr. tum Rahab *a Deo tractati ita ut ii qui justi sunt tractari solent*, non tantum respiciente ipsorum fidem, sed ex fide profecta opera'. 106) Ex his sponte judicantur 1) BEDAR (ad 2, 19): 'Aliud est *credere illi*, aliud *credere illum*, aliud *credere in illum.* credere illi est credere vera esse quae loquitur, credere illum, credere quod ipse sit Deus, credere in illum est diligere illum'. 2) SCHL (ad 2, 1): 'Aliud est *d. Gl. zu einem*, persuasio revera hominem esse quem se profitetur, e. c. medicum, architectum, itaque ejus curationi suum corpus, ejus operae suas aedes committere exstruendas; aliud *d. Gl. an od. auf einen, das Bauen u. Trauen auf ihn*, certa illa persuasio et firma fiducia, quidquid summus ac verorum bonorum quidquid habemus, ortum habere ex aliquo et ad eundem redire, omnem ac totam nostram salutem et felicitatem ex aliquo summo aptam et suspensam esse'. 3) SCHNK (ad 2, 14): 'Fides in NTo et in Evv. praecipue primum animi dispositio est e paupertatis intimae sensu et fiduciâ auxilii orta, gratiam divinitus exhibitam recipiendi, tum autem ipsius gratiae plena acceptatio, animus operante Spiritu illâ repletus ideoque ad reddendum aliis pie ac sincere amorem strenuus... Sed quum hic animi status nonnisi ope doctrinae parari possit ... ipsa veritas docendo proposita ... ejusque cognitio πίστις audit; h. sns. noster de fide operibus carente disputat, qui tamen idem 2, 5. fidei plenae, quam P. commendat benefactorum fontem, notionem cognoscit et in ipsâ hac disputatione fidem mere theoreticam (πίστιν μόνον) non esse fidem perfectam (v. 22) demonstrat. quod autem solam cognitionem

νόμου non diserte distinxit Jac. sua *ἔργα*. Nusquam diserte dixit *ἀγαθά* [112]), quod fortasse hanc involveret oppositionem: *facta e pio sinceroque sensu oriunda*. Quae vero exempli causâ affert, ea omnia e genere externo sunt, quid quod ex parte talia, quae ex animi demum affectione excusationem accipiunt. 1) Liberalem erga egenos (15. 16) se praestare potest, variis de causis, pessimus quisque; contra apprecatio faustorum esse etiam potest verae miserationis ideoque nec pretio nec solatio suo carens, ubi np. ipse fortassis ope indigens alio modo succurrere nequeas; 2) haud recusata hominis, quid quod filii ejusque unici immolatio (21) fontem habere potuit fanaticam superstitionem; 3) speculatorum servatio a meretrice, ad quam deverterant (25), vulgarem prudentiam eo magis olet, quo fallacior erga cives, quo perniciosior patriae, quo utilior foeminae ea et fuit et esse debebat. Fidei autem s. pietatis, quae hisce factis pretium demum addit, diserta mentio in solo Abr. exemplo facta est; nec ibi, quia actionem criminari potuerint lectores; hi enim summâ Patriarchae reverentiâ tenebantur; sed *quia effato utendum erat SSae, in quo illa fides diserte primo ac fere unico loco appellaretur*. Itaque quanquam (notante Knp. 429) in aperto est, J. fidei simulatores exagitantem de vera fide non contemtim loqui, neque illum, cum homines dicit *ἐξ ἔργων δικαιοῦσθαι*, hoc dicere, eos *οὐκ ἐκ πίστεως s. χωρὶς πίστεως* justificari; namque et summâ in laude ponit *τὸ πλούσιον εἶναι ἐν πίστει* 2, 5. cll. l. et fidei insignes effectus praedicat 1, 3. 6. 5, 15; quanquam porro argumentatio J. simillima est argumentationi Xti v. c. Mt. 7, 21 sq. 25, 34 sqq. nec igitur dubitari potest, 'quin *ἔργα* ap. Jac. sint *τὰ ἀγαθὰ s. τὰ καλὰ ἔργα* (alibi *οἱ καρποί, οἱ ἀγαθοὶ καρποί*) quibus tantum tribuit Xtus, ut qui illis suâ ipsorum culpâ careant, eos tum sperata praemia consequi neget, tum in *ἐγάταις τῆς ἀδικίας* numeret' [113]): nihil tamen J. fecit, quo monstraret, opera quae velit quaeque exempli loco adducat, *ἀγαθὰ* esse ex oppositione *ἔργων νόμου* i. e. talia quae ex animo demum pio fiduciâque pleno censeantur. Quid quod non opera per fidem, sed *fidem per opera perfici* diserte pronunciavit (22), insuperque exemplo observationis legis (8 sqq.) facile ad *ἔργα νόμου* abducere potuit, appellatione *νόμου ἐλευθερίας* (1, 25) non satis impediente [114]). Paucis: de genuinâ *ἔργων* qualitate omisit accuratius interiusque exponere.

Mensch thut od. thun kann am Gesetz aus s. freien Willen u. eignen Kräften. Weil ab. unter u. neben solchen Werken bleibet im Herzen Unlust u. Zwang zum Gesetze, sind solche Werke alle verloren u. kein nütze. — Ab. d. Gesetz erfüllen ist: mit Lust u. Liebe s. Werke thun, u. frei, ohne d. Gesetzes Zwang, göttl. u. wohl leben als wäre kein Gesetz od. Strafe' (Lth. praef. in Ep. ad R.).

112) *Ἔργα ἀγαθά* (rabb. מַעֲשִׂים טוֹבִים chald. עוֹבָדִין טָבִין) in NTo modo in universum sunt *omnium virtutum officia* (= *καλή, ἀγαθὴ ἀναστροφή* Jac. 3, 13. 1 Ptr. 3, 16; Chrys.: *ἡ τῶν ἀρετῶν ἐργασία*), modo speciatim *munificentia* (quod utrumque etiam ap. Grr. et Latt. deprehenditur: *ἀγαθοποιεῖν, benefacere* ctt. add. quod Cic. dND. 2, 25. dFin. 3, 20. Jovem ideo *optimum* vocari dicit quia sit *beneficentissimus*). Ap. J. quanquam, quae disseruntur, in quodcunque genus virtutum et recte factorum quadrant, prae ceteris tamen ratio habetur beneficentiae. Ex perpetuo usu NTi proprie sunt *pie facta*, fidei indicia et documenta, quibus religiosum obsequium et pietas erga Deum cernatur; nusquam hominum facta, quamvis praeclara per sese et laudabilia, *καλὰ s. ἀγαθὰ ἔργα* vocantur nisi horum quibus fidei laus tribuitur (Knp. 431-33). 113) Cf. Jac. 4, 17: *Εἰδότι καλὸν ποιεῖν κ. μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστίν*. et 3, 17: *Ἡ ἄνωθεν σοφία ... μεστὴ ἐλέους κ. καρπῶν ἀγαθῶν τλ.* 114) Vd. potiss. 2, 12. cll. v. 10. quae satis docent, nostrum non tam distinguere voluisse inter *singulas leges* earumque *parte* suos exsolvere, quam potius *servili legum observationi* occurrere. Cum his non plane conspirant quae notarunt Knp. (443): 'J. obsequium legibus div. praestandum injungens summam *praeceptorum Xti νόμου ἐλευθ.* ideo vocat ... ut significet, Xti disciplinam iis nos legibus quae ad mores spectent non *exsolvere* et *liberare* sed multo etiam magis adstringere ac devincire'. et Rauch (259 sq.): *'P. versteht unter s. ἔργοις die ἔργα τ. νόμου, die Beobachtg des mos. Gesetzes u. s. besondern Vorschriften* [? vd. supr. not. 111.] ... *von diesen ἔργοις νόμου finden wir ab. bei J. überall k. Spur* [?]; *dass sie entbehrlich sind f. den Xsten u. unverdienstlich, was P. im Römerbriefe beweisen will, setzt J. schon als ausgemacht u. bekannt voraus* [?] ... (*J. blos ἔργα – P. ἔργα ἀγαθά –*) *'weil er die ἔργα*

IV) Haec omissio indeque orta fluctuatio, aggravata et universâ vborum ambiguitate[115]) et singulatim eo quod nec de *fide* finitius et distinctius est expositum (vd. p. 154), *adversatur conjecturae, Jac.* (non quidem contra P. sed) *Pauli ratione habitâ contra doctores disputasse illius doctrinâ abusos.* Sane et insimulatio, doctrinam xt. de fide nervos incidere virtutis, et abusus istam doctrinam in vitae mendosae patrocinium accipiendi, nullo non tempore ecclesiam xt. vexavit[116]): verum his (ut c. KNP. loquar) 'ita erat obviam eundum, ut cer-

---

νόμου in s. ganzen Br. nicht nennt, also [?] *e. Verwechslg od. e. Missverständniss nicht zu fürchten war*'. Etsi Ep. 'paulinae de *πίστει* et *ἔργοις* doctrinae minime possit opposita existimari, illae tamen opiniones praeconceptae Judaeoxtt. de lege mos. ceremoniali porro observandâ ipsisque Ethnicoxtt. injungendâ ab auctore huj. Ep. nunquam *diserte impugnatae* sunt. De J. Alphaei filio constat, eum hac in re Judaeoxtt. magis quam Paulum pepercisse' (SCHOTT Isag. p. 384). 115) Vv. 14. *ἡ πίστις* (talis?) fides (quae nulla, ne falsa quidem fides est!); 17. *νεκρά* (aliis? homini?); 18. *δεῖξον κτλ.* (certe magis pro fide faciunt quibus tamen pro operibus pugnat; non secus) 22. 23. *συνήργει κτλ.; ἐκ πίστεως μόνον* (e fide solum? solâ?); cf. quae ad hh. ll. supra notata sunt. 116) 'Quum App. multum ubique praedicarent fidei efficaciam, inde factum est ut multi homines carnales, in quibus fuit Simon Magus, id arripuerint in vitae mendosae patrocinium, quasi sine operis justis, ut Iren. loquitur, salus aeterna possit obtineri, np. per fidem — quum contra App. doctrina esset, *fidem aptam esse ut nos purget, purgatis dare SpSum et sic fidem fieri efficacem per dilectionem Gal.* 5, 6. *ac proinde dilectionem quae ex fide et spe eam comitante exsurgat, plus valere et fide et spe* 1 *Cor.* 13, 13' (GT). — 'Fidelissimis doctoribus xtt... nullo non tempore multorum vel imperitia vel malevolentia exprobravit hoc, quod illi, *fidem* nimium urgendo, nervos virtutis inciderent alerentque hum. pravitatem. quae etsi falsissima atque iniquissima insimulatio est, negari tamen non potest in coetibus Xtt. saepe inventos esse homines inertes, desidiosos, socordes atque adeo flagitiis deditos, qui latebram quaerentes suae vel ignaviae vel improbitati, doctrinam de fide ita perverterent ut ex salubri efficeretur pestifera. voluerunt enim hoc persuadere, qui Xto fidem habeat ei nihil non licere aut certe ad salutem consequendam non multum opus esse recte factis. meminerimus, quas turbas excitaverint qui, ut antiquiora mittamus, inde a saec. XVI. exitialia haec placita aut ipsi foverunt et tradiderunt aliis, aut temere affinxerunt doctoribus de re xt. optime meritis. nec sub ipsis ecclesiae primordiis aliter id evenit, *non doctrinae vitio sed abutentium.* nam et P. a fide Xto habendâ unicum praesidium petens ad beate et sancte vivendum, opprobrium illud haud effugit; et jam tunc fuerunt qui fidem commendantes, virtuti et sanctimoniae detraherent, quorum quidam eo usque progressi sunt ut libertatem xt. in peccandi licentiam verterent. R. 3, 8. 31. 6, 1 sq. 15 sq. Gal. 5, 13. cll. 16. 18. qui errores quam late propagati fuerint jam in nascente republica xt., ex iis etiam Epp. patet quas eccles. consuetudo catholicas appellavit, quarum paene singulae idem illud argumentum saepius tractant. vd. 1 Jo. 2, 19. 3, 6. 7. 2, 3. 4. cp. 4. 5. 1 Ptr. 2, 16. 2 Ptr. 2, 18 sqq. 1, 8. Jud. 4. 12' (KNP. 441). Cf. not. 89. — 'Non heri vel nudius tertius demum exortos esse mera fide vel opinione contentos virtutis et honestatis contemtores, testatur Hier. quoque in Mich. 3, 5: *Promittunt iis pacem et regna coelestia et dicunt: non necesse est ut vivas continenter et sancte; habeto fidem quam docemus et omnia promissa Dei consequeris.* Tales magistri unice jucundi etiam hoc seculum effeminatum *ἀχμαλωτεύουσι, σεσωρευμένοι ἁμαρτίαις, ἐθελοθρησκείᾳ* quadam conscientiae stimulo obtuso, quo securius et licentius peccent, non solum infinitae veniae et impunitatis sed etiam quorumlibet praemiorum sponsores, dum Xtum ipsorum vice et loco castitatem, temperantiam, aequitatem, benignitatem satis superque coluisse credunt, ita ut ipsis otiosis esse liceat et *ἀλλότριον κάματον σφετέρην εἰς γαστέρ' ἀμᾶσθαι.* haec est iis orthodoxia, hic purus putus Xtianismus; temporum vero et morum castigatores, qui Xti vitam et virtutem praecipiunt atque exigunt, olim Pietistarum, hodie Moralistarum nomine aversatur istud hominum genus adeoque pro haereticis habet. quid quod noster Ap. ipse fastiditur et negligitur quasi voces ejus cordi habere nihil attineret' (SCH. p. 128 sq. cll. p. 124: 'Utrumque aeque necessarium et App. tempore fuit et hodieque est imprimis, docere: *legis positivae operibus* homines in Deum nihil quicquam mereri quod ipsis *κατ' ὀφείλημα* tribuat, atque *operibus fidei* secundum legem Dei prae-

tae judicandi notae proponerentur, quibus et *in se ipso* quisque, et *in aliis* veram fidem a falsâ internoscere posset', nec vero disputandi genere utendum fidei facilius detrahente quam addente. Nimirum duplex existere poterat aberratio. *A*) Fides ficta, nonnisi jactata [*Maulglaube*]; mera professio externa absque internâ approbatione. *B*) Fides manca [*Halbglaube*]. Potest np. *AA*) intellectu absolvi interna approbatio [*Verstandesgl.*, *fauler Gl.*]: ut in mera persuasione ejusque professione acquiescas, fructibus neglectis. Ita fere Judaei, et summopere superbientes natalibus, monotheismo, lege div., et suis majorumque meritis se בני המלכות rati [117]); ita Xtianorum etiam haud pauci [118]). Tali fidei ejusque exaggerationi quum sponte fere se objiciat interna conscientiae vox, perniciosior est aberratio ubi *BB*) sensu absolvitur interna approbatio [*Gefühlsgl.*]. Namque *sensa* pia, *fiduciae* in Deo profecto collocatae *conscientia*, animos in spe impunitatis salutisque unice per Eum consequendae totos acquiescentes facile abripiunt ad externae virtutis neglectionem, ad minorem diligentiam circa *leges publicas* communesque ideoque nimis vulgares, circa *agendi praesidia* quae honestatis normâ ipsi eo praecipitantius solvunt, quo vulgarior ea esse et quo levior sisti videtur vigore genuinae fidei quam se sciunt sentiuntque profiteri, circa *humanitatis* denique *officia* quae pie, ut sibi videntur, necessarioque limitibus circumscribunt sanctiorique quod sibi informant officio subjiciunt [119]). Quales fructus talis fides edat, satis loquuntur innumerae, quae ecclesiam xt. pessime foedarunt vastaruntque, vexationes ac caedes, longe frequentius, singulatim a multitudine eas executâ, *sacro furore* [120]) commissae quam mero religionis praetextu.

Harum aberrationum altera, in merâ fidei simulatione sita, refutatione haud egebat eâque vix digna erat. In altera vero, fidei haud prorsus experte, *negan-*

---

Res haud ferre videtur in modico numero, intra quem sacra quaeque societas utilitatis sane causa se continere debet, ut complures existant ad munus docendi tam solertes ac digni, ut non uni et alteri praecipuo meritum locum facile concedant, nisi justo major teneat eos opinio sui et amor. quae quidem modestia ubi non servatur, ibi ingruunt eae pestes, quas infra queritur Jac. *nam quicquid ejusmodi est in quo non possint plures excellere, in eo fit plerumque tanta contentio, ut difficillimum sit sanctam servare societatem.* Cic. Off. 1, 8ᶜ (SCH). Τὴν φιλονεικίαν τῶν μὴ βουλομένων ἐργάζεσθαι ἐκκόπτων, τὸ διδάσκειν ἀπεῖπε, τοῖς ἄνευ ἔργου διδάσκουσι κρίμα μέγα ἐπιτιθείς· ὁ γὰρ τὰ μὴ ὄντα διδάσκων ὡς ὄντα, κατάκριτος (Schol. ap. MTTH). — Add. CHRYS. in Hebr. 13.: Βαβαί, πόσος ὁ κίνδυνος! Τί ἂν τις εἴποι πρὸς τ. ἀθλίους, τ. ἐπιῤῥίπτοντας ἑαυτοὺς τοσαύτῃ τιμωριῶν ἀβύσσῳ; πάντων ὧν ἄρχαις γυναικῶν κ. ἀνδρῶν κ. παιδῶν σὺ λόγον δίδως· τοσούτῳ πυρὶ τ. κεφαλὴν ὑποτίθης; Θαυμάζω εἴ τινά ἐστι τῶν ἀρχόντων σωθῆναι, πρὸς τῇ τοιαύτῃ ἀπειλῇ κ. τῇ παρούσῃ ῥαθυμίᾳ, ὁρῶν ἔτι καὶ ἐπιτρέχοντας τινὰς κ. ἐπιῤῥίπτοντας ἑαυτοὺς τῷ τοσούτῳ ὄγκῳ τ. ἀρχῆς. Εἰ γὰρ οἱ ἀνάγκῃ ἑλόμενοι οὐδεμίαν ἔχουσι καταφυγὴν κ. ἀπολογίαν κακῶς τὸ πρᾶγμα οἰκονομοῦντες κ. ἀμελοῦντες (Aaron, Moses, Saul) ... πόσῳ μᾶλλον οἱ σπουδὴν ταύτην τιθέμενοι κ. ἐπιῤῥίπτοντες ἑαυτούς· ὁ δὲ τοιοῦτος πολλῷ πλέον ἑαυτὸν ἀποστερήσει πάσης συγγνώμης. Δεδοικέναι γὰρ χρὴ κ. τρέμειν, καὶ διὰ τὸ συνειδὸς κ. διὰ τὸν ὄγκον τ. ἀρχῆς. Simplic. in Epict. p. 294: Οὐ τὸ ἁπλῶς ἄριστον ἐπιτηδεύειν χρὴ ἀλλὰ τὸ τῶν ἡμῖν συμμέτρων ἄριστον. οὐδὲν γὰρ ἐν ἀσυμμέτροις ὑποδοχαῖς ἐπιγίνεται. Διὸ χρὴ μὴ προπετῶς τὰ μείζονα προσωπεῖα περιβάλλεσθαι διδασκάλου ἢ φιλοσόφου ἢ ἐν νηῒ κυβερνήτου ἢ ἐν πόλει ἄρχοντος. Καλλίον γὰρ ἐν ὑφειμένῳ προσώπῳ εὐδοκιμεῖν περικρατοῦντα τοῦ προσώπου κ. ὑπερβάλλοντα αὐτό, ἢ ἐν ὑπερέχοντι ἀσχημονεῖν ἀπολειπόμενον τῆς ἀξίας αὐτοῦ· καὶ καλλίον παιδαγωγὸν ἄριστον εἶναι ἢ διδάσκαλον ἀτελῆ.

2. Quod μεῖζον κρίμα fore dixerat, illustrat ac demonstrat sententiâ universali, cujus non opus erat diserta applicatione. Omnibus incumbit, multis modis, judicii sententiaeque accipiendae necessitas: eaque linguae potissimum volubilitate et praecipitantiâ aggravatur (adeoque doctori ex ipsius negotii naturâ reliquis omnibus et proclivior est et gravior). Πολλά] objectum remotius - vbi fere intrans. Πταίομεν] *multis modis labimur* Ἅπαντες] *omnes*, nemine excepto. De vbis vd. 2, 10. et Mt. 9, 14.; rem exhausit AGSTIN. (Ep. 29): *non in uno, sed in multis; non quosdam sed omnes dicit.* 'Non dixit: *offenditis*... sed: *offendimus*... ut tanto cautius se imperfecti quique in agendo vel loquendo circumspicerent, quanto certius cognoscerent, quia nec perfecti quidem boni et qui SpSi gratiâ duce incedunt, hujus vitae viam absque offensione peccati alicujus transire nullatenus possint' (BD). Quodsi jam in aliis rebus, quibus non tantae peccandi illecebrae insunt, multum delinquimus: quanto magis in re tam proclivi! Pergit np. causam praecedentis sententiae reddere; speciem addit peccandi reliquis peccatis fere faciliorem et principaliorem; non: (*certe enim*) *loquendo omnes peccamus*, sed: (*atque singulatim*) *quae linguâ committuntur, vitatu*

difficillima sunt[147]) - ut igitur magnâ opus sit cautione nostrûm ipsorum prius quam aliorum attendendi ac curandi. *Εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ*] *si quis sermone* i. e. loquendo, linguâ *haud peccat, is* profecto *vir perfectus*, consummatae virtutis - est s. potius esset. Non enim est quod eleves sententiam: *vir egregius, eximiae prudentiae* (q. d. *e. ganzer Mann*); np. non hoc poscit, ei demum qui linguae plane temperare valeat, doctoris munus capessendum esse (Grs) - quasi tale quid locum unquam habere possit! - sed rem inducit impossibilem, periculosam, itaque minime temerario ausu tentandam. Eodem tendunt addita: *Δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα*] Dixit respectu *τοῦ χαλιναγωγεῖν γλῶσσαν* quod poposcerat 1, 26., h. sns.: '*difficilius omnino, parvum isthoc membrum regi atque in officio contineri, quam totum corpus*' (Ht) - qui igitur difficillimum potest, poterit etiam id quod minus difficile est - 'si quis lapsum linguae, qui paene inevitabilis est, cavet, hic .. etiam cetera corporis membra, quae facilius castigari possunt, ne a recto itinere divertant discit observare' (Bd); '*wer s. Zunge meistern u. regieren kann ... der ... kann s. ganzen Leib d. i. all sein Thun, Wandel u. Leben regieren, leiten, führen u. im Zaume halten*' (Altham); 'qui linguae suae potens est, totius corporis cunctorumque membrorum potens est, ut membrorum ceterorum quoque nullum conetur ac peragat quicquam ab officio alienum: linguâ igitur continendâ totum corpus continetur, non secus ut eques [v. 3] dum os equi freno compescit, equum regere totum videtur' (Sch); — possis igitur corpus (c. Didym. all.) pro passionibus operationibusque corporis dictum statuere; hae enim sunt quae in corpore et in quibus corpus regatur; recteque Pt.: '*qui loquendi pruritum reprimere potest, nec reliquos pruritus coërcendi facultate carebit.* ratio in eo posita esse videtur, quod linguae adeo plerumque volubiles improvisique sint impetus, ut vel ipsum mentis, qua nil velocius, motum praevertant, reliquorum autem ministeria membrorum saltem locum, aliquem arbitrio ac rationi concedant'. Ceterum recte et Ht. (cum plerisque) vidit esse generalem admonitionem '*de prudenti et circumspecto orationis usu, quem longe difficillimum esse sapientissimus quisque facillime agnoscit*', et Gt. ad doctorem applicuit '*qui neque dicit quod non compertum habeat, et tempora observat quibus quidque aut dicendum aut silendum sit*' — qui (quod addit Sch) 'nullo denique verbo sui commodi studium, gloriositatem, superbiam, libidinem, cupiditatem, hominum metum odiumque arguit'.

Cur Gt. restringeret *ἅπαντας* ad *plerosque*, provocato *more magnorum virorum per modestiam quandam se addendi infirmioribus*, *πταίειν* ad errores qui docentibus obvenire possint *lapsando*[148]), *σῶμα* [probantibus Agstio et Sch.] ad *corpus* sc. ecclesiae: idonea deerat causa. Quemadmodum enim nexui satisfacit communis experientia communitatis peccandi, ita eidem repugnat applicatio ad coetum. Non quidem (quod contra monuit Benson. probb. Sml. Pt. Grs°) nec vcbla, si vel simpliciter locata, nec vv. 3. 6. de corpore sensu pr. agentes

147) Vix apte Pt.: '*Wir sündigen alle ohnehin schon so oft, wer nun vollends (δέ) mit d. Zunge nicht sündigt, der hat es weit gebracht*'. — Jure contradixit Mich[1] cui ob Adj. praemissum lex linguae visa est hanc postulare interpunctionem: *οὗτος τέλειος, ἀνὴρ δυν. τλ.* — Oec.: *Τὸ ἀδιάφευκτον τοῦ μή τινα ἐκτὸς ἁμαρτίας διαβιώσκειν ἀνθρώπων ἀπὸ τοῦ τ. γλώσσης εὐολίσθου. πιστοῦται· ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸ μηδενὶ προσεῖναι τὸ τέλειον παρίστησι.* 148) Aptius quam (ex vbb. significatibus) verius Bmg.: *πταίομεν* '*ist hier mit gutem Bedacht anstatt πίπτομεν gesetzt, dass es nicht f. e. Unvermeidlichk. grober Sünden u. gänsl. Abfälle v. Gott angesehn werde.*'

satis refutant: etenim metaphora σώματος 'sicut universae ecclesiae jure quodam competit, ita et ecclesiis singulis suo modo: nam et omne collegium in jure *corpus* dr.' (GT); vb. χαλιναγ. ipsâ met. satis defenderetur; posset denique λόγος v. 2. (c. AGSTIO all.) ad *institutionem* restringi atque ita a specie ad genus pergi ('*bei dieser Glgheit breitet sich dann d. Verf. überh. üb. d. Misbrauch d. Zunge aus u. stellt in starken in einander gedrängten Bildern das namenlose Unheil dar, welches damit angerichtet wird*' STZ) — nisi vcblor. oppositio v. 2. χαλιναγ. καὶ ὅλον τ. σῶμα sisteret λόγον similiter *frenandum* atque σῶμα, partem oppositam toti, rem non ad omnes (doctores) qui ληψόμεθα sed ad omnes (homines) qui πταίομεν referendam: ceteroquin enim dicendum fuisset: καὶ χαλιναγ. ὅλ. τ. σ., quia in *institutione* aliis etiam modis quam effrenato linguae usu peccari potest.

Apta est orationis compositio nec Jac. (c. SCHNK) culpandus tanquam rectae rationis qua protasis et apodosis jungantur incuriosior. *Es soll* (ad coercendam nimirum docendi et corrigendi, quae vere extiterat, licentiam) *thls d. Schwierigk. thls d. Nutzbark. der Bändigg d. Zunge vorgestellt werden* (BMG.; '*nachdem d. Bewahrg d. Zunge beschaffen ist, der Art u. d. Stufen nach, nach dem ist d. ganze Bessrung des Menschen u. s. Wachsthum in derselben zu beurtheilen*'; '*d. Fertigk. andre zu richten ist eben kein Zeichen v. d. Bessrung eines M. vielmehr e. Anzeige d. Ggtheils*'). Non tam explicationis quam additae applicationis sunt: '*Weil wir alle selbst so mannichfaltig fehlen, so sollen wir's nicht so genau mit andern nehmen*'! s.: '*als Lehrer müssen wir viel befehlen; thäten wir es nun ab. selbst nicht, so wären wir noch straffälliger, da wir so schon genug fehlen!*' (GÖPF); item: '*Wir sollten fürs Erste schon vor allen Dingen unsre eignen Fehler zu verbessern suchen, ehe wir Andre belehren wollen*' (GRASH).

Sententiae ubique recurrunt. 1) Ἄνθρωπος οὗτ ἐστι δίκαιος ἐν τ. γῇ ὃς ποιήσει ἀγαθὸν κ. οὐχ ἁμαρτήσεται (Coh. 7, 20). *Mortalis conditio non patitur esse hominem ab omni macula purum* (Lact.). Ἀδύνατον ἀδιάπτωτον εὑρεῖν (Crates ap. Diog. L.). Τίς ἀνὴρ οὕτως ἀγαθὸς ὡς διελθεῖν βίον ἁπταίστως; (Max. Tyr.). Ὁρῶ ἀνθρώπων οὐδένα ἀναμάρτητον διατελοῦντα (Xen.). Τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν ἔξω τ. φύσεως κεῖται τ. ἀνθρωπίνης (Themist.). Ἀνθρώποισι τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξεμαρτάνειν (Soph.). Τὸ μὲν ἁμαρτάνειν κοινὸν πάντων ἀνθρώπων ... τὸ δ' ἀδικεῖν ἴδιον τῶν πονηρῶν (Arist.). *Vitiis nemo sine nascitur* (Hor.). *Unicuique dedit vitium natura creato* (Prop.). Plura vd. ap. WTST. et ap. GATAK. ad Antonin. 11, 18. 7, 26. 'Cavendum interim (addit WF) vehementer est, ne Ap. hoc assertum in vitae morumque licentiam abripiatur' (cll. SPHN. *Rettung d. gemisbrauchten Sprüche h. Schr.* p. 435 sq.). — 2) Τίς οὐχ ἡμάρτησεν ἐν τ. γλώσσῃ αὐτοῦ; (Sir. 19, 16. cll. Ps. 39, 1. LXX: εἶπα· φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου). Ἄνδρα οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ δίκαιον, ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει (Soph.). Πολλοὶ πολλὰ σφάλματα ἔχουσι, τὸ δὲ σιγᾶν ἀσφαλές (Apollon.). Add. Zenon. dictum (ap. Diog. L.): κρεῖττον εἶναι τοῖς ποσὶν ὀλισθεῖν ἢ τῇ γλώσσῃ, quod reddidit Eustath.: φορητότερον εἶναι ποσὶν ἤπερ γλώττῃ προσκόπτειν.

3-5. '*Sed* hanc causam illustrabo diligentius'. *Quodsi equorum frenos in ipsorum ora* '*injicimus, eo consilio ut nobis obsequantur, atque* hac unâ ratione, exiguo ferro perite usi, facile *id efficimus ut totum corpus circumagatur*' ac regatur — *ecce etiam* '*naves, tantae* quidem *molis ventorumque saevorum agitationi jam patentes,* tamen *circumagi solent modico gubernaculo quamcunque in partem impulsus dirigentis* eas ferri *voluerit*'! — '*similiter* se habet vis *linguae* ejusque moderatio non est minoris momenti: *pusillum* sane *membrum*, *sed quod magnifice* quasi *se extollere potest*; magna enim et exitia et beneficia linguae debentur' (SML).

Commemoratione facilitatis loquendo peccandi ad uberius describendam universam linguae vim, singulatim perniciosam, eo facilius ac lubentius descendit, quo magis haec ipsa expositio redire debebat ad primarium consilium, a docendi pruritu avocandi. '*Parva*

res, qualis lingua, magna saepe effecit: qua consideratione modestus ac circumspectus dicendi [docendique] usus commendatur (SCHNK). Comparat in hanc rem linguam cum equi freno, navis gubernaculo, h. r.: 'Sicut frenis equos, naves gubernaculis regimus, magnas autem silvas modico igne succendimus: ita et lingua nostra parvum quidem membrum est sed magnâ exultatione dilatatur' (CASSIOD.). *'Haltet die kleine Zunge nicht für unbedeutend! Kleine Ursachen bringen grosse Wirkungen hervor; der kleine Zaum v. 3; das kl. Steuerruder v. 4; der kl. Feuerfunke v. 5; so bewirkt auch das kl. Glied d. Körpers, die Zunge, Grosses'* (GRASH). Lectio et interpunctio, utraque haud parum fluctuans, ita constituenda videtur: *Εἰ δὲ τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν, πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν — ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται! — οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ καὶ μεγαλαυχεῖ.*

3. *Τῶν ἵππων τλ.*] OEC.: *ἡ σύνταξις οὕτως· εἰς τὰ στόματα τ. ἵππων ἐμβάλλομεν τ. χαλινούς. εἰ γὰρ μὴ οὕτω συνταγείη, ἀδιανόητος ὁ λόγος.* Imo vult *equorum frenos*: praemisso Genit. quia de hominum quasi frenis modo locutus erat, adhibito Subst. (nec vero vbis *χαλινοῦν, ἐπιστομίζειν* ctt.) quia linguam in ore hum. assimilare voluit freno in ore equi. Frenum satis exiguum immittimus eo consilio ut domemus, eo successu ut totos flectamus. *Πείθεσθαι*] vb. in hac re pr. cll. Xen. Cyr. 4, 3, 3: *πείθεται ὁ ἵππος χαλινῷ. Μετάγειν*] non: '=(*mit-*)*leiten*' (SCHNK), sed: *traducere, circumagere.*

4. *Τὰ πλοῖα τλ.*] 'Duplex inest magnae rei momentum: ipsa navium e. c. onerariarum magnitudo quae ingentia impositarum mercium pondera continet, et ventorum ista vis atque vehemens impetus qui vela impellit: tamen minimo gubernaculo eò aguntur quo vult nauclerus, qui et ipsum rapidi maris impetum sic quasi compescit' (SML). Momenta sunt 1) quod difficilior adhuc gubernatio est *a*) ob majorem molem eamque *b*) externo insuper arbitrio commissam; *Σκληροί*] sunt qui Latt. drr. venti *saevi* i. e. vehementes (*rauh, ungestüm*): vcb. hac in re pr. ut multis monstrarunt RAPH. e Polyb. et Hdt. WTST. all.; 2) quod tanta et tam infestata moles minimo regitur instrumento; *Πηδάλιον*] 'gubernaculum; fustis autem quem rector manu tenens gubernaculum tractat, clavus, *οἴαξ* vocatur' (SCH); potuisse et sine et cum Artic. locari sponte apparet, Adjectivi vero partim loco partim formâ (superlat.) notio *exigui*, comparatâ potissimum navis mole, exaggeratur; 3) quod denique haec rectio satis facile procedit, solo fere gubernatoris impetu; 'Ὁ *εὐθύνων*] *dirigens*, h. l. *κυβερνήτης, rector* navis; vb. 'cum de *auriga* tum de *gubernatore* usurpatur. vd. VALKEN. ad Eur. Hipp. 1226. p. 296. et SPANH. ad Call. hymn. in Jov. 83. et LÖSN.' (PT) cll. gr. *εὐθυντῆρ* s. *εὐθυντής*· Prtcp. etiam absque *more hebr.* (GT) recte locatum esse vd. ap. WIN. *Gr.* p. 289; 'Ὁρμή] *impetus, impulsus*, non tam internus, *voluntatis* [GT. BMG. (*d. Anlauf, Trieb d. Gemüths*) MR. JASP], quam externus [ER. SML. AGSTI STZ. recentioresque omnes], *d. Druck d. Steuermanns*, 'celerior illa gubernaculi commotio qua navis tempestate agitata modo huc modo illuc diri-

genda est' (PT): partim ita Grr. quoque ὁρμὴ est quam Arist.[149]) ἑνὸς ἀνθρώπου δύναμιν dixit, partim *voluntatis* notio satis habetur vbis Ὅπου βούληται] quae igitur omnium minime obstant: 'nam saepe etiam rebus vita sensuque carentibus voluntas tribuitur' (HT. cll. ad Plat. Euthyd. §. 42) sensusque est: '*allenthalben hin*' (PT. cll. Jo. 3, 8).

5. Ἡ γλῶσσα τλ.] Sns.: *Quantulacunque sit*, ratione habitâ corporis, *magna tamen molitur*. Καί] *atque* tamen, *atqui*. Molitio linguae existit vbis, exit in facta: ita satis excusatur vb. Μεγαλαυχεῖν] *magna crepare, jactare* (*sich auflassen, breit machen, viel herausnehmen; mächtig auftreten* simm.); quod enim lingua vere et proprie committit et cujus demum praesidio reliquorum fit effectrix, sunt *vba*, magna et *insolentia* vba: quae tamen si mera vba manerent, nec nocerent nec constaret sibi comparatio[150]); dum magniloqua (לְשׁוֹן מְרַבֶּרֶת גְּדֹלוֹת LXX: γλῶσσα μεγαλορρήμων Ps. 12, 4. cll. 17, 10. Dan. 7, 20) sisti debebat, sistitur simul magnifica, nimirum in malam partem: 'Pusillum est membrum sed turgidum et jactabundum lateque miscens exitium et ingentes excitans tumultus; ni freno animi cohibeatur haec, totos populos, tota regna inter se committit' (Ez.; quod non male expressit BAHRDT.: '*das kleine Glied, die Zunge, macht oft e. Lärm, den kein Mensch bändigen kann*'). 'Sic ap. Plat. dR. ed. Bip. T. VI. p. 280. mulier πρὸς θεοὺς ἐρίζουσα κ. μεγαλαυχουμένη dr., *e. Weib welches mit den Göttern hadert u. sich gegen sie auflässt*' (HT); nec opus est *a*) conjecturâ: μεγάλα ἰσχύει (AGST.); *b*) commento Hebraismi vba *dicendi s. loquendi* interdum de rebus *effectis* s. *productis* usurpantis (v. c. secundum GLASS. PhilS. p. 222 sqq. ed. DATH.); *c*) moliminibus utram-

---

149) Quaest. mechan. 2, 5. Τὸ πηδάλιον, μικρὸν ὂν κ. ἐπ' ἰσχάτῳ τῷ πλοίῳ, τοσαύτην δύναμιν ἔχει, ὥστε ὑπὸ μικροῦ οἴακος κ. ἑνὸς ἀνθρώπου δυνάμεως, κ. ταύτης ῥᾳδίας, μεγάλα κινεῖσθαι μεγέθη πλοίων. cll. Hom. Od. 5, 415 sq. Μήπως μ' ἐκβαίνοντα βάλῃ λίθακι πατὶ πέτρῃ | κῦμα μεγ' ἀρπάξαν, μελέη δέ μοι ἔσσεται ὁρμή. et Lucret. dNR. 4, 899 sqq. *Ventus subtili corpore tenuis | trudit agens magnam magno molimine navim, | et manus una regit quantovis impete euntem, | atque gubernaculum contorquet quolibet unus.* — Utrumque complexus est CORN. A LAP.: '*Impetus* i. e. voluntas. sed dicit ὁρμὴ i. e. *impetus*, quia gubernator volens recte dirigere navim, debet saepe obniti ventis et undis ideoque vi et impetu clavum iis opponere, aut certe illis eum totamque navim ita aptare et accommodare, ut si non rectum, certe lateralem cursum teneat feraturque in locum a se destinatum. adde ὁρμὴ accipi posse pro *impetu* i. e. *impulsu, studio et conatu voluntatis*: nauclero enim ad clavum sedenti, ut eum recte gubernet, magis opus est *animi attentione et dexteritate* quam *brachiorum impetu viriumque impulsu*'. — 'Vix opus est admonitione Ill. MICH[is]... vix convenire vcb. voluntati gubernatoris, quae non impetuosa sed cauta et prudens esse et solet et debet, itaque designari potius impetum navigio a gubernatore impressum, *den Schuss den d. Schiff durch d. Kunst d. Steuermanns bekommt*; sic Prov. 21, 1. ὁρμὴν τ. ὕδατος dici [cf. infr. OEC[11]: πλείου ὁρμήν]. satis omnino recte illud habet, *voluntatem* non esse impetuosam; *arte* navem torquet non valentiâ; sed saepe ars et prudentia peritissimi gubernatoris ὁρμὴν corporis totius postulat ad gubernaculum dirigendum' (SCHL.). 150) CALV.: 'Grr. *jactare se ac venditare* significat. sed J. h. l. non tam ostentationem taxare voluit, quam dicere linguam esse magnarum rerum effectricem. postremum enim hoc membrum priores similitudines accommodat praesenti instituto. freno autem et gubernaculo non conveniret inanis jactantia. significat ergo linguam *magnâ vi pollere*'. Dr. in malam partem, s. vertas (c. ESCHM.) *magna jactat*, s. (c. BZ.) *magnifice se effert*; non male expressit CASSIOD.: *magnâ exultatione dilatatur*. Ceterum, NTi ἅπλγ., habetur Ez. 16, 50. Zeph. 3, 11. Ps. 10, 18 (pro hebrr. גבה et ערץ).

que signif. ex ipsa etymologia jungendi, *aa*) Bmg[ii]: *den Hals* (*αὐχένα*) *hoch tragen*, unde deinceps: *prahlen*, *wagen*, *vermögen*; *bb*) Mr[i]: *Grosses*, *Dinge v. grossen Folgen*; *cc*) Pt[i]: 'lingua pusillum quidem membrum est, sed quanta (*μεγάλα*) efficere possit, gloriatur ipsa (*αὐχεῖ*)'. Ceterum 'oratio simplex et gravis, quam perderes si post *γλῶσσα* poneres comma' (Schnk); sententiae vero, *tantillum membrum tanta valere*, persimile est adagium hebr. ap. Wf. linguam modicum quidem membrum esse sed facile exire in magnam vindictam (הלשון צעיר הקומה וגדול הנקמה).

Applicatio ad linguam v. 5 exhibita, quanquam ad utramque imaginem diserte refertur (*οὕτω καὶ ἡ γλ.* cll. *ἰδοὺ καί* v. 4), in varias tamen partes trahi poterat: 1) quia cogitari potest ab instituto cursu arreptis alterius similitudinis momentis deflexa, 2) quia nexus c. antecedd. (v. 2) ex vulgari lect. totus fluctuat eumque nec ii satis attenderunt qui recte censuerunt v. 3 pro

Ἰδού] non tam legendum esse *ἴδε*] cum C 13. 14. 19. 57. 65. (c. al. 5.) 68. 69. 78. ex em. 83. 95. 98. al. 17. Mth. a al. 8. Ed. Damasc. Teph. dis., probante Griesb., quam *εἰ δέ*] cum A[151]) B[152]) G 8. 15. 18. 25. 31. 36. 40. 73. 78. a pr. m. al. 8. Copt. Ar. pol. Vulg. corb. Oec. Latt. ap. Bed. (*sicut autem*) Aeth. (*et praeterea*), non improbante Pt°, exhibentibus Gbs. et Lachm°. Quanquam enim *ἴδε*, regnante Itacismo, librarius modo scripti *εἴ τις* (v. 2) memor in *εἰ δὲ* mutare poterat; quanquam *ἴδε* et *ἰδοὺ* sententiam exhibent omni ex parte expeditam, quid quod concinnitate aliquâ minime frigidâ commendatam; quanquam denique Syr. favere videri potest vbis: ܗܐ ܓܝܪ (*ἰδοὺ* s. *ἴδε γάρ*): tamen *a*) *ἰδοὺ* si scriptum fuisset, nemo facile, ne casu quidem, in *ἴδε* mutasset; neque *b*) probabile est, Jacobum qui sexies illud habet (3, 4. 5. 5, 4. 7. 9. 11) semel idque h. l. alterum scripsisse; imo *c*) sponte se offert suspicio, 'lectionem *εἰ δὲ* in *ἴδε* et hinc [ob sqq.] in vulgarem lect. *ἰδοὺ* transiisse' (Pt). Certe non intelligo quid sibi velit Schnk.: 'barytonon *ἴδε* initio exemplorum accommodatius oxytono *ἰδοὺ* Jacobo aliâs usitato, quare non est cur legas *εἰ δὲ*, praesertim quum auctor vcbla idem signiff. permutare amet (1, 19. 5, 12)'. Contra ea est lectionis *εἰ δὲ* difficultas, ut nonnisi summa inconsiderantia eam ex praecedente *εἰ* inducere potuisset. Apodosis, quae non aperte addita est, potest sane (c. Pt. Gbs. all. cll. R. 8, 17) ita constitui: *Quodsi equorum ora frenamus, totum etiam corpus regimus.* Verum quid tandem

Δέ] in sententiarum connexione quae luce clarius ab omni qualicunque oppositione abhorret causamque reddit? Locandum erat *γάρ*. Idem *δὲ* non admittit (*A*) applicationem ceteroquin primo fere adspectu se offerentem: *Quemadmodum freno toti equi, gubernaculo totae naves reguntur: ita linguâ totum corpus* [Carpz. Schulze[153]) Ht. Agsti]. Sane *χαλινοὺς* suppeditavit vbum trop. *χαλιναγωγῆσαι* v. 2; exacte respondet enuntiatum *ὅλον τ. σῶμα αὐτῶν μετάγομεν* v. 3; poterat denique 'novam comparationem instituens a regimine navium ductam, vbis illis *τηλικαῦτα* et *ἐλαχίστου* impulsus, hanc notionem arripiens in apodosi ab instituto similitudinis cursu deflectere, quanta linguae, minimi membri, in malam partem sit vis dicturus' (Ht): verum non poterant hae imagines a sententiâ, quam et vbis et re illustrant ac demonstrant ipsissimam, vel levis-

---

151) Scriptione continuâ exhibet *ειδε*, quemadm. R. 2, 17. ubi etiam all. *ιδε*. Vd. Gbs. p. 244. 152) Vd. Gbs. l. c. 153) *D. schriftst. Char. u. Werth d. Ptr. Jud. u. Jac.* p. 70 not.: '*Der Sinn v. V. 3 ist unstreitig in Verbindg mit V. 2 dieser: Pferde können wir ja durch Zäume bändigen u. ihren ganzen Körper nach Willkühr wenden u. lenken. Sollten wir nicht Herren unsres eignen Körpers u. also auch unsrer Zunge sein können? V. 4 u. 5 hängen so zusammen: Kleine Ruder können sogar grosse Schiffe lenken; so macht auch d. Zunge, e. kl. Glied, viel Lärm*'. — *J. verleitet beim zweiten Bilde an denselben Ggstd zu denken, da man dasselbe* '*eben so gut auf d. Pflicht s. Zunge zu beherrschen* (*wovon das V. 3 gebrauchte Gleichniss zu verstehen ist, wie V. 2 das anticipirte Wort χαλιναγωγῆσαι zeigt*), *als auf d. Grösse d. Schadens den d. Zunge, e. kl. Glied, oft anrichtet, beziehen könnte*'.

simo modo sejungi. Recte vero haec separatio habet (*B*) in applicatione quam et v. 5 diserte exprimit et v. 6 continuat: *Quemadmodum frenum totum equi corpus, parvum gubernaculum ingentem et difficilem navium molem regit: ita parva lingua magna movet!* s.: '*Sicut frenum est modicum ratione equi, et gubernaculum minima pars navis*', et tamen '*vel ferocem equum et ingens navigium parvo artificio regunt homines*': *ita etiam lingua* ctt. [SML.; CASSIOD. GT. MR. PT. STZ. GBS. GRASH. SCHNK]. Ita a difficultate linguam moderandi transitus fit ad necessitatem: in memoriam vocatur, exigua saepe esse quibus ingentia moveantur non solum in bonam (3. 4) sed maxime etiam in malam partem (5. 6); traducitur oratio per antanaclasin a tropo *frenandi* ad *frenos equestres* ita, ut comparatio breviter absolvatur, ipso momento nondum appellato[154]); pergitur ad gravius exemplum (*navium*), quod et praemisso ἰδοὺ vividius sistitur[155]) et tertio comparationis diserte expresso vcblorumque oppositione exaggerato augetur; positâ denique applicatione ultimum momentum, quod initio jam obversabatur (*efficaciae perniciosae*), additur et illustratur novo exemplo subjuncto (*scintillae integram silvam inflammantis*). His autem haud exiguum pondus accedere videtur structurâ nostrâ, ex qua prima imago non solum novâ similitudine abrupte interpositâ nervose definitur et augetur, sed etiam arctius applicationi jungitur; unde hoc redundat momenti, quod 1) tertium comparationis magis eminet (*ut frenum ita etiam lingua parvum membr.* ctt.), 2) vb. μεγαλαυχεῖν, in quo latet notio primaria (*insolentis ac pestiferi*), arcte refertur per intermedium δέ v. 3 ad εἴ τις τλ. v. 2. (lingua quae μεγαλαυχεῖ ad χαλιναγωγῆσαι, quo potissimum eget!): quod momentum fortasse jam sensit BD.: 'Quodsi, inquiens, ut quidam Cdd. habent, legerimus: *sicut autem equis frena in ora mittimus*, nihil quaestionis erit, quia conjungitur ad hoc, quod in sqq. dr.: *ita et lingua modicum quidem membrum est*' ctt.

Utramque applicationem jam praeiverunt variisque modis auxerunt antiqui intptes. OEC.: *Κατασκευαστικὰ δὲ ταῦτα τοῦ περὶ τ. γλώσσης εἰρημένου, κ. ἐκ τοῦ μᾶλλον ἐπιχειροῦντος, ὅτι ὁ τοῦ πρὸς μεταγωγὴν εὐκόλου κυριεύων κ. τοῦ δυσμεταχειρίστου οὗτος κατακρατήσει. ἀντίπιπτον δὲ ἐν ταὐτῷ λύει· εἰκὸς γάρ τινα ἐπαγαγεῖν, ὅτι, καὶ τίς κόπος μικρὸν οὕτω κυβερνῆσαι μέλος; ἢ τίς ἡ ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου γενησομένη βλάβη; κ. δείκνυσι κ. ταῦτα ἔκ τε τοῦ χαλινοῦ κ. τοῦ πηδαλίου κ. τοῦ σπινθῆρος, ἃ μικρὰ μέν ἐστι, μεγάλα δὲ ἀποτελεῖ. Ἄλλως· ἔτι κ. ταῦτα περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὡς ἔτυχε τ. γλῶσσαν κινεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ κρείττω μεταφέρειν, ὡς ἵππου θράσος τῷ χαλινῷ κ. πλοίου ὁρμὴν τῷ πηδαλίῳ· οὕτως οὖν κ. τὴν γλῶσσαν εἰς τὸ εὖ ἔχον τῷ ὀρθῷ λόγῳ μετάγειν ὀφείλομεν.* unde posthac v. 5 ita exponit: *τὸν αὐτὸν τρόπον κ. ἡ γλῶσσα ὀφείλει κινεῖσθαι καλῶς, ὃ κἂν μικρὸν μέλος ἐστὶν ἀλλὰ μεγάλα ἐργάζεται, καλὰ δηλαδὴ κ. κακά.* BD.: 'Subaudis: *quanto amplius decet, ut nobis ipsis frenum continentiae in ora mittamus* ad consentiendum creatori nostro, quatenus per linguae custodiam operum quoque rectitudinem obtinere quaeramus'. Componit deinde *naves in mari* cum *mentibus hominum in vitâ, ventos* cum *mentium appetitibus*, *gubernaculum* cum *cordis intentione*[156]). — 'Utramque similitudinem, fre-

154) Frenum tanquam parvi quid appellatur v. c. ap. Soph. Antig. 477. *Σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους ἵππους καταρτυθέντας.* 155) *Den Blick gleichsam hinlenkend um es lebendiger vor d. Seele treten zu lassen* (GBS); *e. erhebl. u. ganz augenscheinl. Sache anzuzeigen* (BMG). Additum *καί*] ut verti possit *adeo*, efficit demum rei secundo loco allatae qualitas. 156) BMG. haec notat momenta: *E. Bändigg nicht ohne Gebr. hinlängl. Mittel, die v. einiger*

ni et navigationis, similiter sic conjunxit Plat. in Axioch. [*Ἡνίαις γ. μάστιγι τοὺς ἵππους ἐλαύνομεν· γ. ναυτιλλώμεθα, πῇ μὲν τοῖς ἱστίοις τὴν ναῦν ἐκπετάσαντες, πῇ δὲ ταῖς ἀγκύραις χαλινώσαντες καταβύθομεν·*] et addit: *οὕτω χυβερνητέον τ. γλῶτταν*, utroque modo, partim *τοῖς λόγοις ὀπλίζοντες* (ut freno equos) partim *σιωπῇ κατευνάζοντες* (ut ancorâ navem). eum, ut saepe, imitatur Phil. de agricult.. Plut. [de poetis aud. p. 33] similiter dixit, sicut equus *διὰ χαλινοῦ* et navis *πηδαλίῳ* regitur. vd. ista ap. Wyst. [qui praeter alia adscripsit Ez. 38, 4] pluribus' (Sml). — Ceterum sunt sane adm. finitimae comparationes (*ὃν ἔχει λόγον ἐπὶ γῆς ἵππος, τὸν αὐτὸν ἐν θαλάσσῃ ναῦς*, Artemid. 1, 58. cll. Ov. AA. 2, 731: *totis incumbere remis | utile, et admisso subdere calcar equo*): tamen longius petierit Corn. a Lap.: 'Navis in mari est id quod in terrâ equus et currus, ac sicut equus regitur freno, sic navis gubernaculo: unde navis a Plaut. Rud. Act. 1. vocatur *equus ligneus*, et Hom. Od. 4. *celeres*, ait, *in mari naves equorum loco sunt* [*segelade Rosse*]... Pulcre vero Cat. in carm. de nuptiis Pelei navim vocat *volitantem flamine currum*, quia flatu ventorum agitur'.

5. 6. *Ecce parum ignis, quantam silvam* valet *incendere! Etiam lingua* est *ignis aliquis;* grassatur scintillae instar in incendium omnia late vastans inflammatae; *mundus* vero ex hac ipsâ linguae vi pestiferâ plenus est *improbitatis* ac scelerum! *Talem,* cujus quasi flammâ totus mundus pessumdetur, *lingua sese sistere* valet *inter membra nostra, quippe universum* haud raro *hominem* peccatis culpâque *inquinans atque* ita rapiditate suâ *rotationem vitae naturalem in flammas* dans flagitiorum ac miseriarum, *flagrans ipsa flammis* diabolicis *ex inferno incensis.*

Addit, cujus causâ antecedentia disputata erant, quod duplici imagine jam prolatâ nonnisi praeparatum voluit, quo demum consilium assequi poterat a linguae praecipitantiâ singulatim in docendi negotio dehortandi: ingentia exiguis ejusmodi causis, singulatim exiguo linguae membro, facile efficienda haud raro immania esse et pestifera. Quemadm. saepe (ut Latt. loquuntur) *ex scintillâ incendium*: ita parva lingua infernali suo igne haud raro totam corripit perditque vitam; unde sponte apparet, quanto periculo se exponat qui linguae temperare negligat: quae ab initio facilius potuisset reprimi ac contineri, ea tandem impotentissime vagabitur.

Ὀλίγον πῦρ] *e. geringes* (*unvermerktes*) *Feuer, scintilla* (*σπινθήρ*, ut expressit Oec); notarunt jam Ammon. et Eust. (vd. Wyst non tantum *ἐπ' ἀριθμῷ*, ex oppositione *πολλοῦ*, sed etiam *ἐπὶ μεγέθους*, pro *μικρῷ* ex opp. *μεγάλου*, dici (ut *ὀλίγη τράπεζα*, *ὀλίγος Ὀδυσσ.* ap. Hom., *ὀλίγον πλοῖον* ap. Hesiod.): hic tamen aeque recte dixeris *e. wenig F.* quam *e. klein F.*. *Ἡλίκην ὕλην*] *quantam silvam* (*Holz, Gehölz;* cll. Etym. M. et Suid. *ὕλην* etiam dici *τὸν σύνδενδρον τόπον*) [ita post Syr. (*multos ramos*) et Vulg. (*magnam silvam*) plerique]. Cur ad sensum: *materiam, materiarum, lignorum congeriem* (cll. Sir. 28, 10. *ὕλη πυρός*) [c. Er. Bz. ESchm. Gt. Bmg. Agsti°] deflectatur, deest causa: illud imaginem sistit non solum aptiorem et grandiorem, sed etiam veteribus usitatissimam (de qua ejusque variis rationibus vd. infr. p. 189; h. l.) tertium comp. est *damnum latissime patens.*

Gewaltthätigk. ab. auch, recht gebraucht, im Stande sind d. Zweck zu erreichen — um zu zeigen, es sei sehr viel daran gelegen, wie man d. Zunge regiere, d. Nutzen davon sei sehr gross u. unleugbar u. erstrecke sich sehr weit.

6. *Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ*] Nervosior est oratio omissâ comparationis disertâ notatione; similitudini exclamando expressae applicationem apponit 1) Subjecti (per *καί*), 2) Praedicati (per *οὕτως* s. – si id spurium est – per appositionem): ubi altera alteram ita praeparat ac juvat ut neutra otiosa dici possit. *Καί*] utrum vertatur *etiam* an *atqui*, eodem redit; Bmg.: *steht anzuzeigen, dass obgleich d. Nachsatz, doch noch nicht die völlige Deutung d. Vergleichung folge, welche erst im folg. Satze anzutreffen ist, indem hier nur d. Vergleichg des Subj. bestimmt werden soll.* Lingua igni comparabilis est quippe et quasi incensa et ipsa incendens (*theils in Absicht ihrer Beschaffenh., der hitzigen Gemüthsfassung die am ersten dies Werkzeug gebraucht sich auszulassen, theils in Absicht der Wirkungen, der schnellen Entzündung nicht nur im Menschen selbst sondern auch in Andern* Bmg). *Οὕτως*] *tali ratione*, ignis instar exigui silvae immissi — *lingua Καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν*] *inter membra* haud raro *constituitur*, *sese constituit* et praestat (vd. 4, 4), in membris nostris grassatur[157]) — tum np. ubi quamquam exigua tantummodo pars, totum tamen corpus inquinat, quandō nimirum et inflammat et inflammatur ctt. Inde accuratior definitio gradatim procedens: *Ἡ σπιλοῦσα*] *maculans*, *contaminans* (*sie die d. ganzen Körper befleckt*); sensus *inficiendi* (ad scelera incitandi) [Aegsti Pt. Scht] facile quidem e significatu deducitur, quia *contagio* est singularis aliqua contaminatio, non tamen necessarius est. Applicatio eodem redit: *Lingua petulantiâ sud universum hominem peccatis culpâque quasi inquinat*, nequitiam suam ejusque consectaria quasi in omnes corporis partes – omnes ejus actiones – diffundit (*macht den ganzen Menschen sündhaft u. verwerflich* Bmg). Trita est translatio (ut 1, 27) et linguae etiam simile quid tribuitur Coh. 5, 5: *Μὴ ἔᾷς τὸ στόμά σου τοῦ ἐξαμαρτῆσαι τ. σάρκα σου.* Nec profecto hoc inest, quaeque membra singulatim peccata committere, nec hoc, quaeque peccata a linguâ proficisci. Mr.: 'Lingua fit causa et occasio cur cetera etiam membra peccent . . . linguae petulantia trahit secum etiam pessima facta, qui juvenis indulserit sibi obscenos sermones, is incipit temporis successu etiam ad obscena facta transire'. Ht.: 'Dicere videtur Ap.: linguam, si quis illâ male utatur, ceteris omnibus membris s. universo corpori i. e. homini maximo esse dehonestamento'. Uterque (quod Ht. exprobrat Mr°) contorte — siquidem crediderit rem se exhausisse. Verum, opinor, nec Mr. omnia peccata ad linguam revocare voluit, nec Ht. omnia quae e linguâ proficiscantur inquinamenta ad dehonestamentum restringere, quale secundum exemplum allatum (Sallust. ap. Gell. 2, 27) corporis T. Didii Imp. erant *cicatrices* et *effossus oculus*, et quale

157) Ita recte Sml. repudians vulgatius: *constituta est.* Quod ita sit divinitus locata (*verhält sich so geg. – ist so angebracht unter –*), vix sufficienter deducetur c. Pt° ex comparatione *torris* qui incendii efficiendi causâ alicubi *collocatur*; multo minus c. Bmg° qui ita copulare suadet: '*die unter uns. Gliedern befindl. Zunge, die wir mit uns herumtragen, deren wir auch nicht entbehren können . . . ist so beschaffen*'. Nimium ponderis vbis *ἐν τ. μέλεσι ἡμῶν* tribuisse videntur Mr. ('*d. Z. die alles das u. das stiftet, gehört unter unsre Glieder.* atqui nonne hoc est abominabile, in ipsis membris nostris esse unum, quod tanta nobis aliisque hominibus damna afferat?'), Grs. ('*ists möglich, ists nicht bedauernswerth, dass wir d. Z., die e. Glied unsres Körpers ist, so schalten lassen?*') et Grash. ('*d. Z. ist e. Glied des K. u. hat als solches unbezweifelt gewisse Rechte; ab. der einzelne Theil darf keineswegs dem Ganzen nachtheilig werden*' — quod deinde applicat: *d. Redegabe ist e. wesentl. Vorzug des menschl. Geistes, ab. wenn sie auf Abwege geräth, z. B. beim Fluchen, Schmähen, dann ist es — schlimm?!*).

STZ. sibi informasse videtur: '*sie entstellt durch erregte Leidensch. die ganze Gestalt des M. oder: sie macht dem ganzen Körper Schande*'. Apte BMG.: '1) *D. Fertigk. mit e. Gliede v. so haüfigem, schnellen u. wicht. Gebrauch, als d. Z., seiner herrschenden unordentl. Sinnlichk. zu folgen, bringet e. Fertigk. zu gleichem unordentl. Gebr. aller übrr. Glieder mit sich, in allen a. ähnl. Fällen, weil d. Gebr. d. Z. mehr mit Beschäftiggen d. Gemüths zus.hängt u. Gedanken mit sich zu führen pflegt, als d. Gebr. andrer Gliedmassen*; 2) *d. Misbr. d. Z. entdecket die ganze üble Beschaffenh. des M. die sich weit merklicher u. eher dadurch verräth als durch andre Hdlgen: verunstaltet also den ganzen M. in d. Augen Gottes u. derer die ihm angehören, die richtig urtheilen u. die wahre richtige Beschaffenheit u. den eigentl. Werth der M. einsehen*'. Ceterum quominus [c. GT. BAHRDT. all.] referas *Σῶμα*] ad *corpus ecclesiae* 'quae saepe per unius atque alterius linguam in gravissimas dissensiones impellitur', impedit oppositio *membrorum nostrorum* in quorum numero sit *lingua*. *Φλογίζουσα*] *inflammans*; 'nec de *damnis quae lingua dat*, c. MR., et multo minus de *libidine impurâ*, c. SML., sed de *effrenis linguae impotentiâ* intelligo' cll. v. 8. et BAHRDTII: *sie wüthet wie e. Flamme das ganze Leben hindurch* (HT): quae vero impotentia dat ista et *damna* et *flagitia*, incendia odiorum, dissidiorum, seditionum, bellorum (GT. cll. Prov. 16, 27. ubi in labiis viri mali dr. esse ignis ardens, et Ps. 120, 3. 4. ubi lingua dolosa carbonibus comparatur). Suppeditavit comparatio cum *igne* quae etiam sqq. continuatur novoque momento augetur. *Φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης*] A) *Quae* aliquando *inflammatur*, ipsa vicissim ardebit poenis infernalibus [GT.: 'Praes. pro Fut. nisi scribendum *φλογισομένη*, quomodo legisse videtur SYR.; sicut ipsa incendit ita et ipsa, np. cum corpore, incendium feret gehennae. sens. idem qui Mt. 5, 22. cll. 18, 9'. (add. Sap. 11, 16. *Δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται·* et Lc. 16, 24. jubeas *καταψῦξαι τ. γλῶσσάν μου.... ἐν τ. φλογὶ ταύτῃ*); MILL. BENS. SML. STORR. ROSENM]; certe ad SYR. non licet provocare: habet Part. Peal: *ardens etiam ipsa igne*, neglectâ appellatione gehennae (vd. not. 168); B) *Inflammata ex inferno*, diaboli sede - igne diabolico i. e. foedissimo ac funestissimo. Pass. flagitat formarum oppositio (*incendit ipsa incensa*; si *incendendam* voluisset, nota *futuri*, quippe primaria, erat exprimenda; nec temere notarunt, dicendum tum fuisse *ἐν γεέννῃ* cll. Mt. 10, 28); Praes. apte etiam vertetur: *quae* etiamnunc, nullo non tempore *inflammatur*; sententia denique aptissime novâ, quam ista suppeditaret, similitudine pingit illius efficaciae perniciosae si non originem, certe indolem: 'Describet (ait MR) magnitudinem et foeditatem istius flagitii et membri flagitii; tantus est ille ignis, ut ex gehennae igne videatur esse incensus; tam foedus est ille ignis et abominandus. ita dicimus rem aliquam a diabolo esse, tum cum incredibilem ejus foeditatem et pravitatem ostendere volumus; ita et consilia interdum pessima dicimus tam prava esse, ut ex orco videantur nata, tum cum foeditatem et pravitatem eorum summam indicare volumus. sic ceperim et nunc; ac poterit idem confirmari e scriptore quod. jud. cujus locum WTST. dedit. ille enim scriptor, dum illustrat Ps. 120, 4. ubi Dav. de convitiandi et calumniandi libidine loquitur et inter alia dicit: *die Zunge des Verlaümders ist wie das Feuer im Wachholder*, addit istum ignem in frutice juniperi posse dici ignem incensum ex gehenna inferne'. Add. Jo. 13, 2. 27. De *Γεέννῃ*] vd. ad Mt. 5, 22.

Restat duplex lumen orationis, de cujus partim lectione partim explicatione vehementer fluctuatur [cujus fluctuationis conspectum exhibuit PT. (Exc. 3.) p. 317-29]. Ad vba: *καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ* additur

Ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας.

Salva est lectio. Non licet *A*) explere: — ὕλη [SYR. probb. MR. AGSTI° DWBTT., non improb. SCH°]. Esset plena similitudinis applicatio, satis facile fluens: *Igni respondet lingua, materiae s. silvae respondet mundus improbus.* At 1) tam facile se offert sententia, ut facillime posset *addi*, minime vero unius pluriumve librariorum vitio ex *omnibus* libris *excidere*; SYRUM certe ita scriptum habuisse non minus alienum est statuere, quam LAT. corb. qui eandem intptationem brevius exhibuit: *lingua ignis seculi iniquitatis*, legisse πῦρ τοῦ κόσμου· sensum reddidit qui ipsi convenientior videretur (WF), potius quod J. scripsisse vellet quam quod scripsit (PT): cll. CPZ[II] e vulgari lect. extortum: *et lingua ignis est totum incendens mundum injustitiâ;* 2) plenitas applicationis, jam per se a nervosâ oratione Ep. aliena, parum commendatur additamento ἀδικίας quod certe adm. fluctuat: quum *universum* mundum lingua vastet quippe multiplicis improbitatis calamitatisque effectrix, illi Genitivo s. effectus inesse deberet (*homines scelesti sunt quasi silva olim comburenda*) s. causa (*mundus est quasi silva quippe pessimus*): de neutro cogitasse videtur scriptor, quia ceteroquin vix omisisset plura addere de sententiâ satis gravi eâque hoc certe uno vcb. non satis tractatâ. Non magis licet *B*) e margine illatum putare. Post CLER. HAMMOND. EICHH. [*Allg. Bibl.* I, 2, 325] et KUIN. exornavit HT.: 'Intptis SYRI ductum sequens suspicor nonnemínem ad illa vba: ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει οὕτως ἡ γλῶσσα, singulas comparationis partes illustrare volentem, margini haec adscripsisse: ἡ γλ. πῦρ, i. e. *igni* in altero comparationis membro respondet *lingua*, ἡ κόσμος τ. ἀδικίας ὕλη, i. e. τῇ ὕλῃ s. materiae vel silvae respondent homines *improbi* et *perversi*, quorum malitiam unius hominis maledicentia ad nocendum facile potest incendere. id deinde intptamentum, ut millies factum, in textum migravit', vcblo ὕλη aut scribae vitio excidente aut, quia incommodum videbatur, deleto. certe his ejectis praecedentia c. sqq. firmâ junctură coëunt, quod ipsum permagnam facit suspicionem interpolationis'. At 1) nec hîc liquet, quomodo nonnemo ille in additamentum ἀδικίας inciderit, multo minus quomodo glossema inferri potuerit primario vcblo decurtatum adeoque fere sensu privatum, omnium minime quomodo ista et intptatio et decurtatio omnes quotquot supersunt libros invaserit; 2) sententia nec superflua est nec languida: longe nervosior est applicatio: ἡ γλ. πῦρ· quam οὕτως ἡ γλ. καθίσταται, quae directe copulata cum similitudine paululum claudicare videtur; nec οὕτως [quod ne tutum quidem est] interpositis istis vi privatur (vd. infr. p. 188). Certe igitur ista *firma junctura*, quam etiam PT. concessit HT°, externa magis est quam interna, recteque jam WF.: οὕτως τλ. 'eo pertinent ut antecedens phraseos proverbialis Praedicatum ἡλ. ὕλ. ἀνάπτει ad praesens argumentum accommodetur; h. m. omnia probe cohaerent quae luxa et manca forent, si illa ... omiseris'.

Alias explicationes si non vba, certe sententiae et nexûs rationes refutant. *C*) Instrumentum improbitatis [HEINS]. Namque 1) κόσμος verti posset c. LÖSCH. Strom. p. 39. *apparatus* (*insignis, ordine dispositus*), unde deinde sensus *instrumenti* deduceretur; 2) Artic. suo loco positus esset: eum enim ab altero Praedicato ejus Subst. cujus alterum Praed. sine Artic. locatum sit, abesse debere [ESCHM. MR. HT.], partim suis limitibus circumscribendum est; quidni enim duorum Praedicc. haec esse possit ratio, ut ab indefinito pergatur ad definitum?; partim huc non facit, ubi appositio potius est s. epexegesis [ut recte jam viderunt WF. et BMG.] eaque Articulo arctius eoque ipso efficacius addita. Non instrumentum *aliquod* cogitandum foret, sed *certum quod lingua sit: sie, dieses Werkzeug der Bosheit!* Addit SCH.: 'cum nomen rectum Artic. utatur, eundem assumit regens, quamvis praedicati locum teneat'. *D*) Ornamentum improbitatis [WTST. ELSN. SML. ROSENM. STORR. WAHL] q. d. – ut graeci scriptores[158]),

158) OEC.: *Καὶ τίνα ἃ ποιεῖ; κοσμεῖ τ. ἀδικίαν διὰ τῆς τῶν ῥητόρων εὐγλώττου δεινότητος· σπιλοῖ τὸ σῶμα, πείθουσα ταῖς προσαγωγίαις τὰ γύναια· φόνους δι' ἀπάτης ἐργάζεται· ἐπιορκίαις τὰ ἀλλότρια καρποῦται· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, φλογίζει τ. τροχὸν τ. γενέσεως, τουτέστιν, ἐκκαίει κ. ἐρεθίζει καθ' ἡμῶν τ. γεέενναν, ὡσπερεὶ κατατρέχειν ἡμῶν ποιοῦσα τὸ πῦρ. ἀλλὰ κ. αὐτὴ, φησὶ, φλογίζεται ὑπὸ τ. γεέννης·* quod ad *κόλασιν* refert atque flagrante linguâ divitis Lc. 16, 24 illustrat; altera lectio, pergit, *τοιαύτης τυγχάνει τ. λύσεως. τροχὸν γενέσεως τ. ζωὴν ἡμῶν φησι. φλογίζουσα οὖν τ. τρ. τῆς γ. σπιλοῖ τ. ζωήν. καὶ πῶς; προπετῶς κινουμένη. ἀφ' οὗ ὁ βίος ἡμῶν ἐκτραχύνεται, ἤτοι ὁ χρόνος τ. ζωῆς ἡμῶν. τοῦτον γὰρ κ. ὁ μελῳδὸς* [Ps. 65, 12] *ὠνόμασε, τ. στέφανον εἰπὼν τ. ἐνιαυτοῦ. στέφανος δὲ κ. τροχὸς οὐ διενηνόχασι κατὰ τὸ κυκλικὸν κ.*

expresserunt – *κοσμεῖ τὴν ἀδικίαν* (*sie weiss das Böse auszuschmücken u. zu bemänteln*). Sane 1) *κόσμος* est *ornatus* etiam ap. nostros (ut Sir. 6, 30. *κόσμος χρύσεος*, et 1 Ptr. 3, 3. *κόσμος ἐμπλοκῆς τριχῶν* tl. al.), nec 2) Artic. impedit; quid quod 3) non sine vi 'linguam dicere posses suadam quae sollicitet, pelliciat, excuset, defendat hominum improbitatem' (SCH), ita ut oratio nequaquam cadat, ut v. c. visum est GRO (*matte Herabstimmung: e. Feuer – e. Beschönigerin der Bosh.*), si sensum constituere velis c. SCHL.: 'Lingua nocet instar ignis; damna ingentia suscitat; atque praeterea defendit et ornat has easd. res pessimas'. s. c. STR. (in annotatt.): '*D. Z weiss alles Böse mit verführerischen Reize zu schmücken od. zu beschönigen, allem Bösen e. lockenden Anstrich zu geben: eben dadurch wird sie einem Feuer ähnlich das e. Wald verwüstet; Tugend u. Sittlichk. wird dadurch zerstört*'. At 1) *κόσμος ornamentum* active informari nequit: res quae impietatem *exornet atque defendat* (foret ironice fastigium impietatis!), potissimum 2) in nexu singularem hunc linguae abusum prorsus non tangente; haec etiam cogitatio, siquidem in eam inciderit, nullo modo absolvi poterat uno eoque tam ambiguo vcblo!

Vba nexusque notionem mundi poscunt triplicemque admittunt relationem: exclamationem, appositionem, oppositionem. *E*) *O munde improbe!* '*du ungerechte Welt, ihr gottlosen Menschen!*' (W. E. MÜLLER in: *Journ. f. Predd.* 1831, I, p. 197 - 200. cll. 4, 13. 5, 1). Fert grammatica conformatio et formulae et totius enunciati, quia non solum Nomin. c. Artic. ita dr. et nostris et GRT. (vd. WIN. *Gr.* 154.), sed etiam vocabulum *οὕτως* nonnullorum librorum auctoritate exterminari potest. Verum ipsa haec compellatio indignabunda, non tam ad lectores quam ad ipsos peccatores directa, et abruptior est et a nexu alienior. *F*) *Lingua, iste quasi mundus improbitatis* [praeeunte VULG. (*universitas iniquitatis*) Ex. LTH. (*e. Welt voll Ungerechtigk.*) Bz. BENS. PT. et plerique rell.; commemorarunt jam grr. lntptes (vd. not. 158)] - *malitiae congeries s. colluvies!* Sane nihil huc facit quod homo *μικρόκοσμος* dici consuevit; minus recte provocatum est ad 2 Ptr. 2, 5., et ad HBS. qui *κόσμον* etiam *κατασκευὴν* explicat (utrobique notio complexûs non eminet); id etiam fortasse erunt qui haud sufficere dicant quod LXX צבא השמים reddunt *κόσμον τοῦ οὐρανοῦ* (Gen. 2, 1. Deut. 4, 19. 17, 3. Jes. 24, 21. 40, 26. cll. Nah. 2, 10. ubi *κόσμος Νινευῆς* est *apparatus*, תכונה): tamen Metaphora 1) non impeditur imo intenditur Articulo (vd. ad C): *d. Z. diese Welt v. Bosheit*; 2) apta est in loco tot luminibus distincto, ubi certe nec unitatem aliquam imaginis nec connexionem sententiarum turbat (ut post HT. etiam MÜLLERO visum est); in loco ubi cogitatio unius

---

τροχοειδές. τροχὸς δὲ ὁ βίος ὡς εἰς ἑαυτὸν ἀνελιττόμενος. Pluribus interpositis de modo inquinandi deque difficultate domandi, quod breviter complexus erat: *ἡ κόσμος ἐστὶν ἤτοι κοσμοῦσα τ. ἀνθρωπίνην φύσιν*, uberius persequitur: *κόσμον τινὲς ἐνταῦθα τὸ πλῆθος βούλονται σημαίνειν, ὥςπερ κ. ἐν τῷ· ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, ἀντὶ τοῦ· τὸ δημῶδες πλῆθος. κόσμος οὖν κ. ἡ γλῶσσα, τουτέστι πλῆθος ἀδίκως τλ.* Consentit fere THPH.. Fortasse hauserunt ex ISID. PELUS. Epp. 4, 10. ubi lingua, *εὔστροφος οὖσα κ. ῥᾴστη, εὐχερῶς πολλὰ λαλοῦσα κακά*, describitur ita: *καὶ κατηγορεῖ κ. κακηγορεῖ κ. ἐπιορκεῖ κ. ψεύδεται κ. ψευδομαρτυρεῖ κ. πολλοὺς ἀδίκως εἰς πῦρ ἐμβάλλει κ. εἰς ξίφος, κ. εἰς πέλαγος ὠθεῖ. κόσμον δὲ οἶδε καλεῖν ἡ γραφὴ τὸ πλῆθος. ὁ κόσμος γὰρ, φησὶν, αὐτὸν οὐκ ἔγνω, τουτέστι τὸ πλῆθος. ἡ γλῶσσα οὖν, φησὶν, ἦ πῦρ ἐστι, πλῆθος ἀδίκως καταναίουσα, ἢ πλήθους πυρὸς ἀδίκου δοχεῖον. ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τ. κακίᾳ συμπράττοντες κ. τ. ἀδικίαν σεμνύνοντες, δεινότατοι ὄντες ῥήτορεύειν ἐπὶ πράξεσι πονηραῖς κ. παρανόμοις, λόγων εὐπρέπειαν ἐχόντων οὐκ ἀποροῦντες, λανθάνουσι καθ' ἑαυτῶν τὴν ψῆφον τιθέμενοι κ. δεῖγμα τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως τῆς ἐπὶ τὰ ψαῦλα ῥεπούσης διὰ τῶν λόγων τούτων ἐκφέρουσιν, ἴσως στηλιτεύων αὐτοὺς τοῦτ' ἔφη· ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τ. ἀδικίας· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι ὁ τῆς εὐγλωττίας πυρσὸς ὅταν τοὺς μεγάλα πταίοντας κοσμῇ, ἐγκαλλώπισμα δοκεῖ τῆς ἀληθείας* [s. ut est in Schol. ap. MT. p. 191: *ἀδικίας*]. *χρὴ τοιγαροῦν τῇ δεινότητι κεχρῆσθαι, οὐ πρὸς τὸ τὴν κακίαν κοσμεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν ἀρετὴν σεμνύνειν τὴν καὶ χωρὶς λόγων ὑπέρλαμπρον.*

membri quodammodo toti corpori imperantis aeque facile hanc potissimum exaggerationem suppeditabat, quam vehementior affectus ex arctâ et nervosâ brevitate conspicuus (vd. supr. 179. et ad B); 3) satis facilis est nec inaudita quamque vix c. MR. et HT. anxie quaesitam dixeris (cf. Prov. 17, 6. *τοῦ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός·* et SUID.: *σημαίνει ὁ κόσμος τέσσαρα· εὐπρέπειαν, τόδε πᾶν, τὴν τάξιν, τὸ πλῆθος παρὰ τῇ γραφῇ*). Quantumvis autem haec *mundi* translatio in varias partes s. potius in alias translationes verti possit[159]): tertium comp. s. AA) *multitudo* esse debebit s. (quum Artic. praemisso in exaggeratione habeatur), BB) *universitas*, nec vero CC) *malitia* [GES.: '*die (böse) Welt d. Ungerechtigk: d. i. der eigentl. unheilvolle Wohnplatz, das Element der Ungerechtigk.*' prob. GRASH]: haec enim notio, utut χτίσις, longius tamen petita videtur in nexu, ubi aperta est partis et totius oppositio et ubi addito Genit. *ἀδικίας* satis monstratur, non jam in vcb. *κόσμου* istam notam momentum facere; aptius (quod fortasse revera voluerunt GES. et GRASH) mundus sisteretur DD) tanquam *theatrum* quo lingua vim suam exerat pestiferam. *G*) *Lingua* (*est*) *ignis, mundus* (*vero est*) *improbitatis* i. e. improbitate, malitiâ plenus - nimirum ob illam ipsam linguae vim. Ita 1) sententia optime procedit; *mundum* repraesentari illâ *silvâ* tam sponte apparebat, ut vix opus esset (c. SYR) diserte commemorare; contra efficaciter adm. oblique dicebatur enunciato illius mundi *ita efficiendam qualitatem* pingente (*quemadm. silva incendii, ita mundus improbitatis flammae cedit!*); mundum vero proprie potius quam metaph. concipere suadet v. 7; 2) vba haud repugnant imo juvant; orationem *a*) *bis* vbo subst. explendam esse, ex ipsâ enunciati bipartiti concinnitate poterat intelligi; eadem concinnitas *b*) Praedicatum facile suppeditabat non tam Adj. quam *Substantivo* exprimendum, et quidem *c*) poscente sententiae ratione, *Genitivo*; aliud quid voluit quam ὁ *κόσμος ἄδικος* s. ὁ *κόσμος ἀδικία*!; denique *d*) oppositionis notationem omittere ipsa scriptoris concitatioris brevitas sponte fere movebat. — Ceterum eodem etiam redit praecedens explicatio, nimirum antecedens efferens pro consequente: '*D. Z. ist e. ganze Welt voll Ungerechtigk., richt't u. stift't nicht e. Unglück an, sond. macht d. Welt voll Ungerechtigk.*' (ALTHAM).[160])

---

159) ISIDOR. PELUS. (not. 158.): *πλήθους πυρὸς ἀδίκου δοχεῖον*. CORN. A LAP.: 'uti mundus omnium rerum varietatem et universitatem complectitur, ita lingua omnem iniquitatem parit et continet' (cll. BD. infr. p. 189). WF.: transl. 'ejusmodi aliquid quod omnis iniquitatis fomes et alimentum existeret'. SCHNK.: 'in linguâ reconditur quasi *πλῆθος ἀδικίας* inde provenientis... Latt. *Oceanus malorum*. Simil. Phil. de profug. 462. *ἐν ἡμῖν αὐτοῖς οἱ τῶν κακιῶν εἰσι θησαυροί*'. Recedere videntur: 1) STAÜDL.: fons, causa innumerorum malorum; provocat enim ad Col. 1, 27. ubi ὁ *πλοῦτος τ. δόξης* sit Xtus splendidae beatitatis *auctor!*; 2) WIN. (Obss. 13): 'totus iniquitatis mundus in linguâ quasi considet, d. *Z. ist d. Welt der Ungerechtigkeit*'; addubitat enim PT[i] *complexum, congeriem*; (fortasse *lingua* EST *quasi ipsa mundus*, i. e. mundus ille improbus per eam consistit, itaque est ipsa improbitatis mundanae causa?; vix tamen in hujus explicationis patrocinium provocari poterit CALV. qui magis cum PT[o] facere videtur, his vv.: 'cum addit *mundum* esse *iniquitatis*, perinde est ac si vocaret *mare* vel *abyssum*, et eleganter linguae parvitatem cum immensâ mundi magnitudine conjungit, h. sns.: exilis caruncula portio totum iniquitatis mundum in se continet'; quid quod et CALV. et WIN. suae etiam sententiae patronos appellavit GES). 160) Ab ipsis adeo vbis abhorrent: 1) HERD.: '*die Trichfeder u. Aurichterin alles Unrechts*' (sensu *auctoris s. causae* inde deducto, quod HES. inter alia *κόσμον*

Lingua, cujus inflammatione mundus improbitate scatet; quae infernali igne incensa totum corpus corripit: dicitur ipsa incendere

Τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως.

Formula tam insolens est et utraque qua constat vox tam late patet, ut (notante HEIS. diss. XXVI. p. 820–80) 'non potuerint non fluctuare intptes et in diversa adm. abire'. Scribendum c. plerisque est *Τροχός*] *rota*, nec vero c. GT. HEINS. MR. all. *Τρόχος*] *cursus*. Hocce, quod nonnisi consequens est illius, partim nimis sapit orationem pedestrem, partim minus convenit metaphorae *inflammandi* (quam omnium minime licet c. MICH. in bonam partem vertere: *accendere* i. e. *concitatiorem reddere*, q. d. *anfeuern*), partim denique (notante SCH. *Th. Ann.* p. 424) nec LXX nec NTo usitatum est (qui *δρόμον* potius, *τροχον* vero significatione *rotae*, *orbis* dicant). Quid contra cogitari potest loco tam egregie luminibus distincto aptius quam: praecipitantiâ linguae aliquam quasi rotam incendi? '*Wie d. Räder am Wagen durch e. unregelmässige stürmische Bewegg sich entzünden, so steckt auch d. Zunge das Rad [ihres Wesens; des Blutes, des Daseins, der Geschlechter, der Natur]..., indem sie es in stürmische Bewegg setzt u. Unordng in s. Lauf bringt, in Brand*' (GBS. qui verissime addit: '*welch e. lebendiges feuriges ab. auch erschreckendes u. zu e. friedlichen heilsamen Gebrauche d. Z. ermahnendes Bild!*' considerato singulatim pondere quod e sqq. accedens ita expressit GRASH.: '*es ist ab. dieser Feuerbrand um so fürchterlicher u. verheerender, weil sie, die Welt d. Ungerechtigk., in solchem Falle gleichsam v. e. verzehrenden Höllenfeuer entzündet d. h. vom Teufel, dem Urheber alles Bösen, zum Bösestiften gemisbraucht wird*'). Vidit jam Bz. ('videtur ad rapiditatem circumactae rotae alludi quae suo ipsius impetu ignem concipiat'); habent etiam Vett., ut Hor. Od. 1, 1, 3sqq.: *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum collegisse juvat metaque fervidis evitata rotis* —, et Achmet Oneirocrit. 160: *Εἰ δὲ ἴδῃ, ὅτι ἤλαυνεν ἐν τῷ διφρῷ .κ. οἱ τροχοὶ ἐφλογίσθησαν ἐκ τῆς ἐλάσεως, εὐρήσει νόσον ἀναλόγως τῆς φλογώσεως.* Accedit quod pluribus etiam aliis modis aptissima est *rotae* imago. Non solum 'integer mundus nihil aliud est quam *maxima quaedam* perpetuo semet rotatu suo generans regeneransque *rota*' (HEIS); sed etiam 'quicquid in mundo sublunari accidit, *rotae* instar volvitur: nihil perpetuum ac diuturnum, caduca omnia et mutabilia. inprimis vero casus humani et prosperi et adversi instabiles sunt, perbreves et sibi ipsis tam saepe contrarii, quam *currentis rotae partes* quarum unaquaeque momento citius nunc summum nunc medium nunc infimum tenet locum'; add. BMG.: *Unter d. Rade wird sowohl die nat. Verändrgs- u. Beweggskraft als auch der ganze Zus.hang u. d. Abwechslg natt. Dinge verstanden.* Ap. Cic. Tim. s. de Univ. 12. Deus *quasi in currum universitatis imposuit*; Sil. 6, 120. *Lege Deûm clivoso tramite vitae per varios praeceps casûs rota volvitur aevi*; Plut. Consol. ad Apoll. 10. *Ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς οὗτος ἐνδελεχῶς ῥέων οὔποτε στήσεται.*; Simpl. Epict. p. 94. *Ὁ ἀπέρανιος τ. γενέσεως κύκλος, διὰ ταῦτα ἐπ' ἄπειρον προϊὼν, διὰ τὸ τὴν ἄλλου φθορὰν ἄλλου γένεσιν εἶναι.* Add. Judaeorum *rotam generationum* (גלגל תולדות), quam R. Jon. in aeternum dicit circumvolvi (וגלגל הוא החוזר בעולם), et Plat. *κύκλησιν* et *εἰωθότα ῥόμον* rerum humanarum, cll. Anacr. 4, 7. *Τροχὸς ἅρματος οἷα βιοτὸς τρέχει κυλισθείς.*

Γένεσις] *nativitas*. Utrum etiam significet *rerum naturam* et *vitam*, disceptatum est; sensum hunc haberi concedi debuit [161]). *Res natas* ita dici, et

---

etiam explicet *τάξιν* et *στρατηγόν* – quia nimirum Cretensibus *κόσμος* erat *magistratus* quippe rerum gerendarum *ordinator*); 2) BRETSCHN.: 'cum *οὕτως* sequatur, *ὡς* supplendum est ante *ὁ κόσμος* et post *πῦρ* plene interpungendum, ita ut vertendum sit: *ut ornatus* (mulierum) *inhonestus* sc. inquinat mentes, *sic lingua deprehenditur inter corporis membra id, quod totum corpus inquinat*'; 3) conjectura *οἰακισμὸς τ. ἀδικ. gubernaculum improbitatis*: partim dicendum erat *οἰάκισμα*, partim non sine *καταχρήσει* ita vocari posset lingua (notante recte WP[10]). 161) FRITZSCH. ad Mt. 1, 1 (p. 7): 'si vertas *rotam vitae*, sensûs quidem universi constabit ratio, sed enucleatius tamen et ad vim *τ. γενέσεως* accommodatius dixeris: *rotam originis hominum* i. e. quae simul atque nati sumus, cursum suum auspicatur'. — SCH[11] (l. c.): '*Demnach ist es erbettelt, dass γένεσις Leben heisse*'. et: '*Nirgends also γέν. weder* generatio *noch* vita'. vindicari demum debebunt accurato examine exemplorum ab HEIS. cumulatorum, quorum nonnulla decerpta dedimus nott. sqq.

analogia formae et usus satis docent apteque componitur τῇ κτίσει, quae vox nonnisi disertâ causae cogitatione est auctior[162]). *Vitae* notionem HEIS. p. 834 sqq. et exemplis nonnullis[163]) et inde asserit quod 'vita creatarum rerum nihil est aliud quam continuata quaedam et perpetuata nativitas s. ortus, cui singulis momentis tantundem propemodum, quantum decedit, denuo accedit'[164]), quodque 'ortum indicaturi propius distincturique a vitâ s. continuatione essentiae et existentiae' dicant πρώτην γένεσιν, γενέσεως ἀρχήν, adeoque 'mori, quod vitae extremum est', appellent Grr. ἀπογίνεσθαι, Latt. *denasci*. Paucis, est ***natura***, quae ex rei ratione vcblorumque nexu varie potest modo adstringi modo extendi,

I) Linguae, II) Hominis, III) Hominum, IV) Rerum,

nec attinet utrum Τροχὸς γενέσεως] *rota nativitatis*, vertatur *rota nativa* i. e. cursus naturalis, an *natura rotae comparabilis*: cogitanda est rotatio aliqua quae inflammatione istâ a naturali cursu deflectitur.

A) *Rotatio linguae nativa* — s. cursus = volubilitas linguae [HEINS. *Exercc. S.* p. 591 sq.], s. 'ambitus et complexus nativae conditionis, cujus media lingua exiguam aliquam efficit particulam cetera circumquaque inflammans. ergo tantundem ac parallela vox ὅλον τὸ σῶμα et τὰ μέλη ἡμῶν' [SCH. qui vertit: *ihr natürl. Wirkungskreis*]. HEINSII sententiam, quanquam minus probatam, stabilivit et exornavit HEIS. p. 846 sqq. a) Quod non additum est αὐτῆς (cll. 1, 23. τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ), ex communi more cogitandi dicendique non impedit quominus *linguae ipsius naturam* tibi informes. b) Lingua suam *rotam* habet non quidem in rotundâ quasi figurâ s. motione, verum in velocitate, praecipitantiâ, instabilitate – eo magis quum aperte non *frustulum illud carnis* omni destitutum ratione hic dicatur sed mens et cogitatio quibus male lingua regatur[165]). c) Apte dr. hanc quasi rotam *ipsa inflammare*: rotarum perniciosissimus motus igneus quasi est igneinque suscitat, lingua vero ab affectibus vehe-

---

162) *Entstehung* i. e. *das Entstehen, das Entstandensein, das Entstandene; Schöpfung* i. e. *das Schaffen, das Geschaffensein, das Geschaffene.* Cogitationem causae efficientis, disertius in κτίσει expressam, nec a γενέσει prorsus abesse, docent qualia: Ὠκεανὸν τε θεῶν γένεσιν κ. μητέρα Τηθύν (Hom. Il. 14, 201); Ὠκεανὸν καλέω πατέρ' ἄφθιτον, αἰὲν ἐόντα, | ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν, et: Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ κ. ἀνδρῶν· | νὺξ γένεσις πάντων (Orph. in Ocean. 520. in Noct. 502); Καὶ γῆν δ' ἀνθρώπων μητέρα κ. ζώων κ. φυτῶν ἁπάντων γένεσιν (Plut. Amator. 24). Non magis igitur miraberis, quod γένεσις opp. Deo quippe ἀγεννήτῳ, ipsa φθειρομένη, διεζευγμένη ctt., et quod etiam de prole habetur (ll. vd. ap. HEIS. p. 824): quam quod 2 Macc. 7, 23. Deus dr. ὁ πλάσας ἀνθρώπου γένεσιν κ. πάντων ἐξευρὼν γένεσιν. Add. Stob. eclog. phys. l. 1. p. 144. Λύσιν ἀπὸ σώματος, κ. ἀπαλλαγὴν τ. καταδεσμῶν, κ. φθορᾶς ἐλευθέρωσιν κ. γενέσεως ἄφεσιν. Etiam ad *fata factaque* (cll. hebr. תולדות) extendit HEIS. p. 874 sqq.: 'Non negamus (inquiens) ἐξόχως et plerumque *substantiis*, et speciatim *viventibus*, specialissime autem illis e viventium numero, *quae conjunctione maris et foeminae oriuntur*, γένεσιν tribui ... at vero nec negandum cuiquam post suppeditata sex clarissima ll. [quinque Plat., unum Plut.] est, ad *accidentia* quoque et *eventûs* id nominis nonnunquam trahi'. 163) Praeter Judith. 12, 18. et Sap. 7, 5. contra quae pugnarunt FR. et SCH. ll. cc. affert Aristid.: οἱ παρελθόντες ἤδη σοι τῆς γενέσεως ἐνιαυτοί· et Hierocl. ap. Phot. quod *anima humana naturâ suâ* καὶ πρὸς τ. θείαν εὐζωΐαν κ. πρὸς τ. ἀνητὴν γένεσιν ἐπιτηδείως ἔχει. 164) Plut. de εἰ ap. Delph. 18. Ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ, καθ' Ἡράκλειτον, οὐδὲ θνητῆς οὐσίας δὶς ἅψασθαι καθ' ἕξιν· ἀλλ' ὀξύτητι κ. τάχει μεταβολῆς σκίδνησι κ. πάλιν συνάγει ... πρόσεισι κ. ἄπεισι. ὅθεν οὐδ' εἰς τὸ εἶναι περαίνει τὸ γιγνόμενον αὐτῆς, τῷ μηδέποτε λήγειν μηδ' ἵστασθαι τ. γενέσιν, ἀλλ' ἀπὸ σπέρματος ἀεὶ μεταβάλλουσαν, ἔμβρυον ποιεῖν, εἶτα παῖδα, μειράκιον, ἔφεξῆς νεανίσκον, εἶτα ἄνδρα, πρεσβύτην, γέροντα, τὰς πρώτας φθείρουσαν γενέσεις κ. ἡλικίας ταῖς ἐπιγιγνομέναις. ἀλλ' ἡμεῖς ἕνα φοβούμεθα γέλοιος θάνατον, ἤδη τοσούτους τεθνηκότες κ. θνήσκοντες τλ. 165) Facit igitur huc Sir. 36 [33], 4. 5. ubi GT. ita vertit et intptatur: '*Quae dicturus es para, ut libenter audiare* i. e. praemeditare; *contrahe eruditionem* in pauca vba *ac sic responde*, ἀποφθεγματικῶς scilicet. *rota* (quasi) *carri* (currûs) *praecordia fatui, et quasi axis versatilis cogitatûs illius* [τροχὸς ἁμάξης

mentioribus mota celerius, ignem quasi spirare videtur et flammas [166]). d) Apte ipsa etiam dr. *inflammari*; partim inflammatur partim se inflammat ipsam: distinguendum enim est inter originem et incrementum, et magis adhuc inter causam et effectum, instrumentum et actionem s. opus, substantiam linguae et ejusdem usum. — Facilius adhuc procedit SCH[II] explicatio a notione *orbis* exorsa, nec erat quod GES. eam usu loquendi destitutam simpliciter pronunciaret; hoc tantum nomine fortasse petetur, quod in aperto exaggerandi consilio exilior sit, quodque scriptor (cll. 1, 23) Pronom. de industriâ omisisse videri queat, aliam quam linguae *γένεσιν* cogitatam volens. B) *Rotatio naturae quae inest hum. corpori — circulatio sanguinis* quae totum corpus vitamque regat ipsaque animo vehementius concitato quasi inflammetur [MEYER p. 327. repetens tantummodo quae HEIS. quanquam non probans exornaverat]. Non inepte quidem provocatur ad Coh. 12, 6. ubi sententiae: *priusquam vitae lux extinguatur et machina corporis dissolvatur*, altera pars ita exprimitur: *antequam conteratur haustrum super fontem et confringatur rota* s. trochlea *ad cisternam* (וְדַגְּלַגַּל אֶל־הַבּוֹר); internos sanguinis haustûs melius hoc pingit quam voluptates e vitae humanae vigore hauriendas; tamen ad istam sententiam informandam vix abesse poterat apertior definitio quam quae vcblo *γενέσεως* subministratur, certeque antecedens pro consequente ita foret dictum, ut *sanguine quasi inflammato* ipsa vita actionesque sisterentur correptae. Ita sensu eodem redit quo C) *Rotatio naturae hominis universae — naturalis cursus vitae* (*d. Rad, d. Kreislauf des Daseins*), quem lingua valeat totum pessumdare (*sie setzt das ganze Lebensgliick in Flammen*, ut expressit STZ.), quippe in rotâ vitae nostrae quasi axis quo illa circumagatur atque rapiditate inflammetur. Ita jam ISID. PELUS. (Epp. 2, 158. 4, 1) explicuit *circularem temporis formam eamque vitae nostrae* (*τὸ κυκλοειδὲς τοῦ χρόνου σχῆμα* s. *τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν*, quia *τροχοειδὴς ὁ χρόνος εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος*· cll. *στεφάνῳ ἐνιαυτοῦ* Ps. 65, 12). Secuti sunt BD. ALTHAM. (*allen unsern Wandel*) CALV. GT. BENS. MICH. CARPZ. BMG. MR. ROSENM. (*'unser ganzes Wesen'*) STZ. PT. HT. GES. SCHNK. - in eo tantum modo fluctuantes modo aperte dissidentes, quod notiones *cursûs* et *vitae* alii concludendo demum efficiunt, alii in ipsis vcblis sibi invenire videntur, quanquam et hi formulam ipsam non dubitabunt vitae demum *περίφρασιν* dicere. Aptissime vita uniuscujusque hominis, ubi omnia (ut Plin. Epp. 3, 1. loquitur) ordine quodam et velut orbe circumaguntur, 'rotae comparatur quae, cum nascimur, moveri incipit citoque motu usque ad mortis tempus volvitur. quae quasi rota, ubi agitante linguâ justo plus festinat, ignem concipit quo tota machina consumitur' (BENSON); sensus huc redit: 'quum alia vitia vel aetate vel temporis successu corrigantur, vel saltem non occupent totum hominem, vitium linguae spargi ac grassari per omnes vitae partes' (CALV.); sententia denique non minus efficacitate et concinnitate quam simplicitate commendatur: *maculat totum corpus et totam inflammat vitam*: quem-

---

σπλάγχνα μωροῦ κ. ὡς ἄξων στρεφόμενος ὁ διαλογισμὸς αὐτοῦ], quia nihil in eo stabile', fatuum enim, cujus praecordiis ac cogitationi *rotam axemque currûs versatilem* assignat, opponit ei qui sapienter, meditate ac erudite *loquatur*. Add. Prov. 25, 11. ubi quasi aurum super argento dr. *sermo super rotis suis* (דְּבָר דָּבָר עַל אָפְנָיו); quanquam de sensu harum rotarum ambigunt intptes. Ap. Plut. et Eurip. habetur *εὔτροχος γλῶσσα*. 166) Cf. Ps. 39, 4. Jer. 5, 14 [הִנֵּנִי נֹתֵן דְּבָרַי בְּפִיךָ לְאֵשׁ וְהָעָם הַזֶּה עֵצִים וְאֵכָלָתַם] Ap. 11, 5. In epigr. gr. monentur viatores, sepulcrûm maledicentissimi poetae praetereuntes, *ignita* ejus vba cavere: *Ἀλλὰ προμηθήσασθε· τὰ γὰρ πεπυρωμένα κείνου ῥήματα πημαίνειν οἶδε καὶ εἰν ἀΐδῃ.*

adm. enim nihil alieni immiscet, ita nec exilior est nec ultra modum exaggerata. Futurae poenae, ut videtur, curiosior restrinxit GRASH.: '*daraus folgt Verderben f. das ganze Leben d. Geistes*'; Jac. externam potissimum vitam atrocissimaque damna ei abusu linguae imminentia persequitur. D) *Flotatio nativitatis hominum — series generationum* (*d. Kreislauf des Entstehens, der Entstehungen, der Geschlechter*). Ita post SYR. [vd. not. 168] LAMB. B. (Exercc. p. 273): indesinens successio hominum aliorum post alios nascentium, h. sns.: *lingua malo affecit primores nostros, nos adhuc afficit et post nascituros afficiet.* Probarunt etiam ALBERTI WF. STAUDL. AGSTI. 'Est ita que (ait HEIS.) his viris τροχ. γεν. *universum genus hum.* quod generationis indesinens rota reparat et continuat. sed praecedit ἀμέσως de lingua, quod maculet *totum corpus.* cujus, quaeso? *hominis* dices, non *humani generis*, quod ut unum corpus non habet, ita nec gr. linguâ accepit. vide ergo annon saltus commiti tatur, si ab homine in individuo statim ad totum hominum genus provoletur, et annon illa praeferenda sit explanatio quae hunc fundit sensum: *lingua* (*hominis*) *corpus contaminat et* (*ejusd. in individuo hominis*) *inflammat* τροχὸν γενέσεως. Adde, quod vba omnes etiam reliquarum rerum generationes complectuntur, nullâ additâ notâ quae ad homines ea restringat. E) *Rotatio nativitatis s. naturae rerum — orbis conditus* (*d. Kreislauf alles Seins, aller Dinge*) [AETH. AR.; Bz.: 'mihi videtur minus dura explicatio, si τὸν τροχὸν accipiamus ἀντὶ τ. κύκλου, et γενέσεως pro τ. κτίσεως, ut significetur *linguam posse vel totum orbem conditum accendere*'; DRUS. COCCEJ]. Movit et tutatur apertissimum consilium J. tristia linguae effecta exaggerandi: parvum hocce membrum dr. (v. 5) magna jactare ignique comparatur integram silvam incendenti; vocatur (v. 6) s. ipsum improbitatis quasi mundus s. res mundum improbitate implens; perhibetur maculare totum corpus inflammarique ex inferno: quid igitur mirum, siquidem per universum rerum orbem dicatur fervoris furorisque sui venenum diffundere? quid aptius quam *superiorem mundum*, quem lingua inflammet, opponi *inferiori*, a quo ipsa inflammetur? Dices fortasse (c. HEIS.) non satis vere et commode id fieri, quaeresve (c. PT): 'quid linguae abusus ad totum naturae orbem s. mundum inflammandum?' Verum nec *sanguinem*, nec *vitam*, nec *hominum genus* inflammaverit *universum ac totum*; habebis igitur nonnisi majorem paululum eamque fortasse efficaciorem exaggerationem![167])

---

167) Alienae sunt, quae largâ manu afferre placuit, partim adstrictiones partim allusiones. 1) Ad *inspirationem et respirationem.* 'Appellari *natura* potest, quoniam ad naturam corporis vitaeque hominis cum maxime pertinet... *Rota* est, quoniam reciproco spiratio constat motu, ad idem continue principium et sic in orbem quasi redit (unde Plat. in Tim. fieri dicit οἷον τροχοῦ περιαγομένου)... Nec ambiguum denique est, hominis vehementioribus correpti affectibus et cumprimis irâ aestuantis halitum φλογίζεσθαι s. reddi calidiorem ac concitatiorem' (HEIS. cui tamen ipsi inventum haud suffecit). — 2) Ad *generationes unius ejusdemque hominis.* Cogitanda foret (ex antiquorum philosophor. commento) 'uni multoties animae subeundae' γένεσις — ap. Plat. ἀθανάτου ψυχῆς περίοδοι drr. — h. sns.: *invadit et totum corpus et totam animam*, s. plenius: *totam quamdiu in corpore est animam*, imo totum hominem. — 3) Ad *genituras quasi rotam s. cursum naturae quae inest humano corpori.* Impetus ad Veneris exercitium, cui lingua petulca atque obscena novos stimulos ac faces subdat, ut indomita ruat [HEIS. singulatim quod impura potissimum Venus ap. nostros et dicatur corpus commaculare et ex Orco derivetur]. Impurae Veneris, quae sine Cerere et Baccho friget, consuetudo et exitium, loco justorum connubiorum et probi usûs ciborum et potûs — linguâ doctorum, qui promittant voluptatum omnium libertatem, justum ordinem humanae naturae inflammante ad praecipitem et immoderatum naturae corporeae usum et acceleratam ejus destructionem [SML. cll.

Lect. var. huc redit: 1) *Γενέσεως*] nonnulli: *γεέννης*, ex aperto errore (vd. not. 158). 2) *Ὀλίγον*] tuentur LAT. prisc. CASSIOD. HIER. quamquam in VULG. transiit *Ἡλίκον*] *quantus ignis*, e grr. quibusd. (inter quos ABC et OEC.) probatis a LACHM.. Non minus facile hoc ex *errore* quam illud ex *interpretamento* derivabitur; si non *ὀλίγον*, quod annominatio videri potest, sed *μικρὸν* scriptum esset, apertius foret interpretamentum. Intptes pontiff. expediunt s. *ironiae* praesidio [GAGN.: 'videte quanto et quam magno igni opus est ad incendendam silvam! quasi dicat: non multo opus est'] s. *circumlocutione* [CORN. A LAP.: 'quantus i. e. quantulus'], exemplisque illustrant ARII, LUTHERI all. quorum linguae, scintilla non illico repressa sed proserpens, faces et incendia extiterint orbis. 3) *Οὕτως*] omittunt AB 27. 65. (c. 43) 73. MT. g. SYR. ERP. SYR. p. c. ast. ARM. VULG. corb. ISID. PEL. ANT. DAM.; secuti sunt recentiores plerique (etj. LACHM) e v. 5. fere illatum rati. Nec interna crisis, quanquam haud difficulter voculam tuebitur, eâ opus habet (vd. supr. p. 179). — Quum vero a criticis tractatoribus n. loci multis modis nec ubique recte provocata sit PESCHITO, juvat ejus adscribere (non tam versionem quam) enarrationem [168]): ***Etiam ignis exiguus ramos multos incendit. et lingua ignis est et mundus peccati veluti ramus est. et ipsa lingua***

---

1 Ptr. 4, 3. ubi *χρόνος τ. βίου* peractus dr. *ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις τλ.*]. -- 4) Ad *naturam hum. rationalem* [BENG. cll. Ps. 77, 19. ubi tamen apparet tonitru dici quod *in rotae modum* ulterius volvatur]. -- 5) Ad *rotam poenalem* [KYPK]. Tortura rotae (cujus radiis illigabantur rei vel poenae loco vel ad extorquendam confessionem, ignibus etiam subjici solitis quibus reus extensus torreretur) repraesentat miserias vitae, quam *inflammare*, est: augere hujus vitae cruciatus. MICH.: *das Folterrad d. Lebens.* -- 6) Ad *rotam figlinam* — Dei quasi figuli [GOLTZ. ap. HEIN. qui posterior hominem potius cum figulo comparare suadet]. Dr. rota figuli ap. Hippocr. utramque in partem simul verti imitatione universi (*οὔτε ὀπίσω οὔτε πρόσω χωρεῖ κ. ἀμφιτέρωσε ἅμα τοῦ ὅλου μιμητὴς περιφερής*). -- 7) Ad *historiam primi peccati* (Gen. 3, 1-6. 13. cll. 2, 17. 1, 26. 9, 2), quo vbis insidiosis et mendacibus serpentis (i. e. diaboli Sap. 2, 24; Jo. 8, 44. 1 Jo. 3, 8. Ap. 12, 9) totus mundus foedissime sit correptus [STAUDL]. '*En* (ait) *tantillus ignis quantam materiam accendit! etiam lingua ignis est et fons innumerorum malorum. ita* (sicut initio originem peccato dedit latius deinde propagato, etiam nunc) *lingua inter nostra membra se habet! infecit illa totum corpus*! (sicut olim genus hum. ita nunc corpus cujusque) *seriem generationum accendit, accensa ipsa a gehennâ* (diaboli sede, qui primus exemplum abusûs linguae funestissimum dedit). *Omnes ferae, volucres, animalia terrestria et belluae marinae domari possunt et domita sunt ab homine* (et Deus subesse illa voluit homini Gen. 1, 26). *linguam vero nemo hominum domare potest* (linguae blanditiis ac fraudi nemo facile restiterit). *malum est retineri nescium, plena veneni mortiferi* (ceu lingua serpentis Gen. 3, 1 sqq. 2 Cor. 11, 3. et ceu *ἀνθρωποκτόνος* ille *ἀπ' ἀρχῆς* Jo. 8, 44). *eâ celebramus Deum eumque patrem, eâdem imprecamur hominibus ad Dei similitudinem factis* (Gen. 1, 26. 27).' — Defendit AGSTI adv. PT., *a*) posse peccatum illud ab abusu aliquo linguae derivari, migratione legis suadendo effectâ; *b*) allusionem ad serpentem et diabolum non temere quaeri in vv. 8. 6; *c*) exemplum, quo non propriae sed aliorum linguae pestifera vis vitanda sisteretur, a n. loco non plane abhorrere quia oratio aperte traducatur ad describendam universam perniciem ex linguae abusu manantem. Recte tamen PT. in sententiâ perstitit, istam allusionem paulo longius petitam videri. Omnia etiam absque comparatione Gen. satis et perspicua, et nervosa sunt; quodsi vero illius tam pestiferae et diabolicae loquelae cogitationem in animum et ipse induxisset et a lectoribus induci voluisset J., non acquiescendum erat in vbis mirum quantum ambiguis atque ad alia quaeque facilius abducentibus. 168) ܐܦ ܗܢܐ ܐܚܘܢܐ ܟܕ ܫܝܥܬܐ ܟܒܝܪܐ. ܡܟܟܐ ܕ
ܢܘܪܐ ܗܘ. ܡܟܟܐ ܘܫܠܝܚܐ ܐܝܟ ܟܕ ܗܘ. ܗܘ ܟܕ ܐܦ ܟܠ ܐܝܟ ܗܘ. ܡܟܟܐ ܘܫܠܝܚܐ ܐܝܟ ܟܕ ܗܘ. ܗܘ ܟܕ ܐܦ ܟܠ ܐܝܟ ܗܘ.
ܗܘ ܗܢܐ ܐܝܟ ܗܘ ܟܕ ܗܘ. ܡܟܟܐ ܘܫܠܝܚܐ ܐܝܟ ܟܕ ܗܘ. ܗܘ ܟܕ ܐܦ ܟܠ ܐܝܟ ܗܘ.

quum existat inter membra nostra, commaculat totum corpus nostrum. et incendit proventus generationum nostrarum quae currunt veluti rotae. et ardens (est) etiam ipsa igne (quod non est cur vertas c. TROST.: *ardebit etiam ipsa in igne*). —

Imagines quod attinet, frequentes sunt et descriptiones damnorum linguae et in hac re adhibitae translationes *ignis, flammae* ctt. L. p. est Sir. 28, 9-26. *Ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς ταράξει φίλους, κ. ἀναμέσον εἰρηνευόντων ἐμβάλλει διαβολήν. Κατὰ τὴν ὕλην πυρὸς οὕτως ἐκκαυθήσεται, κατὰ τ. ἰσχὺν τ. ἀνθρώπου ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἔσται... Ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ, κ. μαχὴ κατασπευδουσα ἐκχέει αἷμα.. Ἐὰν φυσήσῃς σπινθῆρα ἐκκαήσεται, κ. ἐὰν πτύσῃς ἐπ' αὐτὸν σβεσθήσεται· κ. ἀμφότερα ἐκ τ. στόματός σου ἐκπορεύεται. Ψίθυρον κ. δίγλωσσον καταρᾶσθε, πολλοὺς γὰρ εἰρηνεύοντας ἀπώλεσαν. Γλῶσσα τρίτη πολλοὺς ἐκίνησε κ. διέστησεν αὐτοὺς ἀπὸ ἔθνους εἰς ἔθνος, κ. πόλεις ὀχυρὰς καθεῖλε κ. οἰκίας μεγιστάνων κατέστρεψε ... Πληγὴ μάστιγος ποιεῖ μώλωπας, πληγὴ δὲ γλώσσης συγκλάσει ὀστᾶ. Πολλοὶ ἔπεσαν ἐν στόματι μαχαίρας, κ. οὐχ ὡς οἱ πεπτωκότες διὰ γλῶσσαν... Ζυγὸς αὐτῆς ζυγὸς σιδηροῦς κ. οἱ δεσμοὶ αὐτῆς δεσμοὶ χάλκεοι. Θάνατος πονηρὸς ὁ θάνατος αὐτῆς, κ. λυσιτελὴς μᾶλλον ὁ ᾅδης αὐτῆς* (die *Hölle ist erträglicher als sie*). *Οὐ μὴ κρατήσῃ εὐσεβῶν, κ. ἐν τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καήσονται... Τοῖς λόγοις σου πρίσον ζυγὸν κ. σταθμὸν, κ. τῷ στόματί σου ποίησον θύραν κ. μοχλόν. Πρόσεχε μήπως ὀλισθήσῃς ἐν αὐτῇ, μὴ πέσῃς κατέναντι ἐνεδρεύοντος.* Add. Prov. 10, 20. 12, 18 [*εἰσὶν οἳ λέγοντες τιτρώσκουσι, μάχαιραι γλῶσσαι δὲ σοφῶν ἰῶνται*] 14, 3. 15, 2. 7. 17, 14. 18, 6-8. 20. 21 [*θάνατος κ. ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης· οἱ δὲ ποικεδόντες αὐτῆς ἔδονται τ. καρπὸν αὐτῆς*] Col. 10, 12, 14. 2 Ptr. 2, 18. et Rabb. ap. WETST.: *Membra sunt hominis, quaedam ex illis jacent, quaedam erecta sunt: lingua vero inter duas maxillas posita est, et fossa aquarum infra eam et conduplicata variis conduplicationibus: veni et vide quanta incendia lingua excitat! quanto magis si fuisset erecta et stans!* et: *Interrogarunt serpentem: cur tu membrum unum pungis et venenum tamen tuum per omnia membra transit? respondit: quin vos potius calumniatores interrogatis; hi enim habitant Romae et homines occidunt in Syria et vice versâ. tam noxia est lingua quam gehenna.* — Exterorum hac faciunt vt. c. Pind. Pyth. 3, 66. *Πολλὰν μὲν ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος ἐνθορὸν ἄϊστωσεν ὕλαν* (coll. Schol.: *ὥσπερ γὰρ εἴ τις εἰς ὕλην πολλὴν σπινθῆρα βάλοι, οὐ μόνον ἐκεῖνο τὸ μέρος, εἰς ὃ βέβληται, κατακαίεται, ἀλλὰ κ. πᾶσα ἡ ὕλη συγκατακαίεται*) et Eurip.: *Ἴσχω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών. Μικροῦ γὰρ ἐκ λιμπνεῖρος Ἰδαῖον λέπας πρήσειεν ἄν τις* et: *Σμικρᾶς ἀπ' ἀρχᾶς νεῖκος ἀνθρώποις μέγα γλῶσσα ... ἐκπορζεῖ.* — Longinus petita sunt quam quae J. ipse cogitaverit: 1) EB.: 'Annon videtis hoc ipsum naturae opificem significasse, qui linguam hominis *et specie et colore ignis* esse voluerit nec aliter *volubilem ac rotabilem* quam est *flamma*?' 2) GESS.: 'Ein Feuer *funke, wenn er nicht ausgelöscht wird, kann sehr mächtig, verbreitet u. selbst e. grossen in grünender Fülle stehenden Wald in Brand setzen, wie d. Z. üb. das blühende Leben Verderben verbreitet.* Item alienius videtur, quod res flammis *nigrescant.* 3) SCHL.: Videtur J. sententiam Xti Mt. 15, 11 sqq. ad istam historiam pravorum Xtianor. accommodare: *exiore hominis procedit — lingua tanquam ignis incendit totum corpus.* at quod homines linguae abusu efficiunt, ex animo impuro oritur; ergo *φόνοι* ctt. omnia improbe facta hominem polluunt. sicut ibi Xtus negat regulas judd. de rebus sine hominis animo minime impuris: ita videtur J. istos ex Judd. hic reprehendere, qui et gentes ceteras et multas res alias ipsas jam impuras esse falso tenebant, ipsi tamen a tot vitiis et voluptatum pravis studiis minime abhorrentes. —

— 'Ignis est lingua, quia virtutum silvam male loquendo devorat ... cui igni perditionis contrarius est salutaris ignis ille qui ligna, foenum, stipulam vitiorum consumens, secreta cordis illustrat, quo sancti inflammantur doctores ut et ipsi ardeant amando et quasi linguis ignitis accendant alios praedicando... Recte autem de linguâ indisciplinatâ dr. quod ipsa sit universitas iniquitatis, quia cuncta fere facinora per eam aut concipiuntur, ut latrocinia, stupra, aut patrantur, ut perjuria, falsa testimonia, aut defenduntur, cum quilibet impurus, excusando scelus quod admisit, simulat ostendere bonum quod non fecit' (BD). 'Peccat et iniqua est lingua mala multipliciter: ac primo quidem contra Deum blasphemando, contra proximum detrectando, contra se ipsum vane gloriando; secundo contra praesentes et absentes; tertio contra viventes et mortuos, nemini parcit, nec Deum nec homines veretur' (LAUR.). 'Unde saevum illud et latissime volitans incendium? ex unâ scintillâ natum est. ea initio minimo negotio poterat opprimi [poterat idem os *φυσᾶν τ. σπινθῆρα* et *πτύσαι ἐπ' αὐτόν* Sir. l. c.],

neglecta colligit undique vires et eò tandem evadit ut nullà vi possit obrui. ut autem ingens ac varius est usus ignis, si recte adhibeatur, summa pernicies, si sinatur quo volet evagari: ita ex hominis linguà plurima utilitas et ex eàdem extrema pernicies humanae vitae... Quemadm. exigua scintilla veluti seminarium est totius incendii: ita quicquid est malorum in vita, ex mala lingua velut e mundo promitur... Sic admixta est membris corporis, ut ni coerceatur, inficiat et inquinet suà lue corpus universum, totamque hominis vitam ab incunabulis ad extremam usque aetatem inflammet omni vitiorum incendio. Porro vim hujus mali non illi indidit natura, quae vallo dentium et maceriâ labiorum admonuit oportere linguae usum circumspectum esse ac moderatum: sed afflata est ex igni geennae, unde primum per impios spiritus inficitur animus, et animi lues per organum linguae prorumpit in majus, et hominem e malo reddit pessimum, ac pestis contagio corripit et ceteros, sic ut nullà vi, nullà ratione possit cohiberi malum impotens' (Er).

7. 8. *Namque* si vel *naturae humanae* ingenio et arte et nunc *domatur et* nullo non tempore *domita est omnis* qualiscunque *natura* animalium, quantumvis pestifera et inaccessa, *ferarum* super terrâ *volucrumque* in aëre, *serpentium* belluarumque *marinarum: linguam tamen* et suam et aliorum *nemo domare* ac coercere *valet mortalium*; est *malum instabile*, est *plena veneno mortifero* — bellua quae nec satis caveri nec prorsus vinci potest.

Γάρ] causam reddit tam perniciosae efficaciae, np. *effrenem linguae insolentiam ipsis feris domitu difficiliorem*. Natura hominis, tam potens etiam in ferocissima animalia, impar est linguae domandae. 'In linguâ Satanam mirâ quadam efficaciâ regnare, ex eo probat quod nullis modis in ordinem cogi potest, idque adductis comparationibus amplificat' (Calv), nulli ullius poetae descriptioni facile cessuris. 'Ingens haec descriptio (ait Sml) ostendit, ingentes res atque atrocissimas designari ab Ap. quas ... linguae continuis maleficiis efficiant et effecturi sint'.

7. *Δαμάζεται κ. δεδάμασται*] 'ostendit perpetuum hoc esse: et ut nunc fit, ita factum semper' (Gt), quod idem vult Ht.: 'prius de facultate, posterius de actu intelligendum. *domari potest ac saepe domita est* (*können, wie man aus Erfahrung weiss, gebändigt werden*). *Πᾶσα φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων*] Descriptio *A*) Tripertita [Pt. Ht]; per se *θηρία* genus, et tria rell. vcbla species esse possunt: namque 1) usitata est hac in re tripartitio: Act. 10, 12. R. 1, 23. ubi ad *τετράποδα*, *πετεινὰ* et *ἑρπετὰ* omnis animalium ambitus revocatur; 2) *θηρία* ita generatim praemittuntur Gen. 9, 2. *Ὁ τρόμος κ. ὁ φόβος ὑμῶν ἔσται ἐπὶ πᾶσιν τ. θηρίοις τ. γῆς, ἐπὶ πάντα τὰ πετεινὰ τ. οὐρανοῦ καὶ ἐπὶ πάντα τ. κινούμενα ἐπὶ τ. γῆς κ. ἐπὶ πάντας τ. ἰχθύας τ. θαλάσσης* (ubi ex add. *τῆς γῆς* extorsit Ges. oppositionem *θηρίων* et *τῶν κινουμένων*: at et *πετεινὰ* et *θαλάσσια* habent quod ipsa etiam dicantur *τῆς γῆς*!); 3) *ἑρπετὰ* esse possunt omnino animalia *terrestria*: nam, ut Casaub. monet ad Athen. c. 22 in.: *ἕρπειν ap. antiquissimos Grr. ire significat eaque signif. vocis remansit ap. Doras, ut Theocr., qui ita semper accipit*, quod de theocriteo huj. v. usu dicit Casaub., id non modo verum est, sed ipso vcblo *ἑρπετὰ* plane sic utitur ut Jac., *τοῖς πετεινοῖς* opponens Id. 15, 118. *Πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ κ. ἑρπετὰ τᾷδε πάρεστι*. ap. Tragicos vero *ἕρπειν* de incessu persaepe dr. vd. Soph. Philoct. 1155. 1223. Aj. 1161' (Ht) cll. Hes. (*ἑρπετά· τὰ ἄποδα, παρὰ τὸ εἰς τὴν ἔραν πεπτωκέναι, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων*) et quos laudavit Pt.; — verum vetat *τε καί*, quo duo priora vcbla non minus arcte conjunguntur quam duo posteriora. *B*) Quadripertita: *Θηρία*] *ferae*, quibus ad consilium accommodatissime quadrupedia h. l. repraesentantur; *Πετεινά*] '*quae pennis feruntur*; *Ἑρπετά*] *quae ἄπο-*

δα, sine pedibus *per humum labuntur* [singulatim *serpentes*, inde nomen sortitos]; *Ἐνάλια*] *marina* [*τὰ θαλάσσια* HES], aquatilia, quae natant per aquas (SCH), singulatim belluae marinae (unde VULG. *cetorum* pro quo edd. Clem. corrupte: *ceterorum*). Comprehenduntus per merismon: *omnia animalia*, non quasi singulorum domitura pari difficultate laboret eave omnia ac singula vere domentur, sed quod eorum nullum genus, nulla qualitas habetur quin studio hum. possit domari. Unde sns. huc revocari potest: *ipsae adeo ferae easque ferissimae* - quae partim feritate partim etiam vitae modo et loco domitum reddunt longe difficillimum, ut 'pisces qui alium quodammodo orbem incolunt, aves quae tam mobiles sunt ac vagae, adeoque serpentes generis hum. inimici' (CALV.) - *domantur*. Recte igitur HT.: '*Πᾶσα φύσις θηρίων*] pro *πάντα τὰ θηρία*, hoc tamen cum discrimine, ut et ad *genera* animantium diversa et cujusque propriam *indolem* respiciatur'. et: '*Τῇ φύσει τ. ἀνθρωπίνῃ*] etiam hoc significantius dr. quam simpliciter *ab homine* indicat enim hominis prae ceteris animantibus praestantiam, *ἄνθρωπον τῇ φύσει κ. τῷ σώματι κ. τῇ ψυχῇ κρατιστεύοντα*, ut loquitur Socr. ap. Xen. Mem. 1, 4, 14; ergo reddam: *humani ingenii solertiâ*' (quod a SCH. etiam probatum, hujus censor ap. WIN. bene ita expressit: '*durch od. v. der Menschennatur, vom Menschen vermöge s. Natur, vermöge s. Verstandes, s. Talente, s. Kunst*'). Momentum facit, non quod *genera* sunt *diversa*, sed quod *variae* sunt *qualitatis*. Aljenum itaque est 1) *πᾶσαν φύσιν θηρίων* accipere pro *φύσει πάντων θηρίων* s. adeo pro *πᾶσι τοῖς θηρίοις* [AGSTI PT]; *πᾶσα φύσις* sine Artic. est *omnis quaeque*, qualiscunque ea sit, *natura* [vd. p. 6 sqq.]; notio vero universitatis animalium non in vcb. *πάντος* inest sed in sq. descriptione; 2) *φύσιν* esse *genus*, *Geschlecht* [AGSTI JASP. GBS. GRASH. SCHNK], nec *naturam* i. e. *indolem*, *angeborne Beschaffenh.* [BMG. SML. MR. SCHT]: non evincit quod Soph.[169]) in simili l. componit *θηρῶν ἀγρίων ἔθνη* et *πόντου τ' ἐναλίαν φύσιν*: imo aptissime sibi opp. *natura*, *nativa vis* hominum [ingenii praestantia] et *natura*, *nativa vis* animalium [ferocia, robur, volatus ctt.].

8. *Τὴν γλῶσσαν οὐδεὶς δαμάσαι δύναται ἀνθρώπων*] *Pro virium humanarum imbecillitate* (nec solum pro imperitiâ et pigritie) *nemo suam, multo minus alienam, omnium minime quamcunque linguam coercere valet.* Non est cur restringas ad meram, si vel maximam, difficultatem - provocando v. c. ad dictionem popularem [PT] hyperbolicamve [GBS], s. explendo [SML]: linguam sc. *talium hominum*, s. interrogando [OEC.[170])]: *si belluas homo domat, linguam suam domare non pote-*

169) Antig. 332 sqq. ubi quod *πολλὰ τὰ δεινά, κοὐδὲν ἀν-* | *θρώπου δεινότερον πέλει*, inter alia etiam his asseritur: *Κουφονόων τε φῦλον ὀρ-* | *νίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει*, | *θηρίων ἀγρίων ἔθη*, | *πόντου τ' ἐναλίαν φύσιν*, | *σπείραισι δικτυοκλώστοις*, | *περιφραδὴς ἀνήρ*. | *κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου* | *θηρὸς ὀρεσσιβάτα*, | *λασιαυχενά θ' ἵππον ὑπάξεται ἀμ-* | *φίλοφον ζυγὸν, οὔρειόν τ'* | *ἀδμῆτα ταῦρον*. Add. Eurip.: *Βραχύ τοι σθένος ἀνέρος* | *ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων* | *δαμᾶ φῦλα πόντου* | *χθονίων τ' αἰθερίων τε παιδεύματα*. — Ceterum plura collegit WTST. quae satis monstrent in quantum *φύσις genus* adeove mera circumlocutio dici possit; add. Jamblich. Vit. Pyth. 3. *Καὶ μεῖζον τι ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνιδόντες τῇ τοῦ παιδὸς εὐκοσμίᾳ*.

170) Negat ceteroquin salvam esse cohortationem: *εἰ ἀδάμαστος κ. οὔποτε πρὸς τὸ χρεῖσσον ἀπονεύουσα, πῶς ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν κ. πατέρα; κ. ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τ. ἀνθρώπους; ἰδοὺ πρὸς τὸ βούλημα μεταίρεται τ. χρωμένου*. PORTO: *εἰ κατὰ ἀπόφασιν* [nec vero, ut ipse *ἀναγνωστέον* censet, *κατ' ἐπαπόρησιν*] *οὐκ ἂν δόξῃ προϊὼν καλῶς κεχρῆσθαι τῷ νουθετήματι· λέγω δὲ τῷ, οὐ χρὴ ἀδελφοί μου ταῦτα οὕτω γίνεσθαι· εἰ γὰρ ἀδύνατον μεταρρυθμίσαι, ὁ ἀδυνάτοις ἐπι-*

rit? —: sane quae coërceri meretur, erit potissimum lingua hominis garruli, loquacis, litigiosi, maledici, obtrectatoris ctt.; verum si vel horum criminum haud sis reus, non valebis tamen, nec naturali vi nec [recte notante Bmc] singulari praesidio evelli, linguam tuam absque omni lapsu modestari. Missa restrictione apte ἡ γλῶσσα et ad antecedd. (ista animalium genera) refertur, et sqq. describitur, ubi casus rectus μεστὴ nec [Ht. Pt. Gbs. Schnk] postulat ellipsin γλώσσης nec impedit appositionem, imo [Gt] duplex locum habet appositio per Vb. subst. copulanda: (*Est*) ³Ακατάστατον κακόν] *malum instabile*, in omnes partes se vertens ac diffundens; quae varietas causa est potissima et difficultatis domandi et damnorum atrocissimorum. Ita AB 7 Copt. Arm. Vulg. (*inquietum* cll. corb. *inconstans*) pro vulg. ³Ακατάσχετον] malum *indomitum* (indomabile), inhiberi, contineri ac retineri nescium; quod quanquam similitudini convenientius videri potest, tamen nonnisi repetit jam dicta ideoque interpretamenti speciem habet. Illud (a Lachm. receptum) et locus 1, 8. universa quoque conformatione persimilis, et sqq. tuentur[171]) utpote egregie istam instabilitatem pingentia: quod momentum bene persecutus est Em. [vd. infr. 193]. (*Est*) Μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου] *plena veneno mortifero* [quod nulli medicinae cedat; rabb. סם המות]; maledicentiâ, calumniâ, criminatione hominum famam, requiem totamque adeo vitam quasi pestifero veneno inficiens (Ht). "*Es ist e. unrügigs Uebel das nicht feiern kann, voll tödl. Gift, wie e. Otter, erwürget Seel u. Leib, verderbet Jung u. Alt, Mann u. Weib*" (Altham). "Repetita videtur imago a veneno, quod τὰ θανατηφόρα τῶν ἑρπετῶν (quae vocat Plut. de Is. et Os.) s. serpentes, sub linguâ gestantes, salivae admixtum una cum morsu vulneribus sanguinique inspirare drr. cf. ante omnia Ps. 140, 3 [ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν] praetereaque 52, 4. 58, 4 [θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τ. ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς τλ.] Deut. 32, 33. Prov. 18, 21 [θάνατος κ. ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης] Coh. 10, 11. 12. Sir. 5, 13. 28, 21 [θάνατος πονηρὸς ὁ θάνατος γλώσσης] Mt. 5, 22. R. 3, 13. Luc. Fugit. 19, καὶ ἀφροῦ, μᾶλλον δὲ ἰοῦ μεστὸν αὐτοῖς τὸ στόμα" (Pt. qui recte improbavit Schlichter. Decimm. S. p. 101 sqq.; alludi enim ad *sagittas* veneno imbutas, non evincit profecto, idque contra nexum, quod ἰὸς ut de *emisso* veneno, ita etiam de *emisso* telo dr.). Add. Phil. leg. ad Caj. 1016. Aegyptii χροκοδείλων κ. ἀσπίδων ἐγχωρίων ἀναμεμειγμένοι τὸν ἰὸν κ. θυμὸν ἐν ταῖς γλώσσαις. Test. XII Patr. 680. Ἰοῦ διαβολικοῦ τ. καρδίαν πληροῖ. et 683. Ἰὸς τοῦ μίσους. Sap. 1, 11. Στόμα καταψευδόμενον ἀναιρεῖ ψυχήν. Hdi. 3, 12, 7. Διαβολὴ θανατηφόρος.

De re vd. Plut. de garrul. p. 509: Οὐκ ἔστι γλώσσης ῥεούσης ἐπίσχεσις οὐδὲ κολασμός· cll. (ad v. 7) Phil. qui "de mundi opif. 19. 20. multus est in demonstrando μηδὲν τῶν θηρίων ἀπελευθεριάζειν ὑπεξηρημένον τῆς ἀνθρώπου ἡγεμονίας" (Schnk). Add. Sen. de benef. 2, 29. *Quisquis es iniquus aestimator sortis hum., cogita quanta nobis tribuerit parens noster: quanto valentiora animalia sub jugum miserimus, quanto velociora consequamur, quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum.*

χειρεῖν παραινῶν, οὐκ ἀσφαλῆ τ. παραίνεσιν ποιεῖ, φήσειέν τις. Inde locum ita constituit: εἰ ἀνοίκεια τῇ ἑαυτοῦ φύσει δαμάζει ἄνθρωπος, θηρία χαλεπὰ μὲν ἰδεῖν, χαλεπώτερα δὲ μεταχειρίσασθαι, οὐ πολλῷ μᾶλλον τὸ ἑαυτοῦ μέλος εὐείκτως μεταχειρίσαιτο; vba vero ἀκατάσχ. κακ. τλ. concedit κατὰ ἀποφάσεων dicta, quippe αὐξητικὰ τοῦ δυσμεταχειρίστου τ. γλώσσης.

171) Add. l. a Sml. notatum Hermae 2, 2. *O quantum mala est κατελαλιὰ, ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέ ποτε εἰρηνεῦον ἀλλὰ πάντοτε ἐν ἀκοσταισίαις κατοικοῦν.* — Alteram lect. illustrant Phocyl. 92. Λαοί τοι, κ. ὕδωρ κ. πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα. Phil. de somnn.: Τὸ γὰρ στόμα ἀνοίξαντες κ. ἐάσαντες ἀχαλίνωτον καθάπερ ὄχημα ἀκατάσχετον φέρεσθαι. Add. Theophr. Char. 8: Χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐστι σιωπᾶν, κ. ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστι ἡ γλῶττα.

— Bene similitudinis momentum complectitur BD.: 'Vult intelligi quia lingua pravorum *bestiis ferocitate, volucribus levitate vel exultatione, serpentibus virulentiâ* praecellat.' Uberius ER.: 'Nulla est fera tam fera, nulla est avis tam immanis, nullus serpens tam pestilens, nulla maris bellua tam immitis: quin *hominum ingenio beneficiisque* mansuescat. cicurantur leones, mansuescunt tigrides ac dracones serviunt etiam elephanti. subiguntur et crocodili, mitescunt aspides, redduntur familiares aquilae et vultures, ad amicitiam etiam alliciuntur delphini. Nulla adhuc ratio, nulla ars reperta est mortalibus, quae linguam intemperantem domaret, cum et olim domitum sit et quotidie dometur omne genus animantium, quotquot habet terra, quotquot mare, quotquot aër: usque adeo malum hoc est efferum ac violentum: nec impotens modo, verum etiam letali veneno tinctum. Unguibus ac dentibus saeviunt leones, at venenum non habent. veneno sunt armatae viperae, ceterum nec ungues habent nec cornua. Sola lingua gemino modo noxia est, et feritate insuperabili et veneno letali: quod procul etiam affiat quibus vult, cum scorpii non laedant nisi caudae cuspide ictos, viperae non laedant nisi infixo denticulo fistulato. atque haec pestis minus esset formidabilis, si simplex foret et unico modo noxia. nunc *varium est malum et in omnem se vertens speciem*, quo gravius ac facilius laedat, saepe nocentius, cum boni speciem prae se fert'.

9 - 12. Ita v. c. *hac ipsâ* linguâ *utimur ad collaudandum Dominum qui* idem est nostri generis *parens, eâdemque* abutimur *ad execrandos homines* qui tamen ejus imaginem referunt quippe omnes *ad Dei similitudinem creati.* Ecce *ex uno eodemque ore oriundam, et laudationem et execrationem! Haud fas est, fratres mei, haecce ita* inter nos *geri.* Num in universâ rerum naturâ tale monstrum invenitur? *Numquid* e. c. *fons* aquae *ex uno eodemque foramine emittit* et *dulcem* potuique idoneam *et amaram* salsamque aquam? *An fieri potest, fratres mei, ut ficus oleas ferat vitisvē ficos? — Neque salsum* potest emittere *dulce!* in maledicta et execrationes erumpens animi acerbitas nequit laudes edere sinceras Deoque suaves et acceptas.

Istam linguae malignitatem *instabilem* et *mortiferam* monstrat (ἀσυνδέτως, ubi γὰρ cogitandum est) exemplo abusûs linguae et evidentissimo et ad consilium (a docendi pruritu avocandi) accommodatissimo. 'Hoc mortiferi veneni luculentum est specimen, quod prodigiosâ levitate [vd. v. 11 sq.] se ita transfigurat. nam *quum simulet* [fortasse etiam credat] *Deo se benedicere, protinus illum in imagine sud execratur,* np. dum hominibus maledicit. nam si benedicendus est Deus in universis operibus suis [quod constat Judaeos large fecisse], id praesertim valere in hominibus debet, in quibus peculiariter relucet imago ejus et gloria' (CALV).

9. 'Nihil melius, nihil ap. omnes commendatius pietate; hujus praetextu laedit potissimum, ea miscens quae non possunt cohaerere. neque enim potest esse pius in Deum, qui crudelis et maledicus est adv. proximum. et tamen hoc organo laudamus Deum, patrem illum appellantes, quum eodem vituperemus et infamemus proximum, ad Dei similitudinem conditum' (ER). Ἐν αὐτῇ] *ejus instrumento, ed:* ex usu si vel Grr. non inaudito, tamen hebr. (vd. WIN. *Gr.* 332. et HT); ll. a SCHNK. notata 1, 25. 3, 18. non omni ex parte conveniunt; in altero inciso Pronom. repetitur rhetorice, 'ut sensus quidem insit: *in eâdem,* quem vero vbor. ipsor. significatione cave putes expressum: simplex repetitio Pron. cum καὶ multo ponderosior' (SCHNK). Εὐλογεῖν] Non opus est ambitum tenere quem originatio suppeditat: ''*loqui in honorem* divinum, s. precibus ad eum effundendis s.

laudibus ejus celebrandis s. praeceptis ejus tradendis s. alio quocunque modo' (PT); usus restrinxit ad *celebrationem gratiarumque actionem*; quali *εὐλογία* [בָּרוּךְ יְיָ simm.] Judaei omnem precationem non solum solebant ordiri, sed etiam (ut alios quoque sermones) quavis interponendi occasione distinguere. Opp. *Καταρᾶσθαι*] ארר *execrari, dira imprecari*: singulare maledicentiae genus, quo contra religionis adversarios pro Deo pugnantes atque ad facta vbis addenda paratissimi, propriae cupiditatis libidini eo securius tetriusque indulgebant. *Κύριος*[172]) *καὶ πατήρ*] Deus, generis hum. *dominus ac parens*, apte refertur ad *Ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας*] *homines qui Dei creatoris imaginem*[172]) *repraesentant*. Respiciuntur Gen. 1, 26 sq. 9, 6., narratio de homine *imagine ad similitudinem Dei expressâ* (בְּצַלְמוֹ כִּדְמוּת) creato, et praeceptio morti assignans homicidam, additâ ad sceleris atrocitatem gravius insinuandam hac causâ, *quod homo Dei imaginem gerat*. Argumentatio bipartita est. Eâdem linguâ faciunt non solum 1) quae invicem pugnant, sed etiam 2) quorum altero momentum tollitur quod alterius esse possit. Dum Deum *diserte celebrant et collaudant*, eundem *oblique contumeliâ afficiunt* contumeliosâ eorum tractatione, quorum certe cognationem cum Deo agnoscere et honorare deberent. *'Ich nehme* (ait GÖPF) *HERD.'s Erklärg an: Wer Menschen flucht, flucht Gott. Gott ist Vater, der Mensch Sohn, trägt Gottes Bild: vergreif ich mich an s. Bilde, so vergreif ich mich*

---

172) Pro *θεόν* legunt *κύριον* ABC 4 a prim. man. 13. SYR. COPT. ARM. corb. VULG. ms. CYR.. Hoc si fortasse deberi possit studio *Xtum* [de quo v. c. GT. cogitavit] inserendi! facilius tamen illud tribuetur explicatori cui fraudem facere poterat recordatio form. *θεῷ κ. πατρί* 1, 27. (non minus quam recentiorum v. c. GRS° qui causam servatae vulg. ita reddit: *weil J. die Verbindg auch* 1, 27. *hat, sie ihm also wohl geläufig war*). — Quod autem *pater* dr., causa deest cur (c. ROELLIO et LAMP. ap. WF.; cll. 1, 18) ad *regenerationem* (novam quasi imaginem) referatur; recte jam WF. monuit, de abusu linguae, non solum adv. fideles, sed generatim agi, 'ut appareat, quantopere a primâ suâ origine summoque numinis consilio discedant qui homines Dei creaturas execrentur et calumnientur' cll. Mal. 2, 10. ubi appellationes *patris* et *Dei* diserte spectant *creationem*. Nec tamen vicissim inde, quod communitatem non fidei, baptismatis ctt. sed cognationis cum Deo tanquam causam appellat, concludere licet (c. SML.) spectari a religione xt. alienos (Romanos quibus maledicere vetet). Ceterum non attinet curiosius disquirere, 1) in quantum Gen. fortasse nonnisi de *formae externae similitudine* cogitaverit (PT); 2) in quantum J. etiam adv. Judaeos se tantopere praeferentes id respexisse videri possit, quod 'Dei quasi instar *sine discrimine gentium ubique domare possunt omnia animalia* et sic aëri quasi, aquae et terrae imperare solent' (SML); 3) quantum denique illius imaginis etiam in lapsis hominibus restet honorandum: 'amisimus (ait BENG.) Dei similitudinem: sed exinde tamen remanet nobilitas indelebilis, quam in nobis et in aliis debemus revereri; mansimus tamen homines, ad similitudinem illam per benedictionem divinam, cui humana subscribere debet, reformandi. id interpellant qui maledicunt'. — Multi sunt Judd. in istâ imagine exornandâ. Sap. 2, 23. *Ὁ θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρ. ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, κ. εἰκόνα τ. ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν*. Sir. 17, 3. Phil. de opif. m. p. 33. *Τῆς μακαρίας φύσεως ἐκμαγεῖον ἢ ἀπόσπασμα η ἀπαύγασμα γεγονώς*. quod deter. pot. p. 170. *Τῆς θείας κ. εὐδαίμονος ψυχῆς ἐκείνης ἀπόσπασμα* (ὁ νοῦς). Exterorum add. Xen. Mem. 1, 4, 14. *Παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα ὥςπερ θεοὶ οἱ ἄνθρωποι βιοτεύουσι*. Cic. Tusc. 5, 13. *Humanus animus decerptus ex mente div. cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest*. Ov. Met. 1, 82 sqq. *Natus homo ... cognati retinebat semina coeli... Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.*

an d. Gotth. selbst'. Recte; quanquam non cogeris hoc momentum cum HEAD. quaerere in vv. sqq.

10. *Ἐκ τ. αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία κ. κατάρα*] *A*) Adeoque *ex uno eodemque ore prodit* - re accuratius consideratâ - ejusdem Dei *et laudatio et execratio*: '*aus Einem Munde geht Lob u. Lästrung* (*Gottes*)!' *B*) Itaque contraria certe ex uno eodemque fonte oriuntur; *laudatio* (Dei) *et execratio* (hominum)! Est brevis repetitio ac vindicatio primarii momenti, qua opus esse videri poterat ob ornatiorem expositionem: ut, ne quis primas daret imagini div. commemoratae. Hoc certe 'absurdum et inconstans: idem membrum fungi rei optimae ac pessimae ministerio' (HT); 'maledictis contaminata lingua preces fundere exorabilis et laudes canere Deo gratas nullâ ratione poterit' (SCH); '*welch e. Widerspruch! das Lob Gottes kann in diesem Falle unmöglich rechter Art sein!*' (GRASH). Adversus hoc utrumque valet: *Οὐ χρὴ ταῦτα οὕτω γίνεσθαι*] '*non decet, absurdum est ac parum consentaneum* — qui simpl. intptantur *οὐ δεῖ*, non omnem vbi vim exprimunt' (HT); *ταῦτα οὕτω* SCHNK° dicta videntur 'pleonastice (WIN. *Gr.* 486), s. potius ad augendum pondus rhetorice'.

Universam sententiam quod attinet, apte ZWGL.: Non 'eos hic taxat qui linguâ Deum et homines blasphemant, quum ii sint plane impii, sed eos qui titulo Xtianorum gloriabantur, interim proximos convitiis et maledictis turpissime proscindentes'. Namque (ut est ap. ER.) 'habent in ore, *domine miserere*, cum ipsi crudeliter linguâ saeviant in fratrem. habent in ore, *pater noster*, cum assidue linguae spiculo proximum confodiant, pro cujus salute confossus est Xtus. praedicant Dei bonitatem, qui suâ clementiâ servavit hominem, cum ipsi linguae veneno properent extinguere. praedicant Xti bonitatem erga mortalium genus, cum ipsi adv. exemplum Xti linguas acuant adv. consortem. efferunt laudibus Xti mansuetudinem, qui placide responderit maledicis, cum ipsi mendaciis etiam incessant bene merentem. *profitentur sese angelos et praecones Xti, cum sint organa diaboli. pollicentur semen doctrinae coelestis, cum merum serant aconitum.* Atque haec tam diversa non solum faciunt eâdem linguâ, sed frequenter etiam ex eodem suggestu: a laudibus divinis exorsi prorumpunt in insaniam proximi, tanto perniciosius inficientes animos concionis, quod fictâ specie religionis tegant ac dissimulent mortiferum venenum, quod ex infecto corde per linguae organum depromunt'.[173] — Loquitur generatim [HT], delecto exemplo quod et a nemine hominum Xtianorumve alienum esset, et istos magisterii xt. affectatores (vv. 1. 13) prae reliquis pungeret: quo profecto 'multum acerbitati reprehensionis accedit. minime enim omnium hos, qui publice et solenni ritu Deo benedicunt, decet eodem ore ad maledictiones, probra, anathemata damnatricesque sententias abuti, si quibus acciderit a doctorum opinionibus differre' (BENS). Nequaquam tamen est quod restringas ad *conventus sacros*, *ad doctores* 'quorum ore et voce tota ecclesia in Deo laudando utitur' [BENS. PT], qui singulatim etiam execrationes et tristia omina *in Romanos* praeiverint [SML]. Satis jam incommoda est modestia [GBS], qua J. fingitur se istis doctoribus adjungere vbis *εὐλογοῦμεν*, *καταρώμεθα*.

Ad rem faciunt, quae inter alia adscripsit WTST.: Phil. de decal. p. 196. 28. *Οὐ γὰρ ὅσιον, δι' οὗ στόματος τὸ ἱερώτατον ὄνομα προφέρεται, διὰ τούτου*

---

173) 'Facillime quidem (ait SML) plerique omnes hodie indignatione aut sannis adeo excipiunt istas stoliditates sacras, quas *Bulla* ista *in coenâ domini* olim, sacrâ in pompâ et magnifice, publice prae se tulit: siquidem istis omnibus haereticis aut a romanâ illâ societate alienis nunquam aut somnus perfit aut edendi bibendique voluptas; itaque stultissima fuit ista omnis cerimonia. *Sed et porro opus est, nostros etiam hac tam gravi oratione salubriter uti, ad abjiciendum zelum istorum, qui sententiarum dogmaticarum auctoritatem severis ominibus et decretis vehementibus adv. omnes illos sancinnt, qui sunt alieni, non a xt. mente, sed a singulari dialecto ecclesiastica.*'

φθέγγεσθαί τι τῶν αἰσχρῶν. Tanch. f. 33, 2. *Os quaerit studere in lege et vba bona proferre, Deum laudare, glorificare, orare et canticis celebrare: sed potest etiam calumniari, blasphemare, conviciari et pejerare.* Jalk. Rub. f. 120, 3. *Quicunque habet linguam maledicam, ejus preces non adscendunt ad Deum.* Erachin f. 15, 2. *Si quis vitam quaerit, in lingua ejus est, sin mortem, in lingud ejus est* (Prov. 18, 21). Vajikra R. 33. *Respondit servus* (qui nunc bonum nunc malum cibum emere jussus, alter Aesopus linguas allatas domino R. Simeoni volebat defendere): *ex illo bonum et malum homini provenit. si bona est, nihil ed est melius; si mala, nihil pejus.* — Beresch. R. 24. *Scito quem contemnas, cum nimirum de quo scriptum est: ad similitudinem Dei fecit eum.* — Add. Test. XII Patr. (Benj. 6): *ἡ ἀγαθὴ διάνοια οὐκ ἔχει δύο γλώσσας, εὐλογίας κ. κατάρας.*

11. 12. Comparat res inanimas, quae jam absterrere debeant a contrarii istius usûs linguae permixtione. Lingua ejusmodi duplex haud secus **portentum** est ordinisque a Deo instituti eversio, quàm *fons ex eddem cavernâ aquas emittens et dulces et amaras*, quam *ficus quae olivas, vitisve quae ficûs producat.* 'Nobilissima igitur creatura, coryphaeus creationis, homo maxime suâ illustrissimâ dignitate indignum agit, si sibimet ipsi ita est contrarius, ut in totâ rerum naturâ nihil simile inveniatur' (JASP). 'Annon enim monstri simile videtur, eundem hominem ex eodem corde per eandem linguam pietatem et impietatem, veritatem ac mendacium, salutem et exitium depromere?' (EB). *Ἡ πηγή*] *scaturigo* ex *Ὀπαῖς*] *cavis* ebulliens, מָקוֹר, מַעְיָן; Articulo à reliquis rerum generibus distincta, ipsa indefinita relinquitur (nisi malis certam scaturiginem quae in comparatione sumatur), unde in altera similitudine simpl. *συκῆ* et *ἄμπελος. Βρύει*] *ferre, πηγάζει, ἀναβλύζει, πηδᾷ, ἀνίησιν* HBS.; *scatere, scaturire, ebullire*, indeque trans.: *emittere* a) aquas, b) flores et fructus. *Τὸ γλυκὺ κ. τὸ πικρόν*] **Neutr.** non interest utrum expleas: sc. *ὕδωρ*· an [SCHNK] neutraliter informes, **Artt.** vero ad *πηγὴν* respiciunt: *dulce et amarum illud* quod scaturiginis per se esse potest, h. sns.: *aquas suas* ea non dulces amarasque simul emittit *Ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς*] 'Qui [GT. MICH] haec studiose addi putant, quod nimirum sciret, esse fontes qui e diversis foraminibus diversas aquas emittant, ii vereor ne nimis curiosi Apostoli doctrinae praeter rem consulant. equidem addita arbitror ad augendam rei mirabilitatem' (HT) — s. potius ad juvandam applicationem. Quemadm. enim *γλυκὺ* et *πικρὸν bene maleve dicta*, ita *πηγὴ animum*, *ὀπὴ os* hominis repraesentant. Similiter Phil.: *πηγὴ λόγων διάνοια καὶ στόμιον αὐτῆς λόγος, ὅτι τὰ ἐνθυμήματα πάντα διὰ τούτου καθάπερ νάματα ἀπὸ γῆς εἰς τοὐμφανὲς ἐπιῤῥέοντα ἀναχεῖται.* Pirk. Ab. 2, 11. doctor dr. *fons perpetuo scaturiens* (כמעין המתגבר) cll. 1, 11. *detexistis locum aquarum impurarum et bibent discipuli* (תגלו למקום מים הרעים וישתו התלמידים); et secundum Samarr. (vd. GESEN. de Th. Sam. p. 26) *Oceanum sermonis fecit Mosen excellentia Dei.* Quod vero non *salsas* sed *amaras* appellavit aquas, derivari potest ex usu loquendi communi qui non solum *πικρὸν ἅλα*, sed etiam Adjectiva *ἁλικοῦ* et *πικροῦ*, *salsi* et *amari* promiscue habet (vd. WTST); tamen BENS. et MICH. alludi maluerunt ad מרירי יום et מי המדים in execrationibus, Job. 3, 5. Num. 5, 19. *Συκῆ ἐλαίας ἢ ἄμπελος σῦκα*] 'Res est, fructum arboris et plantae semper respondere naturae' (SML), unde sponte apparet, non repetere eund. SML. debuisse revocationem hujus similitudinis ad praecedentem, quam, ipsam imperfectam, praeivit EB.: '*num ficus naturâ dulcis producit amaras oleae baccas?*' Respicitur fortasse notissimum Xti effatum adv. *ψευδοπροφήτας* Mt.

7, 16. *Μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;* Similitudo ipsa in proverbium abiisse videtur. Sen. Ep. 87. *Non nascitur ex malo bonum, non magis quam ficus ex oleâ.* Arr. Epict. 2, 20. *Πῶς δύναται ἄμπελος μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι ἀλλ' ἐλαϊκῶς; ἢ ἐλαια πάλιν μὴ ἐλαϊκῶς ἀλλ' ἀμπελικῶς; ἀμήχανον, ἀδιανόητον.* Plut. de an. tranq. p. 472. *Τὴν ἄμπελον σῦκα φέρειν οὐκ ἀξιοῦμεν οὐδὲ τὴν ἐλαίαν βότρυς.* cll. Antonin. 8, 15. *Αἰσχρὸν ξενίζεσθαι εἰ ἡ συκῆ σῦκα φέρει.* et: *Ὁ μὴ θέλων τὸν φαῦλον ἁμαρτάνειν, ὁμοιός ἐστι τῷ μὴ θέλοντι συκῆν ὀπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν.*

Οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν κ. γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ] Repetunt disertius, minime vero efficacius similitudinem v. 11[1]; quae repetitio utne - interpositâ novâ similitudine - prorsus frigeat, nihil reliquum est nisi ut alteram comparationem non ad rem illustrandam, sed ad rem illustrantem referas adeoque imaginem imagine illustratam statuas [Ht. non improb. Win]; quod vero ut possis, similitudo arborum, ad explicandam fontis similitudinem addita, existimari debet negligentius pronunciata: '*Quemadm. ficus omnis ficus tantum, non etiam olivas, vitis omnis uvas, non etiam ficus proferre potest: ita neque fons ullus salsam dulcemque aquam edere potest*'. Verum partim nullo modo excusabilis foret negligentia, qua quis, dum illustrare vult, illud ipsum unde demum illustratio pendet, cogitationi lectoris relinqueret addendum; partim ne lectio quidem satis tuta est. Np. librorum auctoritate 1) *οὕτως* omittendum (ABC 83. Arm. et Syr. p. qui habet c. aster.); 2) reliqua mutanda (ABC [13. 27. 29. 66 ex emend.] 88. Copt. Vulg. corb. Cyr.; probb. Gt. Mill. Beng. Griesb. [qui *οὕτως* retinuit] Lachm. all.): *Οὔτε* [*οὐδὲ*] *ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ*] *A*) Continuatio: '*Auch kann ja e. Salzquelle od. das salzige Meer kein süsses Wasser hervortreiben*' (Gbs. Grash.[174]); cll. Gt.: 'neque salsa dulcem potest facere aquam. mare non edit de se aquas dulces'; Syl.: 'nec sane qui semel salsam aquam emittit fons, potest dulcem proferre'; sensum magis exhibuit Rosenm.: '*So wenig als aus e. bittern Quelle süsses Wasser fliessen kann*'). *B*) Applicatio: '*Sic neque salsa dulcem potest facere aquam*' (Latt) s.: '*Similiter neque aquae salsae possunt fieri dulces*' (Syr). — 1) Quod ab interrogationibus oratio traducitur ad affirmationem, id eo magis applicationem statuere suadebat, quo aptior ea videretur ad argumentationem. Inde praeeuntibus librariis *οὕτως* inserentibus antiquissimisque Vss. [Latt. Syr. Copt] hanc viam multi etiam eorum tenuerunt, qui *οὕτως* exterminare vulgatamque deserere haud dubitarent. Potest tamen illius traductionis etiam rhetorica esse vis, efficacius continuandi (*feuriger Uebergang aus der fragenden u. Verneinung erwartenden Rede in die direct verneinende* Gbs). 2) *Ἁλυκὸν salsum*, per se et aqua esse potest salsa et fons salsus et mare salsum: verum cum *γλυκὺ* eodem loco positum, debet etiam eodem modo aestimari, neque igitur satis evitatum est quod jam Ht. notaverat: '*aqua salsa non potest proferre aquam dulcem*, perinde est ac si dicas: *uva non potest proferre ficus*', neque opinor satis simpliciter evitabitur h. m.: *aqua salsa nequit proferre dulcem* sc. sese, i. e. nequit ipsa dulcis reddi. 3) Accedit, quod ex more J. vcbla ex antecedd. transferendi (ut v. 8) facile quidem vb. *ποιῆσαι* fortasse pro *βρύειν* dictum excusatur, minime vero Inf. cujus simpliciter locati, in hoc certe nexu, vix idoneum fuerit pondus; s. addendum erat (c. Cd. 70 et Vss.) *δύναται*, s. utrumque emittendum. — Jam quum universa lectionis varietas variis explendi explicandique studiis aperte debeatur: a vero proxime abfuisse videtur Mr.: 'prima lectio: *οὔτως οὐδὲ ἁλυκὸν γλυκύ, so auch nicht das Seewasser süsses*; praeterea nihil. jam explicarunt: *sic nec marina aqua dulcem* sc. *proferre - potest*. haec est una explicatio. alia est: *sic nullus fons dulcem et marinam aquam proferre potest*. eâ ratione sunt haec successu temporis aucta additâ explicatione'. Recte vero quod *ποιῆσαι ὕδωρ* exterminavit; minus recte, quod *οὕτως* toleravit: non quasi sententia aliena sit, sed quod ea hac applicandi notâ et facile carere potest et ex criticis momentis carere debet. Paucis, rescribendum videtur: *οὔτε ἁλυκὸν γλυκύ*. idque

---

174) '*Die Bilder in V.* 12 *enthalten e. andern Gedanken, als das Bild in V.* 11; *das letztre macht auf d. Widerspruch aufmerksam, der darin liegt, wenn Jemand mit dems. Munde lobt u. flucht; V.* 12 *ab. zeigt d. Ap. dass d. Sache noch schlimmer sei, dass nicht blos etw. sich selbst Widersprechendes in diesem Benehmen liege, sond. dass das Fluchen u. Verwünschen die Freundlichk. u. Liebe sogar ganz aufhebe u. vernichte*'.

comparationis non tam continuatio quam applicatio habendum, expressa ea vcblis translatis e primariâ similitudine ope alterius ductis: *Quemadm. naturae lege nec scaturigo dulcia amaraque simul emittere, nec arbor alios quam quos natura fert fructus edere potest:* (*sic*) *neque* (*in vobis*) *salsi quid* (*proferre valet quod vere sit*) *dulce*; si quae igitur juxta maledictionis amaritudinem comparet benedictionis dulcedo: s. tota ficta est s. illâ consumetur, quum ista certe amaritudo ex animo vere miti originem habere nequeat. Ita 1) evitatur difficultas quae dīsertam relationem Neutrorum ad *ὕδωρ* premit; 2) nervose procedit et comparatio et argumentatio; 3) aptissime nectuntur sqq.: *Factorum potius honestate et mansuetudine quam religionis aemulatione, quae ad maledicta rixasque abripiat, commonstranda est vera sapientia doctrinaeque intelligentia.* Uno vbo, efficitur ita expeditissimâ ratione sensus, quem nexu flagitari fere consenserunt: *'Eben so wenig, wie das salzige Meerwasser süss wird, wird euer Mund, wenn aus ihm scharfes beissendes Fluchen u. Verwünschen hervorgeht* (*εἰ ζῆλον πικρὸν ἔχετε τλ. V.* 14), *geeignet sein, süsse milde Worte des Lobes wahrhaft vom Herzen hervorzubringen; die Bitterk. hebt d. Milde auf, ihr werdet ganz bitter sein, ihr werdet ein wahres Salzmeer werden, u. so soll es nicht sein!'* (GBS. GRASH); 'Cum v. 11. monstret, opposita ex uno fonte nunquam prodire, noster addit, cujusvis causae effectum referre causae naturam, et imaginem exponit [applicat] ope prioris imaginis (1, 25), tanto aptioris, quum de doctoribus usurpari (v. 11) soleret, id sibi volens, fontem salsum s. animum hostilem nullo modo 'dulcia s. pia ac religiosa posse edere, id quod lectoribus persuadere possit, acerbas ipsorum rixas animi vere impii, religionis qua superbirent vacui, existere documenta' (SCHNK). — Ulterius progressus est SCH. cui 'assumentum quoddam esse videtur ineptum'; quod solum addit: 'non enim simile arborum revocari opus erat ad fontem sed ad linguam', nostram sententiam non tangit.

18-16. Quae quum ita sint, *quotus quisque vestrum* vere satisque *sapiens et intelligens* erit? Et si quis sit, *probet hoc operibus suis, ostendens honestatem vitae, praeditus* animi quae a verâ *sapientiâ* abesse nequit *mansuetudine. Quodsi vero*, ut hîc ibi res habuit, *aemulatio acerba et contentio animos vestros invasit: nolite* certe *gloriari atque — mentiri contra veritatem! Non est haecce* ambitiosa et contentiosa *sapientia* ea *'quae a Deo descendit,* hominum communi et certo bono, sed *terrenis* consiliis ducitur, atque *sensuum* subest imperio, et *daemonum* quasi ingenium imitatur, promotis et auctis hominum malis. *Si enim* homines *invidiâ et contentione* alii in alios flagrant, non potest aliter fieri quam inter vos per hoc tempus fieri solet: summa regnat opinionum et morum *inconstantia;* factiones et dissidia vel *cunctis vitiis* apertis et turpibus locum faciunt' (SML).

Redit post linguae abusûs uberius (v. 2 sqq.) descriptos, intercedente (v. 9 sqq.) diserto ad religionem respectu, ad exordium disputationis (v. 1): *castigationem pruritus docendi.* Docet veram sapientiam et intelligentiam xt. non docendo solum sed etiam agendo commonstrari posse; eam autem ab iis certe alienam esse qui

ambitiosâ contentione regantur. Inde ad scriptoris consilium haec redundabant: 1) Quum alterum communis sit officii, alterum povincia ingenti periculo obnoxia: satius esse, si vel facultate haud careas, a docendo abstinere; 2) Plerosque eorum, quos spectet, hac adeo facultate destitutos s. se ipsos s. alios decepisse.

Factis, virtute et exemplo, quivis Xtianus docere et potest et debet; non item vbis! 'Cum improbâ linguâ nihil perniciosius, bonâ et eruditâ nihil salubrius, cumque rarus inventu sit qui membrum hoc modis omnibus queat moderari: etiam atque etiam e multis deligendus est qui doctoris provinciam suscipiat' (ER). 'Qui mansueto corde et ore sereno bona quae valet operatur, evidens utique dat hominis sapientis indicium... Qui vero ad praedicandum vbum, quam ad faciendum proclivior est, plerumque per amorem jactantiae, per studium contentionis, per eloquentiae facilitatem, per invidentiam aliorum docentium, per ignorantiam catholicae veritatis, stultitiae reatum incurrit' (BD). 'Quoniam maledicendi libido ex superbiâ fere nascitur, superbiam autem ut plurimum generat falsa persuasio sapientiae: ideo de sapientiâ hic loquitur' (CALV.) h. sns.: 'Superciliosi isti censores, qui sibi large indulgent, praeterea nemini parcunt, videntur sibi prae aliis sapere; sed multum fallantur;.. soli vere coram Deo sapiunt qui hanc mansuetudinem conjungunt cum honestâ conversatione'.

13. *Σοφὸς κ. ἐπιστήμων*] חָכָם וְנָבוֹן Hos. 14, 10. Deut. 1, 13. al. Vix exhauriunt 1) GT.: 'videtur dici *σοφ.* qui multa novit, *ἐπ.* qui etiam habet *τ. τρόπον τ. παιδείας*, qui alios instituere potest'; 2) BMG.: *e. Weish. die wissend sei, eigne Einsicht voraussetzt.* Cogita *sapientiam* Xtiani et *intelligentiam* s. *peritiam doctoris* (*ἐπιστήμων· γνωστικὸς, θεωρητικὸς, ἔμπειρος* POLL. cll. Phil. de praemm. et poen. p. 923. *Σοφία μὲν γὰρ πρὸς θεραπείαν θεοῦ, φρόνησις δὲ πρὸς ἀνθρωπίνου βίου διοίκησιν*); cf. ad 1, 5 [p. 16]. *Τίς σοφὸς τλ.*] *'quis est,* inquit, *sapiens et intelligens inter vos? ostendat!* sic nos non loquimur, verum ita: *si quis velit esse et dici sapiens, is ostendat* ctt.' (MR. cll. Ps. 34, 13 sq. Lc. 12, 42 sq.). Ex intptamento 1) 6 Cdd. praemittunt *εἰ* (fortasse non sine respectu v. 14[i]); 2) 9 Cdd. omittunt *τις* (quanquam haec lectio, omissis etiam vbis *ἐν ὑμῖν* in quibus SYR. fluctuet, antiquissima visa est SML°). Interrogatio[175]), de cujus Hebraismo in utramque partem disputant VORST. et GEORGI (ap. WF), pondus addit orationi (ut 4, 1. 2, 20 al.): *Vos,* qui *sapientes* et vobis et fortasse etiam aliis videmini, quorum tamen sapientia maledicendi et contendendi acerbitatem habet admixtam, *nequaquam revera estis;* verum si vel vestrùm aliquis sapiens sit, *Δειξάτω ἐκ τ. καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι σοφίας*] *fructûs edere debet sapientiae suae,* quod etiam sine magisterio potest, np. *honestate vitae* (tanquam externo documento), *mansuetudine animi* (tanquam interno principio). *Er erweise sich aus s. Wandel als e. Weisen, in dem sanften Wesen das der Weish. eigen ist* (SCH. *Ann.* 427 sq. additâ hac causâ: *'kein Wandel ist edel, er sei denn sanft d. h. leidenschaftlos; e. solcher Wandel bewährt einzig am besten den Weisen'*). *'Τὰ ἔργα αὐτοῦ* sc. *ὡς σοφοῦ = τὰ ἔργα τ. σοφίας* ... singula *σοφίας* documenta quorum series continua *τ. καλὴν ἀναστροφὴν* efficit' (SCHNK).

---

175) *'Τίς* non *τίς* cf. 5, 13. 14' [quae non minus aliena sunt quam, quod etiam attulit, 4, 2] 'Sir. 6, 35. *ἐν πλήθει πρεσβυτέρων στήθι καὶ τις σοφὸς αὐτῷ προσκόλληθι*' [al.: *τίς σοφός; αὐτῷ πρ.*] 'deest Particula condit.' (SCHNK). LACHM.: *τίς σοφὸς κ. ἐπ. ἐν ὑμῖν δειξάτω κτλ.*

ἀναστρ. (conversio, conversatio) *vita*, 'opponitur dicendo et docendo quo illi sapientiam monstrare gestiebant'; cohaeret demum per v. 1. cum 2, 14 sqq. nec est cur c. SML. restringatur ad facilem et mitem consuetudinem inter gentes et cum gentibus loco προτέρας ἀναστρ. judaicae. Cf. 1 Tm. 3, 15. 4, 12. 1 Ptr. 3, 15 sq. 'ἘΕν, *praeditus* sapientiae tranquillitate mentisque altitudine; qui a rixis et contentionibus abhorret aliorumque fert dissensum' (SCH).

SNS.: 'Non unius cujusque esse, docendi munus invadere, ne eorum quidem omnium qui satis doctrinâ atque scientiâ valeant... Si quis etiam doctrinâ et scientiâ multis praestet, non illi metuendum, ne docendi munere exclusus cognitionis fructum et utilitatem perdat. habent enim ista in vita et actione multiplicem usum. hoc amplissimum theatrum est, in quo ejus scientia virtutibus elucescere possit' (HT). *'Er soll s. Weish. nicht gerade als Lehrer geltend machen, indem er die Ueberzeuggen u. Ansichten Andrer, wenn sie nicht mit den seinigen übereinstimmen, hart u. unfreundlich bekämpft u. bestreitet, sond. er soll sanft u. friedlich mit ihnen verkehren. Das ist die wahre Lebensweish. die dem Xsten ziemt'* (GBS. cll. Clem. R. ad Cor. 38. Ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθω τ. σοφίαν αὐτοῦ μὴ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς).

Arbitraria prorsus est licentia, verbor. partim ad se invicem referendi partim commutandi, in quam etiam PT. se dedit: "Ἐν πραϋτητι σοφιας non tam cum δειξατω (ubi εν pro συν accipiendum esset) quam c. τα εργα αυτου jungenda videntur, ita ut τα εργ. εν πρ. σοφ. posita sint *vel* pro τ. ε. εν πρ. και σοφ., *vel* pro τ. ε. εν σοφιᾳ πραειᾳ, *vel* ποιουση ἡμας πραεας (Adj. nimirum, quod saepius fieri solet, in Subst. eo forsan consilio h. l. mutato, quo magis opp. ζηλος κ. εριθεια in oculos incurrerent) i. e. *quicquid profecerit in sapientiâ mansuetos nos reddente.* Sed τ. ε. εν σοφ. πραειᾳ sc. οντα posita esse. quoque possunt pro εργα αυτου πραεα κ. σοφα, vel την πραϋτητα αυτου κ. σοφιαν. Omnia enim ad hebr. sermonis indolem accommodata esse, quisque videt."

14. Alius generis sunt documenta vestrae sapientiae: *'Ihr bildet euch ein weise zu sein — u. doch seid ihr streitsüchtig!'* (AGSTI). Ζῆλος κ. ἐριθεια] *aemulatio et contentio: invidiosa aestuatio* quae, in religionis negotio ad sacrum furorem facile abrepta, *altercatione* potissimum et *obtrectatione* conspicitur. Addit Πικρόν] non tam ut laudabile ζήλου genus excludat[176]), nec solum quod iis *exacerbentur* animi (HT), sed singulatim 'ut apertius faceret quo tenderent istae similitudines vv. 11. 12' (GT). Dicit *haberi* Ἐν τῇ καρδίᾳ] *im Ggsatz nicht sowohl des äussern Ausbruchs* [quasi animo condantur] *als der Uebereilung* (BMG): studium et cupido rixandi. Μὴ κατακαυχᾶσθε κ. ψεύδεσθε κατὰ τ. ἀληθείας] A) *Nonne haec mera gloriatio est, injuriosa et mendax in veritatem?* [Ita post Anon. ap. WF. ('nonne animosi estis adv. veritatem et mentimini?') SCHÖTG. BMG. SML. ROSENM. AGSTI SCH. GBS. GRASH. SCHNK.; praeivit LAT. corb. vd. not. 178]. Hac r. 1) non male oratio ita disponeretur: *Num revera sapitis? Monstrate! Verum exacerbamini. Nonne igitur mentimini?* 2) μὴ etiam in graviore affirmatione (= *nonne*) haberi, provocatis HERM. et HEINDF° notavit et explicare studuit[177]) WIN. *Gr.* 426 sq.

---

176) OEC. (et THPH): Ἐπειδὴ τὸ τοῦ ζήλου ὄνομα ἐν μεσότητι ὁρᾶται χρηστῶν τε κ. φαύλων – ἔστι γὰρ ζῆλος κίνησις ψυχῆς ἐνθουσιώδης ἐπί τι, μετὰ τινος ἀφομοιώσεως τοῦ πρὸς ὃ ἡ σπουδή ἐστι – διὰ τοῦτο πικρὸν ἐπήνεγκε, δεικνὺς τὸ πρός τι ὁ ζῆλος. ἐριθεια δέ ἐστιν ἐπίψογος φιλονεικία. 177) *'Die Frage bleibt an sich immer negativ; er wird sich doch nicht tödten?* [Jo. 8, 22] *nur wurde sie gewiss mit anderm Ton u. Geberden ausgesprochen. Er wird nicht kommen? sagen auch wir, this wo wir d. Kommen nach Umständen für mögl. halten ab. nicht wünschen, this wo wir es f. m. h. aber noch Anstand nehmen daran zu glauben. In jenem Falle wirkt d. Antwort Nein! beruhigend, in diesem d. Antw. Ja! bestätigend. Jenes ist mehr e. Frage des Gemüths, dieses e. Frage d. Vstdes.'* — Recte notat hac negationis informatione n. l. non opus esse; verum isto certe modo, vim illam variis demum artificiis

Verum eâ, si vel ambiguitate nullâ laboraret, certe non opus est. Non minus nervose cum affirmatione et vetando arguuntur mendacii, nec (SML) impedit imo juvat, quod prius locum plane habere non potest quin simul adsit alterum. B) '*Nolite vobis placere veritatis studium praetexentes, quum res atque veritas ipsa vos arrogantiae ac vanitatis condemnet*' (HT.; *habt ihr ab. bittern Neid u. Zank in eurem Herzen, so rühmt euch nicht u. lüget wider d. Wahrh.* LTH.; 'cavete ne gloriemini et mendaces sitis in veritatem h. e. ne inani arrogantiâ ducti tales vos esse putetis quales esse debebatis h. e. σοφοὺς κ. ἐπιστήμονας, atque adeo in veritatem injurii sitis' WF.; Bz. BENS. MR. JASP. SCHT. WIN). Scripsit[178]) κατακαυχᾶσθαι ut 2, 13. repetiitque Praeverb. ob interpositum ψεύδεσθαι, quo opus videbatur ad personam istis jactatoribus plane pleneque detrahendam. Non igitur opus est Hebraismo nec obtinet Pleonasmus[179]), quibus nonnisi sensus redderetur omni momento rhetorico demto: = μὴ κατακαυχώμενοι ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀλ. [GBS. SCHNK] s. μὴ καυχᾶσθε ψεύδοντες κ. τ. αλ. [MR. HT].

15. Οὔκ ἐστιν] negatio cum vi praemissa. Αὕτη ἡ σοφία] *ejusmodi sapientia*, 'ista pugnax ac litigiosa concertatio quae sapientiae nomen sibi arrogans, potius est insipientia' (HT). Ἄνωθεν κατερχομένη] *qualis a Deo nunquam non proficiscitur*[180]) (cll. 1, 17. 5), *divina, genuina.* Commentitia est et spuria; id quod per gradus persequitur: esse debet *coelestis, spiritualis, divina*, est vero *terrestris, animalis, daemoniaca* (*irdisch-menschlich, sinnlich-thierisch, teuflisch*). Ἐπίγειος] *terrena, voll irdisch-menschl. Schwäche u. Verkehrth.*; gradatio a minus finito ad finitiora pergens vetat notionem imperfecti magis definire, ut c. HT. (probb. PT. SCH. all.): 'Non modo ἀνθρωπίνη, quam dicit P. 1 Cor. 2, 4. i. e. non imperfecta modo, velut omnia quae sub lunâ nascuntur, sed vitiosa potius, abjecta, humilis et tanquam humi repens'. Ψυχική] 'Τὸ ψυχικὸν opp. est τῷ πνευματικῷ. sic in Ep. Jud. 19. οἱ ψυχικοὶ disertis vbis drr. πνεῦμα μὴ ἔχοντες. est autem πνεῦμα id quod Plat. dR. 9. in. τὸ τῆς ψυχῆς λογιστικὸν κ. ἥμερον vocat, pars hominis praestantior, sc. *ratio*. cui ἡ ψυχὴ quatenus opponitur, si-

---

(soni, nexûs ctt.) extorquendi, in eum ne cadit quidem; excusatius SML. (qui tamen μὴ exterminare malit): '*num* adhuc gloriari et falso prae vobis ferre *audetis*, vos veram App. doctrinam prodere?' 178) Legunt Καυχᾶσθε] A cum 11 Cdd. et LAT. corb. (*quid alapamini mentientes contra veritatem?*), probb. GT. MILL. BENG. – utne Praep. κατὰ redundare videretur. *Alapamini* non est cur vitium librarii statuas pro *altabamini* (SML) s. *elevamini* (GRIESB); est vcb. istius aevi ἰδιωτικόν. Glossar. PHILOX.: *alapator, καυχητής*, et gr. ordine: *καυχητὴς, alapator* – 'forte quia jactabundus enumeret, quot alapas jam inflixerit aut statim infligere ausit' (SML). 179) GT. cll. R. 9, 1. 1 Jo. 1, 6; BNG. dixit *e. nachdrückl. Pleonasm. u. Epexegesis — nicht als wenn sie mit ihrem Eifer u. Zanke nur nicht in Ruhmsucht u. Lügen verfallen sollten, sond. wo dgl. noch statt finde, sich ja nicht f. Weise zu halten, weil das e. offenb. Unwahrh. u. Prahlerei sein würde.* Ceterum non erat quod MICH. ad injuriam restringeret qua contentiosi Judd. disputandi fervore abrepti veritatem non errorem acerbissime oppugnaverint. 180) '*Die hier gebr. ggw. Zeit zeiget an, dass nicht nur zur ersten Anrichtg u. Hervorbringg, sond. auch zur Fortsetzg, Unterhaltg u. Vermehrg dieser Weish. e. beständige unmittelb. Wirkg Gottes u. s. Geistes nöthig sei, dass sie e. himml. Ursprg d. Abhängens beibehalten müsse*' (BNG). Recte, si vel dogmaticum magis quam intptem sapiant. — Ceterum Judd. etiam multa habent de *sapientiâ superná*, quae sit lex, fuerit Mosis, Adami (vd. WTST).

probb. PT. SCH. GSS): sapientiae *primam et praecipuam laudem, palmarem virtutem*, ex qua sponte fluant reliquae. Ἁγνή] *καθαρὰ κ. ἀρυπαρὸς, μηδενὸς τ. σαρκικῶν ἀντεχομένη* (OEC), *'pura* a terrestribus studiis' (GT), *'von allem was irdisch, sinnlich, sündlich'* (GRASH), 'ab omni partium studio omnique aliarum rerum respectu, nihil expetens praeterquam verum atque bonum, hoc unum spectans, ad hoc omnem operam curamque dirigens' (HT. qui addit: 'animus iste contentiosus, iniquus, indocilis, inhumanus ac simulator nonnisi eorum est qui non puro veri amore sed suis quibusdam placitis atque studiis impelluntur'). *Εἰρηνική*] aliena a contentionibus, *pacifica*; cautio quam etiam PT. adscripsit: *'quantum salvâ doctrinae puritate fieri potest'*, nullo non tempore eo magis placuit et usu venit, quo magis a sapientiae *ἁγνείᾳ* aberraretur. Ἐπιεικής] aliena a rigore et difficili morositate, *mansueta* (*ἄμαχος - πᾶσιν ἀνθρώποις* 1 Tm. 3, 3. Phil. 4, 5). *Εὐπειθής*] aliena a superbâ et malignâ pertinaciâ, *comis et tractabilis*, quae aliis etiam, singulatim diversa sentientibus, aurem praebet (*sie lässet ihr sagen* LTH.; obsequiosa GT.; *lenksam, nicht hartnäckig auf einmal gefasster Ansicht bestehend* GRASH.; *gehorsam = gehörsam* SCHNK), qualis Pauli 1 Cor. 9, 19 sqq. qui *τοῖς πᾶσι γέγονε τὰ πάντα.* cf. POLL.: *Στρατιώτου ἔπαινος, εὐπειθὴς, πειθαρχικὸς, πειθήνιος, κατήκοος, ὑπήκοος. τὰ ἐναντία δὲ ἀπειθὴς, ἀνήκοος κ. τὰ ὅμοια.* Ael. AN. 2, 11. *Εὐπείθεια κ. εὐμάθεια. Μεστὴ ἐλέους κ. καρπῶν ἀγαθῶν*] *plena benevolentiae et beneficentiae*; addit *facta* quia fructuosa demum et actuosa misericordia valet (2, 15 sq. cll. 13. 1, 27), dicit *fructus bonos* (ex notissimâ translatione) omnes enumeratarum virtutum complectens effectus, poscit denique *μεσότην*, non tantum hîc illic, qualis saepe etiam in pessimis comparet, sed omni ex parte omnique tempore bene moratam ac meritam — quorum erga alios studiorum 'est eadem origo et indoles, sed incredibilis in exercitio varietas et mensura' (SML. cll. 2 Tm. 3, 16. Gal. 5, 22). Duae postremae virtutes arctius redeunt ad virtutem palmarem: pro *ἁγνείᾳ* sua est Ἀδιάκριτος] Forma passiva quae tamen re ipsâ in sensum activum traducitur: *indiscreta* quippe *haud discernens*[181]). Variorum *discernendi* modorum ac sensuum (vd. ad 2, 4) huc faciunt hi: *A) Cupiditatis expers* [*unpartheiisch* LTH.; 'sine partitione np. iniquâ' GT.; 'nullum personarum discrimen faciens' SCH.; WF. BMG. SML. PT. HT. WAHL SCHNK.; eodem redit nonnullorum librorum *εὐδιάκριτος bene distinguens*; add. ER.: 'sanandi quam *damnandi* studiosior']. *B) Contentionis expers* quippe a *disceptando* non minus aliena quam a *dissidendo* [*ohne Zanksucht* AGST; BZ. ESCHM. SCHT. GSS. GRASH]. *C) Dubitationis expers*, 'cui nihil ambigui vel dubii inest' (BRETSCHN), repudians *a*) 'nimis anxiam ac scrupulosam inquisitionem, qualem fere in hypocritis cernere licet qui, dum nimis exacte inquirunt in fratrum dicta et facta, nihil non in sinistram partem rapiunt' (CALV), *b*) anxiam curam 'utrum huic an illi benefacere velit, utrum dignus sit beneficiis necne' (MR. ut potius mansuetum se

181) Idem sibi voluisse videtur GBS. qui activâ signif., ut dicit, repudiatâ, quia quanquam a plurimis ipsisque recentissimis intptibus admissa, non tamen satis firma sit, sententiam proposuit quam hisce complexus est GRASH.: *'ungetrennt, nicht zu trennen, d. h. wer sie hat, lässt sich durch verschiedene abweichende Meinungen nicht vom Bruder trennen'*.

gerat 'erga quemlibet, sine delectu, haesitatione et discrimine'), c) omnem circa Deum fluctuationem. 'Non est duplex sapientia, uti nec duplex sapientis animus, quae aliud suadet hoc, aliud alio tempore, aliud erga divites observandum, aliud erga pauperes, sed est una eademque semper sibi similis ὁμολογοῦσα ἑαυτῇ διὰ πάντων ἀκριβῶς, ut Aristid. loquitur' (WTST). Ἀνυπόκριτος] *simulationis expers* i. e. nihil ficti falsique habens, omnia potius aperte agens atque ex animo (qualis postulari solet amor, fides ctt. ἐκ καθαρᾶς καρδίας τλ. R. 12, 9. 2 Cor. 6, 6. 1 Tm. 1, 5. 1 Ptr. 1, 22).

Interpositum *Καί*] quanquam non incommodum, auctoritate praesidiorum critt. (ABC 3. 13. 69; COPT. AETH. VULG. corb. ctt.) destituitur. Ἔργων] quod post καρπῶν habent C a pr. man. 27. 29. 66. inter lin. et m. ap. MT., fluxit ex intptamento. Ita etiam *bonis consentiens*, quod VULG. interponit vbis *modesta, suadibilis* et: *plena misericordiâ*, cll. LAT. prisc. qui ἐπιειχ. et εὐπειθ. reddit: *et verecundiae consentiens.* — Ceterum SYR. duo extrema vcbb. negligentius expressisse videtur [182]: *et sine partitione* [προσωποληψίᾳ? dissidio?] *est et faciem non accipit.*

18. Additur **effectus** (ut v. 16). Ubi sapientia obtinet vere divina, ibi Καρπὸς δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην] Fluctuant 1) Καρπὸς inter *effectum* et *praemium*; — Singulari καρπῷ comprehendi poterant καρποὶ ἀγαθοὶ (v. 17) quippe arctissime nexi. certe vero *hunc fructum* eo minus absque respectu *alterius fructûs* cogitavit, quo apertius non solum in illo haud exigua pars inest praemii, sed etiam scriptor totus versatur in sapientiâ div. collaudandâ. *praemium* includit *reliquos effectûs*; — 2) Δικαιοσύνης *a*) notio inter sensûs *α*) *justi*, *β*) *justitiae s. probitatis*, *γ*) *justificationis*; *b*) forma (Genit.) inter *α*) *fructum justum* (perfectum, saluberrimum ctt.), *β*) *fructum ex justitiâ*, *γ*) *fructum qui est justitia s. justificatio* (quae ambiguitas non tollitur comparatione ll. Phil. 1, 11. Πεπληρωμένοι καρπὸν δικαιοσύνης. Hebr. 12, 11. Παιδεία, quae καρπὸν εἰρηνικὸν ἀποδίδωσι δικαιοσύνης); — justus fructus ex justitiâ tantum proficisci potest justificationemque debet efficere, quae omnia arctissime cohaerent cum istâ sapientiâ quae nulla est sine justitiâ s. probitate [unde δικ. = σοφία BMG. MICH. CARPZ. PT. al.]; omnino δικ. est universa conditio *justi* s. *justificati* i. e. Deo probati, veniam salutemque adepti (vd. 1, 20. 2, 21. 24), cujus conditionis utrum totus ambitus an una alterave pars ac relatio cogitari debeat, cujusque loci decernere debet nexus; — 3) Σπείρεσθαι inter sensûs *docendi, accipiendi, sibi parandi*; — non potest quidem simpliciter esse *concedi*, sed cogitatio adhaerere debet *s. futuri effectûs s. proprii laboris.* jam si *fructus* dr. *seri*, facillime simplicissimeque cogitabitur ipse *aliorum semen fructuum*, verioris pleniorisque messis in alterâ vita reportandae: qualis fructus quanquam quodammodo etiam *institutio* sit [cll. 2 Cor. 9, 10. τὰ γενήματα τ. δικαιοσύνης, ubi tamen praecessit σπόρος ὑμῶν], proprio tamen proximoque sensu sunt *virtutes* in terris exercendae: namque 'omne quod in hac vitâ agimus, semen est futurae retributionis. ipsa autem retributio fructus est operum praesentium' (BD); — 4) Τοῖς ποιοῦσιν εἰρ. inter eos *quibus* et *a quibus* seratur; — eodem redit in iis qui *sibi ipsi* serunt, qui vero *in aliis* serunt docendo, id ante omnia monendi erant, opus esse *pacificis magistris*, quam admonitionem nonnisi elevasset notatio haec, opus esse *pacificis auditoribus*; — 5) Ἐν εἰρήνῃ *a*) notio inter *concordiam* et *felicitatem*, *b*) relatio inter *vbum* et (intercedente vbo) *fructum s. justitiam* (quod accuratius dicendum fuisset ὁ ἐν εἰρ. s. τῆς ἐν εἰρ.); — pax internam externamque concordiam et tranquillitatem complectitur, nec felicitas est absque illius concordiae et tranquillitatis cogitatione: ubi *concordia* desideratur, nec adesse potest vera et firma animi *tranquillitas*, sine qua non solum *felicitas* sed etiam *virtus* et *sapientia xtt.* stare nequeunt. est igitur *pax* justitiae sapientiaeque xt. non solum necessaria *conditio* unicumque *praesidium*, sed magnam partem etiam *fructus*. — Loquitur **generatim**, doctores demum includens nec vero

---

182) ܗܘ ܕܥܒܕ ܥܡ ܟܠ ܚܕ ܘܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܗ ܦܫܩܐ.

singulatim et diserte castigans. Quamquam enim hi, siquidem in singulis jam Xtianis omnis successus doctrinae a concordiâ et tranquillitate suspensus est, omnium minime eâ carere possunt in docendi negotio feliciter administrando: aptissime tamen Ap. qui omnia ad vitae usum revocare solet, hanc etiam disputationem generatim et orditur (v. 2) et finit [183]). Quae vero huj. l. exhiberi possunt et exhibitae sunt variae versiones [184]), ad has revocandae videntur. A) *Etiam pacis et concordiae viâ, ab hominibus qui pacifici et mansueti a contentionibus sese abstinent, et agendo et docendo seri possunt justitia ejusque consectaria* (CALV.: 'Qui pacis studiosi sunt, curam nihilominus habent serendae justitiae neque in promovendis et urgendis bonis operibus ignavi sunt aut inutiles, sed zelum suum temperant pacis condimento, quum hypocritae coeco et rabioso impetu omnia perturbent'). Valet adv. Judaeos eorumque disciplinam secutos Xtt., qui pietatem ex alacritate eam propugnandi judicantes, probum cultorem Dei doctoremque sibi informare nequibant expertem contentionis, altercationis: verum deest causa, cur sententia latius patens ad hoc potissimum momentum restringatur. B) *Nonnisi pacis et concordiae viâ, ab hominibus pacificis, ista* (*non solum docendo sed etiam vivendo*) *seri possunt*; pacis demum conditione et praesidio fructûs et praemia sapientiae vere xt. contingunt. Scite MR.: 'Ποιοῦντες εἰρήνην per hebr. sermonem sunt *qui student concordiae, eam exercent* [q. d. εἰρηνόποιοι s. εἰρηνικοί cll. v. 17. Mt. 5, 9] ... jam *his seritur fructus* erit: *ab his seritur*, quippe dum concordiam exercent, serunt ipsi semen quod olim fructûs optimos feret, sibi illud serunt. deinde

---

183) Fortasse, notante GES., a graviore castigatione abstinuit, ut exemplum ipse praeiret sapientiae vere pacificae. *'Die himml. Lebensweish. die er eben selbst als so friedlich geschildert hatte, liess jetzt noch kein ernstes hartes Wort üb. s. Lippen gehen, damit der liebl. Laut s. Rede durch k. Misston entweiht würde. Ja die letzten Worte tönen wie e. Klang, der aus e. schönern friedl. Sein herüberhallt.* 184) Unice lenitate et tranquillitate, a doctoribus qui ultro exercent pacem, contingit serere illud semen e quo nascitur fructus perfectissimus (SML. quo etiam redit PT.: 'semen virtutis s. doctrinae xt. pacifice ab iis tantum spargi potest qui ipsi pacis fructûs ferunt i. e. re verâ paci student', addens, fortasse vs. *'non sine venustate quadam* ad arborum imaginem referri sic: fructus pacificae virtutis ... sparguntur s. late demittuntur .. nonnisi ab arboribus pacis fructûs ferentibus... De rixarum arbore concordiae fructûs decidere nequeunt cf. 12'). — 'Qui (verâ sapientiâ) puram tranquillamque serunt doctrinam ev., et sibi metunt fructum vitae aeternae, et alios ad studium vitae coelestis adducunt quos erant contentionibus ac saevitiâ alienaturi' (ER). — 'Fructuum probitatis (virtutum omnium) semina per concordiam ab iis sparguntur qui concordiae student' (SCHT). — *'Wenn bei d. Partheigeiste nichts Gutes herauskommt, so hat hingegen e. friedfertiger Sinn die wohlthätigsten Folgen'* (STZ). — *'Durch stille Eintracht werden herrl. Früchte gesät v. denen die Eintracht lieben'* (GÖPF). — 'Der *Lohn der stillen Tugend wird den Friedliebenden zu Theil'* (AGSTI cll. ROSENM.: *'Die Friedliebenden bahnen sich eben durch ihre Liebe zum Fr. den Weg zu d. Belohngen d. Tugend'*. et ALTHAM.: *'Wollt ihr d. Früchte d. Gerechtigk., welche sind d. ewige Segen, Fried u. Freud, einernten u. empfahen, so müsst ihr Neid u. Hass u. das Zanken hinlegen'*). — *Denen die Frieden halten, wird eben durch diesen Fr. der Same gesät der einst d. Frucht, d. Belohng der Rechtfertigg vor Gott, die ewige Seligk. bringen wird* (GES. GRASH.; SCHNR.: 'justificatio tanquam fructus paratur ctt.'). — *'Die Frucht d. Rechtschaffenh., Friede, erwächst denen die Fr. pflegen'* (SCH.: ἐν εἰρ. 'in pace sc. constans, εἰρηνικός Hebr. 12, 11; est hebr. locutio vicem appositionis obiens'; praeiverunt GT. et HT. ἐν εἰρ. pro εἰς εἰρ. dictum rati, pacemque per Antanaclasin primum de felicitate deinde de concordiâ accipientes, cui GT. alteram addidit καρποῦ antea de operibus, nunc de praemio locati; sententiam expressit HT.: *'qui minime contentiosi pacem cum omnibus agitant, hi ejus virtutis praemium pacem quoque* i. e. *felicitatem ferent'*).

proprie quidem non seritur *fructus*, sed *semen* quod fructum suo tempore feret. fructus autem ille est τ. δικαιοσύνης. haec erit *probitas omnis, vitae sanctitas*, adeo ut sit: *fructus qui constat probitate et sanctitate*. erit igitur: ab his qui concordiae student spargitur semen e quo omnis probitatis fructus nascentur; sine tropis: qui concordiae student, hi faciunt initium omnigenae sanctitatis, omnia officia sequentur illud concordiae studium. sic ἐν εἰρ. erit: *per ipsam hanc concordiam* serunt ejusmodi semen'.

— Adscribere placet haec SEML: 'Nullum est vitium in *doctrinâ*, quamcunque definierint, inde a niceno concilio; nemo factus est improbus per ὁμοουσίαν, per tres personas in unâ essentiâ ctt. sed vitium omne est in *doctoribus*, qui absunt ipsi, ratione animi pravi et improbi, *ab hac doctrinâ coelesti*, cujus ingenium et vim ipsi non sunt experti (unde intelligendi, quaerendi, disputandi de *doctrinis* provinciam praetulerunt, ut saltim ingenii alacritate semper alios vincerent et splendidâ specie veritatis defendendae, cujus et *unicam* tantum cognitionem *omnibus* hominibus imperabant, muneris ecclesiastici auctoritatem continuarent). Jam vana et inanis est omnis illa opera, quam impendi quidam volunt *doctrinis* corrigendis et reformandis; hi *peccatum originale* accusant; isti *satisfactionem, sacrificium pro peccatis, justificationem* ctt. alii alias sententias; quidam omnes xtianae doctrinae partes abjiciunt. Ego vero maneo in sententiâ, *doctores corrigendos esse*, quod in xt. societate vel maxime locum habere debebat; probi et apti doctores dabunt etiam operam, ut *docendi modus*, qui semper fuit varius ob moralium rerum et notionum qualitatem, conveniat et consilio et tempori'.

V) 4, 1—12.

Dissidiorum contra et contentionum inter Xtianos verus fons sunt libidinum turbae. 1. *Eae hominem non solum continuâ rerum terrenarum concupiscentiâ adeptionis experte misere divexant* 2. *sed etiam ad precationis abusum* 3. *quid quod ad plenam erga Deum inimicitiam abripiunt.* 4. *Namque Deus animum sibi soli totum deditum poscit* 5. *nec nisi demissis ac modestis gratiosus est.* 6. *Quamcunque igitur superbiam deponite diabolumque resistendo vincite.* 7. *Deum serio studio integritatis vitae animique propitium vobis reddite* 8. *sincero poenitentiae moerori, quo solo ad veram dignitatem emergetis, vos date* 9. 10. *omnium minime vestrae invicem pietati obtrectate, criminatione quae nec cum summi numinis reverentiâ nec cum humanae imbecillitatis recordatione stare potest.* 11. 12.

1-3. In tam pacificâ verae sapientiae naturâ *unde* tandem continua quasi *bella atque unde pugnae* ac lites *inter vos? Nonne hic est fons, quod voluptatum* libidines quasi *militant in membris vestris*, ea quippe interno suo et secum invicem et cum ratione bello pessime pervertentes? Dum *concupiscitis*, eo minus *habetis* quo magis concupito inhiatis; *occiditis* propemodum vos invicem invidiâ atque *aemulatione vestrâ, atque* eo minus *potestis adipisci*; perpetuo nil nisi *pugnatis et belligeratis; non habetis*, quia vestris viribus et artibus niti mavultis quam piâ *precatione* Deum *adire*. Quid quod ne tum quidem, si quando *ad preces convertimini*, petita *accipitis, quia male precamini*, eo np. consilio *ut accepta vestris voluptatibus insumatis.*

'Quia de pace tractaverat, et monuerat sic exterminanda esse vitia ut pax foveatur: hac occasione descendit ad contentiones, quibus se mutuo vexabant, et ostendit eas ex inordinatis potius cupi-

ditatibus emergere quam ex studio recti. nam si modum sibi quisque imponeret, non incitarent alii alios, ergo ex eo, quod impune grassantur libidines, effervent conflictus. unde apparet majorem inter nos pacem futuram, si ab injuriâ singuli abstinerent' (CALV). 'Propius ac severius lectores aggreditur et fontem discordiae internum describit, pravas cupiditates fide ipsorum theoreticâ et dictis religiosis haudquaquam expulsas' (SCHNK).

'Mit e. nachdrückl. Frage, die er sogl. beantwortet, führt d. Ap. mitten auf d. Schauplatz d. Streites, auf welchem er das freundl. Panier d. Friedens aufgepflanzt wünscht — in heftigerer Sprache, wie sie d. schneidende Gegsatz an die Hand gab, zwischen s. sanften Ermahngen zum Fr. u. zw. dem herrschend gewordenen unfreundl. u. unbrüderl. Sinne' (GRS). — *'Es ist k. Eintracht in eurem Gemüthe, darum seid ihr unter einander nicht einig; Selbstsucht erzeugt bei euch Zanksucht. Unbefriedigter Ehrgeiz od. unbefr. Habsucht entzweit euch. Durch Zwist wollt ihr nun zum Zwecke kommen; ab. vergebens, weil sich euer Gemüth immer mehr v. Gott entfernt, jemehr d. Leidenschaft darin herrschend wird. Oder wenn ihr ja noch an Gott denkt, so ist es ohne Wirkg, weil es euch nur um Befriedigg eurer Leidenschaften zu thun ist'* (STZ).

1. *Πόθεν πόλεμοι καὶ πόθεν*[185]) *μάχαι ἐν ὑμῖν;*] *A) Motus bellici* (religionis causâ a Judaeis excitati. VAN TIL; rebellionis erga Romm. initia, quibus etiam Xtiani abrepti sint. GT). Absque causâ et specie – si vel *οὐκ ἔχειν* et *φονεύειν* (v. 2) ad famem claudianam (Act. 11, 28) caedesque latronum et zelotarum (c. GT) referantur; singulatim quum addatur *ἐν ὑμῖν*. *B) Lites et pugnae sectarum aut partium* [OEC. BENS. SML. HT]. Obsunt sqq. quae admodum contorte restringerentur ad doctorum partim ambitionem flagitia adeo benevolentiae captandae causâ gratificantem, partim avaritiam quae alio modo parari non possent ex ipsâ religione lucrifacientem. cll. 1 Tm. 6, 3 - 10. *C) Contentiones et lites mutuae in universum* ('omnigena inter homines dissidia' MR.; rell.). De his (*πολέμοις ἀσιδήροις*) vcbla dici posse, non opus erat e NTo (ut Jo. 6, 52. 2 Tm. 2, 23 sq.), quid quod e LXX et (ut WTST) ex exteris demonstrare. Nec distinctio et gradatio violata videtur: *bella* geruntur *pugnis*, ipsi vero (v. 2) non *pugnabant* tantum sed *bellabant*. *Οὐκ ἐντεῦθεν; | , ἐκ τῶν ἡδ.*] *A) Nonne est hinc = ex hoc mundo? ex voluptt.* ctt. [MICH. cll. Jo. 18, 36. ubi quod dictum fuerat *οὐκ ἐστὶν ἐκ τ. κόσμου τούτου*, explicatur *οὐκ ἐστιν ἐντεῦθεν*, quemadm. n. loco per 3, 17 arcte nexum praecedit *οὐκ ἐστιν ἄνωθεν κατερχομένη* 3, 15]. *B) Nonne inde quod modo significavi*, (ex aemulatione et contentione, paucis) *ex voluptt.* [SML.: 'nonne *hinc* est? sc. quod desunt illa studia quae in commune consulerent, et quod potius contraria animi indoles, studium partium, vos corrupit']. *C) Nonne inde* (quod jam dicturus sum) *quod voluptates* ctt., ex efficaci redundantiâ (q. d. *ἐντεῦθεν ὅτι στρατεύονται αἱ ἡδοναί*· 'cf. 1, 27. 2 Tm. 2, 10. *διὰ τοῦτο διὰ τοὺς ἐκλεκτούς* WIN. *Gr.* p. 492.' SCHNK). *'Ηδοναί*] 'Meton. *voluptates* appellat *cupiditates* rerum voluptariarum s. non necessariarum ad vitam' (GT), unde v. 2 *ἐπιθυμεῖτε*. *Στρατεύονται*] Exprimitur vehementia cupiditatum usum rationis et animi tranquillitatem perturbandi: '*tanquam milites sibi invicem adversantur, singulis membris utentes quasi armis* (3, 8), quare significantius *ἐν τοῖς μέλεσι*[186]) quam *ἐν ὑμῖν*' (SCHNK). 'est

---

185) Ita (c. ABC 13. 31. 36. 69. COPT. ARM. SYR. p. corb. THPH) legendum pro vulgari: *πόθεν πόλεμοι κ. μάχαι ἐν ὑμῖν*. Minoris momenti est quod *ἐν ὑμῖν* A interponit, SYR. praemittit. — Interrogationis consilium BNG. hoc dixit, *das Unerwartete u. Unverantwortliche e. solchen Verhaltens anzuzeigen, bei e. Lehre, welche dergl. nicht veranlasst noch verstattet, sond. hindert.* 186) Quum *μέλη* efficiant *σῶμα*, *σαρκὶ* vero et constent et pugnandi facultatem debeant, dici etiam poterat *ἐν τῷ σώματι*, *ἐν τῇ σαρκί*. At maluit *μέλη*, quia (ut ait SCH) 'in aliâ corporis parte haec, in aliâ quasi sedet illa libido' (quod

etiam in vbis ipsis quidam lusus propter similitudinem. unde bella? quia cupiditates bellum gerunt intus. ex bello cupiditatum interno oritur etiam bellum externum et dissidia inter homines' (MR).

'Vitia, quae in nobis regnant, sunt quasi armati satellites ad pugnas concitandas. *membra* vocat omnes corporis nostri partes. *voluptates* accepit pro illicitis et libidinosis desideriis, quae nisi cum aliorum injuriâ satiari nequeunt' (CALV). '*Militant in membris vestris* i. e. tanquam milites membris vestris ut armis utuntur ad opera peccati, cujus imperio et regno militant, velut oculis ad male appetendum, manibus ad fraudandum, linguâ ad maledicendum' (EST). *Indem e. jede Begierde d. Herrschaft zu erringen u. nur für sich Befriedigg zu gewinnen sucht, wird d. ganze Harmonie u. Bestimmg d. Körpers vernichtet u. der Mensch nimmt e. falsche Richtung, näml. e. feindsel. gegen s. Brüder, weil er nur s. Sinnenlüste zu befriedigen strebt* (GBS). BMG.: *J. will sagen, dass die Begierden sich nicht nur selbst gewaltsam unterdrücken, sond. auch sämmtlich gegen d. Vft, das Gewissen u. d. Gnade Gottes im Menschen zu streiten pflegen. Sie seien der wahre Grund aller Mishelligk. die nicht aus Gottesdienstlichk. herrühre, wie sie sich einbildeten, sond. aus d. Herrschaft böser Lüste u. sündl. Neigungen* (cll. ER.: Concordibus animis agi 'non potest, nisi cupiditates mundanas, concordiae pestem et dissidiorum semina, penitus ex animis vestris exigatis'). — 'Perturbationes (genere quatuor - ex opinione boni laetitia s. voluptas, cupiditas s. libido; ex opinione mali metus s. aegritudo) non singulae singulos homines tenent, sed unus homo duabus nonnunquam diversisque perturbationibus sollicitatur, avaritiâ v. c. et libidine s. ambitione, ita ut in diversas partes distrahatur atque dum alteri indulget, alteram doleat laesam; dum aliquid per vim fraudemve acquirens parto laetatur, metu contra, ne celari possit factum, ac formidine poenae angitur. unde pax et tranquillitas nulla locum habet in animis conscientiisque hominum improborum: hinc Jes. 57, 20. *Improbi similes sunt aestuanti mari, quod quiescere nequit cujusque undae sordes et coenum ejectant: his nulla pax futura est, ait Deus meus*' (SCH).

Cf. 1, 14 sq. 'Eximie convenit 1 Ptr. 2, 11. *Σαρκικαὶ ἐπιθυμίαι αἵτινες στρατεύονται κατὰ τ. ψυχῆς.* Porro Pl illa R. 6, 12. 13. *Ἁμαρτία* regnat in corpore, ut cupiditatibus homines obsequantur et exhibeant *τὰ μέλη* instrumenta omnis iniquitatis. v. 19. *Τὰ μέλη* exhibeantur quasi servitia *ἀκαθαρσίας* et *ἀνομίας*. Atque simillima ista R. 7, 23. *Ἐν τοῖς μέλεσί μου* est quasi alius *νόμος ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζων με τῷ νόμῳ τ. ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τ. μέλεσί μου.* Col. 3, 5. *Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τ. γῆς*, atque jam recenset ista vitia, *ἡδονὰς, πορνείαν* ctt. eadem describuntur Eph. 4 et 5. vitia. Jam qui has *ἡδονὰς* amant et quotidie iis se dedant, carere non possunt quotidianis jurgiis et litibus, nec amare possunt religionem castam et severam' (SML).

2. 'Describit Ap. oratione concisâ, ponderosâ, hoc bellum ejusque miseriam, quod proprie *ἔχθρα θεοῦ* est et *φιλία κόσμου*' v. 4 (SCHNK). *Ἐπιθυμεῖτε*] '*concupiscitis*, *ihr begehret*, sc. *gierig*; deest Obj. (1, 5. 1 Ptr. 2, 23) quod saepe fit' (cll. Prov. 21, 26 *Ἀσεβὴς ἐπιθυμεῖ δλὴν τ. ἡμέραν ἐπιθυμίας κακάς*). Cave ne arctioribus terminis (gloriae, lucri ctt.) includas, quam Jacobus *ἡδοναῖς*, quae et satis variae et in aliis aliae sunt. *Καὶ οὐκ ἔχετε*] 'Quo plura concupiscitis, *eo minus habetis*, Deo vos puniente' (GT.

---

historiarum in intptatione jactatores ad *daemones*, si placet, referant ex opinione jud. homini vere *insidentes*). — THPH. ad 1 Tm. 2 (notante WF) vocat *τὸν ἔνδον πόλεμον τὸν ἐκ παθῶν ἐπεγειρόμενον*, MAX. Tyr. (Diss. 36) *πόλεμόν οὐ δημόσιον ἀλλ' ἰδιωτικόν, οὐ σιδηροφοροῦντα οὐδὲ πυροφοροῦντα — ἀλλὰ γυμνὸν ὅπλων, ἀσίδηρον, ἄπυρον, λυμαινόμενον τὴν ψυχὴν κ. αὐτὴν πολιορκοῦντα.* Add. Plat. Phaed. 15. *Καὶ γὰρ πολέμους κ. στάσεις κ. μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα κ. αἱ τούτου ἐπιθυμίαι.* Cic. Fin. 13. *Cupiditates sunt insatiabiles, quae non modo singulos homines sed universas familias evertunt, totam etiam labefactant saepe rempublicam. ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur.*

cll. Prov. 13, 7. יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר וְאֵין כֹּל מִתְרוֹשֵׁשׁ וְהוֹן רב: *Εἰσὶν οἱ πλουτίζοντες ἑαυτοὺς, μηδὲν ἔχοντες, κ. εἰσὶν οἱ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς, ἐν πολλῷ πλούτῳ*). Quod huc trahere solent[187]), *ἔχειν* hic illic non possessionem sed acquisitionem significare, nonnisi quodammodo et ex sensu verum est, ut ipsum quo fere utuntur exemplum docet: Mt. 19, 16 cll. Mc. 10, 17. ubi: *ut vitam aeternam* aliquando *habeam* (ἔχω), sane etiam dici poterat: *ut v. a. consequar* (κληρονομήσω). *Non habetis*, quia, ut addit, *Οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν*] *non potestis* unquam *consequi* ac habere quae vobis satisfaciant, ipso appetitu hiatuque vestro impediente. Unde quantumvis, quid quod quo magis concupiscatis, nil nisi *Μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε*] non contingit ex *continuis perpetuisque pugnis* ad pacem quietemque pervenire.

'Videtur significare inexplebilem esse hominis animum, ubi improbis cupiditatibus indulget. ac sane ita est; nam qui suos appetitus licenter grassari sinit, nullum unquam habebit concupiscendi modum. quin etiam si mundus illi daretur, cuperet novos sibi creari mundos. ita fit ut sibi homines tormenta accersant, quae superent omnium carnificum saevitiam. nam illud vere ab Hor. dictum est: *Invidiâ Siculi non invenere tyranni | majus tormentum*' (CALV). 'Dum non assequimini quod quisque vehementer appetit, protruditis competitorem, invidetis assecuto, decertatis cum eo qui videatur assecuturus. animo discruciamini variisque curarum tumultibus distrahimini, dum quod impense petitis, non potestis adipisci. ita nec unicuique secum pax est, neque cum alio. cupiditates tumultuantur in pectore; lingua, manus ceteraque membra pugnant ac belligerant foris cum proximo. atqui interim neque satisfit cupiditatibus vestris insatiabilibus, et a veris bonis exciditis' (ER).

Φονεύετε κ. ζηλοῦτε] 1) Caedes apte adduntur *pugnis* et *bellis*, sunt vero, ut haec, metaphorice accipiendae. Non opus est conjecturâ ERI[188]) celebratâ: *φθονεῖτε κ. ζηλ. invidetis et aemulamini*; si quis enim in hyperbolâ offendat, cogitet eam non solum definiri *a*pposito *ζηλοῦν*, sed etiam monstrari *o*ppositis: *καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτ.* (*ne hac quidem vid valetis assequi*) quae gravius quid

---

187) Non fecerunt SML. (*sed nondum habetis*) et ROSENM. ('*Ihr sucht so viel zu erhaschen als ihr könnet, u. habt immer Mangel*'). 188) 'Non video (ait) quid illud vb. *occiditis* ad sensum faciat. Forte scriptum fuit *φθονεῖτε* . . . praesertim quum sequatur: *ad invidiam concupiscit* Spir.' Receptam in Ed. 2dam NTi, Ed. 3iâ denuo loco movit. Ex illâ transiit in alias, etiam ad LTH. (*ihr eifert u. hasset*) et Tigurinam (*invidetis et aemulamini*, addità in margine notâ: 'Grr. legunt *φονεύετε* i. e. *occiditis*. sed haud dubie, ut Er. annotat, *φθονεῖτε* scribendum erat, cum occidendi vbum huc non quadret'); probarunt ZWGL. CALV. Bz. ESCHM. BENS. SCHT. HT. SCH., non improb. PT. — 'Si in libris sacris (ait HT) conjecturae locus ullus relinquitur, huic emendationi plurimum tribuendum censeo, id quod, quisquis sensum criticum habet usu et exercitatione firmatum, mecum opinor judicabit. Primum lectio vulg. gravem notam inurit ejus temporis Xtianis, homicidia vel veneficia propter sceleratum amorem habendi intentata (id enim sine dubio [?!] significatur) tanquam rem inter Xtt. pervulgatam commemorans. quem vero nonnulli sensum intptationis artificio extundunt, ut HEINS. et MICH., is obscurus est et contortus. *φθονεῖτε* contra sensum fundit et per se probabilem et sermonis contextui perquam accommodatum. nam et supra jam aliquoties *ζῆλον* Ap. nominaverat, vcblum τῷ *φθόνῳ* fere synonymon. tandem ista: *φθονεῖτε κ. ζηλοῦτε, μάχεσθε κ. πολεμεῖτε*, admodum concinne sese excipiunt, quum *φονεύετε* medium inter *ἐπιθυμεῖτε* et *ζηλοῦτε* locum non bene tueatur. quae quum mecum reputo, non satis possum mirari, ERI conjecturam neque SMLO neque MRO fuisse probatam'. — Ceterum quod OEC. intptatione quidem *φονεύετε* reddat, in textis vero habeat *φθονεῖτε*, falsi sunt HT. et SCH.; habet *φονεῖτε*, ex aperto librarii errore 'ex rhythmo *ἐπιθυμεῖτε*' (BENG).

insinuant quam simpl. φθόνον et ζῆλον. Addat denique 5, 6. Ἐφονεύσατε [sensu transl.!] τὸν δίκαιον. cll. 1 Jo. 3, 15. Πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφ. ἀνθρωποκτόνος ἐστί. Mt. 5, 21 sq. Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τλ. [non igitur solum ὁ φονεύσας!] ἔνοχος ἔσται τλ. Rabb.: *Qui maledicit proximo suo in faciem ejus, idem facit ac si sanguinem ejus effunderet.* Gal. 5, 15. Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε κ. κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε. Add. Zach. 11, 5. ubi de ductorum in gentem injuriis juxta habentur הרג, מכר, לא חמל. — 2) Aemulatio, quae ad *sectandas* voluptates haud inepte referretur, tamen extendi s. si mavis restringi debet ad *invidam et maledicam aliorum obtrectationem.* Namque non solum vb. ζηλοῦν respicit ζῆλον κ. ἐρίθειαν 3, 14. 16., sed universa etiam demonstratio non tam divinae gloriae quam *humanae voluptatis* cupiditatem sistit tanquam illarum *contentionum* fontem. — 3) Utraque notio optime per Hendiad. copulabitur, ut eo concinnius sibi respondeant: ἐπιθυμεῖτε, φονεύετε κ. ζηλοῦτέ, μάχεσθε κ. πολεμ.. Ipsa utrum enarretur: *occidentes aemulamini*, an: *occiditis aemulantes*, suspensum est ex logicâ notionum, rhetoricâ loci ratione[189]). Ad haec momenta exigendae sunt variae n. l. explicationes. *A*) *Caedes patratis* (Judaeis certe extremo civitatis tempore haud parum adv. se invicem saevientibus — ut fortasse etiam Xtt. extiterint qui opum cupiditate hoc illo modo aliquem occidissent cll. 1 Ptr. 4, 15. *Nemo ex vobis πασχέτω ὡς φονεὺς aut κλέπτης.* SML.; *Ihr mordet u. eifert. Menschen, denen J. Vorwürfe wie* 4, 4. 5, 4. 6. *machen konnte, dürfte wohl auch e. solche Aüsserung nicht zu stark treffen*'. WIN. *Gr.* 394). Si vel rei veritas haud deesset, tamen non poterat hoc vcbb. ordine dici. *B*) Voluptatibus *ad caedem quasi inhiatis* ('tanto studio, ut vel caedem committere velitis, sectamini' BRETSCHN). *C*) Vos [ipsos[190]) s. potius vos] invicem *enecatis aemulatione atque invidiâ*, summopere saevitis in vos invicem ('*Ihr möchtet einander vor Eifersucht morden*', ut censor SCH[11] ap. WIN. expressit, quod nos dicimus: *euch vergiften*; '= μεχρὶ αἵματος ζηλοῦτε· ad internecionem invidetis' CPZ; ut cogitentur 'qui mortem ut plurimum aut alienam optant aut vitae alienae imminent' HEINS.; '*bis auf Mord u. Todtschlag*' MR.; BMG. AGSTI WAHL GBS. GRASH. SCHNK). Altero vbo causa redditur alterius, quae pro exilitate suâ orationi fortasse hoc ponderis addit: *occiditis adeo*! cur? sine dubio gravi de causâ. nimirum *aemulatione*! Nisi aperte ad 3, 14. 16. respiceretur, posset etiam altero singularis gradus exprimi alterius (*ihr sucht es darin einander zuvorzuthun, ihr würget u. mordet euch recht mit Eifer*). Quum vero h. r. notio *invi-*

189) WIN. *Gr.* 393 (adv. GBS): '*Wo der Adverbialbegriff gleich als solcher gedacht wird, wäre es unnatürlich, ihn durchs erste Vb. finit. auszudrücken; auch aus d. Hebr. lässt sich, genauer die Sache erwogen, solche Ausdrucksweise nicht rechtfertigen*'. Videntur haec fluctuare. Quod enim naturae repugnet, est: *den Adv.begr. gleich als solchen denken*, et: *ihn durchs Vb. fin. ausdrükken*, nec vero: *ihn durchs erste Vb. fin. ausdr.*. Quum primaria notio rhetorice et praemitti et postponi possit, eadem facultas etiam secundariae competere debet. 190) OEC.: Ὡς γέ μοι δοκεῖ, φονεύειν φησὶ τοὺς τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν ἀποκτιννύντας τ. τολμηραῖς ταύταις ἐπιχειρήσεσι, δι' ἃς καὶ ὁ πρὸς τ. εὐσέβειαν αὐτοῖς πόλεμος. *Ihr reibt euch unter einander auf, verkürzet einer*

dendi neque tollatur neque - notione satis alienâ interpositâ - loco moveatur, imo nonnisi augeatur atque exaggeretur: salva etiam est gradatio. GBS.: *'Erst wird das Begehren geschildert, das steigt zur fürchterlichsten eifersücht. Misgunst, u. diese bricht endlich in wilden Zank u. Streit aus'.* BENG.: 'Anaphora in qua incrementum inest: *concupiscitis*, affectu in rem; *occiditis et zelatis*, actione et affectu singulorum ad singulos; *pugnatis et belligeratis*, actione multorum cum multis'.

Complectitur reditque: *Οὐκ ἔχετε*[191]) *διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς*] quod *non habetis*, inde est quod cupidine habendi abrepti *rupere* mavultis quam *precari*, vestris viribus niti quam piâ in Deo fiduciâ; 'bona quaevis atque commoda malis artibus ac perversis studiis sectari mavultis, quam a Dei justa ac vera bona petenti nunquam recusantis bonitate expectare' (HT). Vd. 1, 5 sqq. *Αἰτεῖσθαι*] esse *petere a Deo* (= *προσεύχεσθαι* 5, 13), satis docent vv. 7. 8. cll. 3. 4. 6.

3. Fit etiam ut *precemini*. Verum nec hoc cum successu, *quia Κακῶς αἰτεῖσθε*] precatione pio homine indignâ ideoque vanâ: nec necesssaria, nec modeste, nec recte utendi animo. *'Male precari* satis explicat J., sc. *malo consilio precari*. addit enim: *ut possitis insumere* multa, propterea vobis a Deo petitis opes, ut multa possitis profundere *pro cupiditatibus illis vestris*, earum jussu et instinctu' (MA). *Δαπανᾶν*] *sumtus facere* (2 Cor. 12, 15; Act. 21, 24. Mc. 5, 26), singulatim in mal. partem: *absumere per luxuriam*. SUID.: *Δαπ. οὐ τὸ ἀναλίσκειν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν κ. σπαθᾶν κ. δαπανᾶν τὴν οὐσίαν. Ἐν τ. ἡδοναῖς*] 'in u. mit euren Lüsten d. i. zur Sättigg derselben' (BMG). SYR.: *ut nutriatis concupiscentias vestras.*

'Ultra progreditur: etiamsi petant, repulsâ tamen esse dignos, quia Deum cuperent suarum libidinum ministrum facere. neque enim voti sui, quale praecipit ille, temperamentum statuunt, sed effreni licentiâ se projiciunt ad ea postulanda quorum maxime puderet hominem ullum conscium habere' (CALV.; cll. Sen. Ep. 10. *Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, ut nihil Deum roges nisi quod rogare possis palam; sic vive cum hominibus tanquam Deus videat, sic loquere cum Deo tanquam homines audiant*). — Vere est *ἡδονῶν* genus, quod non minus impudenter multoque perniciosius et Deo et hominibus sistitur precatione, quippe religionis prae se ferens speciem. Fit enim, ut quo magis *pro Deo* quis contendat, eo facilius *sine Deo* laboret - confundens fere commiscensque suam et Dei causam. Apte DIDYM. (consentt. OEC. et THPH), postquam monstravit non posse percipere qui non serio percipiendi consilio petunt, addit: 'Quia vero instant aliqui dicentes: *quare illi, qui pro scientia et perceptione virtutis petunt et non accipiunt?* dicendum est illis: quomodo et ipsi non propter ipsa bona percipienda petunt, sed *ut per ea laudentur*. Est enim amor concupiscentiae, velle laudes acquirere: unde etiam his non datur, quoniam ad concupiscentias insumendas volunt possidere quae poscunt'. Add. BD.: 'Qui male petit, jam in conspectu interni judicis nihil petere videtur. male autem petit, qui jussa domini contemnens, a domino beneficia superna desiderat. male petit et ille, qui amisso amore supernorum infima tantum quaerit bona percipere, et haec

---

dem andern das Leben. 191) 'Legunt multi *καὶ οὐκ ἔχετε*, alii *οὐκ ἔχετε δέ*. utraque *additio*, *καὶ* et *δέ*, non pertinet ad textum, licet ad sensum recte referatur, s. haec s. illa' (SML). Recte, quamvis LACHM. demum locum recte interpunxerit: *Ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν. μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε. οὐκ ἔχετε διὰ τὸ τλ.* quae interpunctio nervum etiam incidit conjecturae SCHII cui vba *μάχεσθε - ὑμᾶς* 'assuta videntur inepte'.

non ad sustentationem humanae fragilitatis sed ad redundantiam liberae voluptatis'. — Adscribere lubet vv. 2. 3[1] 1) AGSTII explicationem: '*Ihr wollt keinem Menschen e. gutes Wort geben, ihr wollt Alles mit Gewalt, durch Zank u. Streit erzwingen... Wenn ihr auch ja einmal bittet, so geschieht es doch auf e. verkehrte Art... Ihr bittet Andre um Wohlthaten, nicht zu e. heilsamen Zwecke, sond. — zur Befriedigg eurer Lüste*'. 2) PT[1] periphrasin: '*Πρῶτον μὲν ἐπιθυμεῖτε, ἀλλ' ἐὰν μὴ ἔχητε, φονεύετε κ. ζηλοῦτε, ἐὰν δὲ καὶ οὕτως οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν, μάχεσθε κ. πολεμεῖτε· καὶ ὅμως οὐκ ἔχετε, διότι μὴ αἰτεῖτε, ἀλλ' εἰ καὶ αἰτεῖσθε, ὅμως οὐ λαμβάνετε, διότι κτλ.*'

4. *O vos* non veros Dei cultores, sed *adulteros et adulteras*, ad illicitos rerum mundanarum amores a divino amore delapsos! Adeone *ignoratis*, agitatas *cum mundo amicitias inimicitias esse erga Deum*? Hoc *potius* discite, *quemcunque qui eo intendat animum, ut* amice *amatus*que *cum mundo vivat*, eo ipso *amicitiam* pr.bationemque *Dei perdere*!

Cupiditates non solum causa existunt dissidiorum, sed a Deo etiam abstrahunt. Qui np. 'partim Deo partim mundo se accommodant - similes iis conjugibus qui suo suâve conjuge non contenti, externos amores admiscent' (GT) - toti a Deo abalienantur. *Nequit igitur tale studium cum pietate xt. conciliari.*

Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες[192])] *Moechi et moechae!* i. e. *hominum genus* - quod relicto s. neglecto Deo suam sequitur libidinem - *voluptatibus deditum* (*O ihr Lüstlinge!* AGSTI). Non admodum interest, utrum vertas: *O vos perfidos*! (HT. PT. ctt.; *Bundbrüchige*! SCH.; *Ihr Abtrünnigen*! GBS. GRASH), an: *O degeneres et viri et foeminae*! (CASTELLIO: 'Quod vitiis indulgetis, inquit, estis amici mundi, qui in vitiis demersus est, atque ita degeneratis a Deo et ejus estis inimici'; JASP) Jo. 8, 39. cll. 41 (*ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα*); an denique: *O vos scelestos* (MR. cll. Mt. 12, 39. 16, 4. *Γενεὰ πονηρὰ κ. μοιχαλίς*). nec multum ad rem facit, quod fortasse fuerint homines qui, nec Xtiani jam, nec Judaei, pravâ vitae consuetudine religionem xt. in infamiam adducerent 2 Ptr. 2, 1. 2. 21 (SML). Adulterium et scortatio ex notissimâ VTi imagine [vd. Lexx. s. vv. זנה et נאף] metaph. drr.

---

192) Praesidiorum critt. auctoritate c. LACHM. simpl. legendum est: *μοιχαλίδες*! Ita diserte AB 13. (sine vbis *μοιχοὶ καί*), ita probabiliter etj. SYR. COPT. ARTH. ARM. VULG. corb. quae nonnisi *adulteros* exhibent. Namque quum lectionis *μοιχοὶ* (sine vv. *καὶ μοιχαλίδες*) nullum sit in Cdd. vestigium, neque eam satis firmet nec quod nusquam muliebrem sexum alloquatur Ap. totâ hac Ep. (EST. MILL), nec quod ab oratoribus sacris additum sit ne alter sexus sine reprehensione esse videretur (SML): aperte istae Vss. sensum reddiderunt; ibi autem majore specie dicentur *Foem.* in *Masc.* mutasse, quam *duo vcbla* ad *unum* revocasse, quia non solum consilium quod sequi solent paululum obest, explicandi np. usibusque communibus applicandi, sed etiam alibi (ut 2, 15. *Ἀδελφὸς ἢ ἀδελφή*.) non fecerunt. Ipsum autem *Foem. μοιχαλίδες* (formae serior. pro *μοιχάδες*· vd. LOBECK Phryn. p. 452) ad sensum *masc.* traducendum erit s. *linguae hebr.* s. (quod praefero) *translationis* praesidio. Posset np. ad hebr. בַּת provocari quod cum urbium, terrarum, quid quod populorum nominibus compositum collect. circumloquitur *incolas* (vd. Lexx.), pro quo fortasse etiam בְּנוֹת dicantur eodem sensu (Jes. 16, 2. Ps. 48, 12). At quum translatio sit ideoque discrimen Generis sponte evanescat: quae sola explicanda restat, a *Foem.* nec vero a *Masc.* facta denominatio, suppeditari poterat ipsâ imagine. ea quum Deum sistat *maritum*, homines *foeminam*: non minus recte singuli homines *scorta* dicentur, quam totum genus atque universa aliqua gens *scortum*. — De vulgatâ apte AGSTI: '*Das Masc. u. Fem. drückt d. Allgemeinheit aus. So heisst es Jes.* 3, 1. כל משען ומשענה (*männl. u. weibl. Stütze*) *Unterstützung aller Art. So sagt der Ar.*: Alkanitz wal-kanitzah (*männl. u. weibl. Wild*) *Wild so wie es mir vorkam, gross u. klein*'.

idololatria, ea vero non solum *idolorum* est quae templis cultuque honorantur, sed omnium quibus homo studium Deo rebusque divinis debitum dat atque dicat - ut *voluptatis*, *divitiarum*, *gloriae* [vd. Col. 3, 5. *Πλεονεξία ἥτις ἐστιν εἰδωλολατρεία·* cll. Eph. 5, 5. et Mt. 6, 24[193]): *Οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν κ. μαμωνᾷ*] - quorum complexus est *mundus*, ex opp. Dei diotus. Unde explicat *Φιλίαν τ. κόσμου* quae sit *Ἔχθρα τ. θεοῦ*] *amicitiam cum mundo* quae sit *inimicitia erga Deum*, quia si quis *Βουληθῇ φίλος εἶναι τ. κόσμου, ἐχθρὸς τ. θεοῦ καθίσταται*] 'Amicitia cum mundo s. cum mundi vitiosis actionibus a Deo habetur pro hostilitate in se: quia totum hominem sibi poscit. idem sens. Mt. 12, 30' *Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατὰ ἐμοῦ ἐστί* (GT). *Βουλ.*] Momentum facit notio *deliberati*, *studii*, si vel *inclinatio* sit adhuc obscurior[194]). *Κόσμος*] res mundanae, terrenae — divinis fere contrariae (vd. ad 1, 27). quamvis *appetentia* rerum mundanarum, *ἐπιθυμία*, ipsa etiam mundani quid sit (*'Augenlust, Fleischeslust u. hoffärtiges Leben'* 1 Jo. 2, 16); haec tamen notio n. l. *τῇ φιλίᾳ* tribuenda nec vero (c. MR) *κόσμῳ*. OEC. *κόσμ.* dicit *πᾶσαν τ. ὑλικὴν ζωὴν* appellari *ὡς μητέρα τ. φθορᾶς, ἧς ὁ μεταστχεῖν σπεύδων, ἐχθρὸς γίνεται τ. θεοῦ. Ἔχθρα τ. θεοῦ* (pro quo minus concinne Cd. 7. ap. WTST. et VULG. *ἐχθρὰ inimica*) = *ἔχθρα εἰς θεὸν* quae esse dr. *τὸ φρόνημα τ. σαρκός* R. 8, 7. Contraria ratio est Adjectivi. Quum enim *amicum mundi esse velle* aperte sit *a mundo amari velle*: *ἐχθρὸς τ. θ.*, qui dr. illo amore fieri, non erit *Dei adversarius* [HT. PT. c. plerisq.], Dei negligens et contemtor, sed *Deo exosus* [GT. cll. MR.: 'repugnat consiliis et voluntati div.; Deus non vult, tales nos esse']; nec est quod [c. BMG.[195])

---

193) Ad hoc Domini effatum alludi contenderunt STORR. STAUDL. SCHNK.; in usum jam vocavit DIDYM.: 'Qui peccando amat mundum, inimicus Dei esse monstratur, sicut e diverso qui non peccando amicitias ap. Deum pietate confirmat, continuo mundi adversarius invenitur. unde sicuti *impossibile est servire Deo et mammonae*, ita amicum Dei esse simul et mundi' (gr. in Schol. ap. MT.: *ὁ γὰρ διὰ τὸ ἁμαρτάνειν φιλῶν τ. κόσμον, ἐχθρὸς ἀποδείκνυται τ. θεοῦ. ὡσαύτως καὶ ὁ τὴν πρὸς τ. θεὸν φιλίαν δι' εὐσέβειαν βεβαιῶν εὐθέως ἐχθρὸς εὑρίσκεται τ. κόσμου. ὅθεν ἀδύνατόν ἐστιν, ὥςπερ δουλεύειν θεῷ κ. μαμωνᾷ, οὕτω φιλιάζειν θεῷ κ. κόσμῳ*). 194) *Es zeigt an* 1) *die Vorsetzlichk. solcher Freundschaftsbemühg*; 2) *den allergeringsten Anfang davon, den ersten Ansatz dazu, wenn er gleich nur in den Gedanken bleibt, wenns gleich nicht eben ausbricht* (BMG). Fluctuat SCHNK.: 'Vbi *βουλ.* cave premas vim. non enim voluerunt illi *φιλόκοσμοι* esse, voluerunt potius Deo placere quamvis dediti mundanis voluptatibus, ideoque paene ad nostr. *mögen* descendit gr. ›bi sensus, ut saepe *θέλειν* usurpatur'. Namque 1) in quantum mitius est *mögen*? 2) nonne potius mitiganda erat notio *φιλοκόσμων*, qua excludi *φιλίαν τ. θεοῦ* non agnoscebant? 3) utrum eodem redeunt *βουλ.* et *θελ.*? — SCH.: *'βουληθῆναι* consilium cepisse, *d. Parthei ergriffen haben'*. 195) *Φιλία τ. κ. die herrschende Neigung zu Scheingütern d. sichtb. Welt, die überwiegende Begierde nach d. Freundschaft des grössten Haufens, der irdischgesinnten Menschen. Ἔχθρα τ. θ. ἐστὶν ist e. Zeichen u. e. Ursache der herrschenden Abgeneigth. des Gemüths v. Gott, dem wahren u. höchsten Gut. Φίλος τλ. der irdischgesinnten Menschen Freundschaft behalten, der Welt u. ihrer Scheingüter geniessen wollen. Ἐχθρὸς τ. θ. καθίστ. sein Verhalten u. das göttl. Gegenverhalten gegen ihn beweiset diese Feindschaft gegen ihn unleugbar, wenn er auch das Ggtheil andern weis machen wollte.* — *'Die Güter u. Freuden d. Erde sind nach d. Vernunft nicht um ihres Besitzes u. Genusses willen zu achten; sond. blos als Mittel zur Erreichg d. Menschenbestimmg zu schätzen'* (Exeg. Hdb.). — 'Facillimus est (ait SML) significatus ›borum, sed res ipsa est ingentis amplitudinis, quam unus quisque *suo demum*

SCHNK. all.] utrumque conjungas. *Καθίσταται*] *fit* s. *sistitur* (vd. ad 3, 6); plus esse quam simpl. *ἐστί*, viderunt jam BMG. et SML. 'Involvit (ait hic) clara documenta aversi a Deo animi, quae talibus studiis ac consiliis. quotidie produntur'; quae improbationem div. non possunt non secum ferre: id quod in hac argumentatione (*οὖν*) primarium est: *attendite, tales homines eos esse quos poenae div. maneant!*

'Cum ista faciatis, quo tandem nomine vos compellabo? Xtianos? Facta vestra reclamant; titulum Xtt. audio, ceterum adulterorum et adulterarum facta video. semel addicti estis sponso Xto, semel in illius vba jurastis; ille vos redemit a tyrannide vitiorum, ille vos suo sacrosancto sanguine purgavit, ut sibi exhiberet sponsam immaculatam. et quomodo professionis obliti, obliti beneficii sponsi, obliti fidei conjugalis, in *adulterinos hujus mundi amores* relabimini? an nescitis Deum zelotypum esse amatorem? totus amari vult: *non patitur mundum rivalem*, a cujus amore vos tanto pretio vindicavit: solus ille sufficit ad omnia praestanda. quid igitur est, quod a mundo petatis partem vestrae beatitudinis? an nescitis, quod Deus odit utroque genu claudicantes? non tolerat ille servum non contentum unico domino' (ER). — 'Scimus, quam frequens sit in Scripturâ *sacri conjugii* mentio quod nobiscum Deus contraxit. nos itaque vult similes esse *castae virgini*, quemadm. P. dicit (2 Cor. 11, 2). hanc castitatem violant ac corrumpunt impuri omnes mundi affectus. quare non sine causâ J. adulterio comparat amorem mundi. qui sine translatione ejus vba accipiunt, non satis observant contextum... Amicitiam mundi nominat, quum se homines mundi corruptelis addicunt et mancipant. tale enim tantumque est mundi cum Deo dissidium, ut *quantum quisque in mundum inclinat, tantundem a Deo alienetur*' (CALV). Add. ZWGL.: 'Adulterium more hebr. pro *ingenti et turpi a Deo defectione* proque magnâ perfidiâ ponitur, ut videre est in omnibus prophetis'. et BD.: 'Adulteros recte nuncupat, quos *de amore sapientiae coelestis ad amplexum potius amicitiae mundi esse deflexos* increpat, quos conditore contemto mammonae magis servire cernebat.... Ostendit (non solum qui Deum aperte blasphemant, fidem ejus persequuntur, sed) *et eos esse Dei inimicos, qui sub fide et confessione nominis Xti mundi illecebris et amori deserviunt*'.

5. 6. *An*, quum ista SSae effata vos minime lateant, *putatis* fortasse *incassum* vbis minisque inanibus *eam loqui*? Minime vero! Summâ ac quasi *invidâ* zelotypiâ ea *concupiscit* poscitque *animum* nostrum *qui* ipse divinus *in nobis*, nostro nimirum corpore, nonnisi *habitationem fecit: verum* eadem etiam *majorem* adhuc efficacioremque *largitur gratiam. quod* ipsa his *eloquitur* vbis: *Deus superbis* sui contemtoribus *sese opponit, humilibus vero* ac modestis cultoribus suis benevolentiae beneficentiaeque *largitur gratiam.*

Apertus et certus est nexus; firmantur, quae non sine respectu SSae (v. 4) dicta erant, novâ e SSâ argumentatione, effatoque SSae transitus paratur ad cohortationem in quam desinere volebat. Fluctuat vborum SSae a vbis Jacobi distinctio, *a*) quia *duo* loci exhiberi videntur, quorum nonnisi *alter* rite monstrari potest; *b*) quia

---

experimento salubri percipit; sed nostra aetas dedito studio recedit a div. picturâ turpitudinis domesticae, quae omnium hominum est, *licet non par sit atque aequalis*, antequam *σωτήριον χάριν* ipsi *experiri* audent.... In hoc unico laborandum erat, *ut quam plurimi homines vim salubrem xt. religionis, suo quisque loco, modo et ingenio, experiundo admitterent.* Nec *varietas* descriptionum reprehendenda est, *quia sic pii et probi doctores suum ingenium et pectus, alius aliter, castissime omnes experti sunt*; ista autem tam multorum experientia est unius et ejusdem rei, licet sint descriptiones multae, ex illâ multorum verâ experientiâ'.

totus locus multis modis potest interpungi et pronunciari. Inde tot et tam diversa pericula 1) alterum *locum probabiliter monstrandi* [nomina vd. infr. sub 6)]; 2) *omnia ad unum locum revocandi* [195]) [vd. ib.]; 3) *difficultatem tentatd lectione tollendi* [Eb. Gt. Antonin. Herd. Schz. Ht. Sch. Lück.]. Ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ

λέγει· „Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ ἡμῖν“. μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·
λέγει· „Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ ἡμῖν; μείζονα δὲ δίδωσι χάριν“.
λέγει· „Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ ἡμῖν“; μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·
λέγει· „Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ ἡμῖν, μείζονα δὲ δίδωσι χάριν“;
λέγει· (Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν, μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·)
λέγει; (πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ ἡμῖν.) μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·
λέγει; πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ ἡμῖν; μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·
λέγει πρὸς φθόνον; ἐπιποθεῖ ἡμῖν· μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·
λέγει πρὸς φθόνον· Ἐπιποθεῖ ἡμῖν. μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·
λέγει, πρὸς φθόνον; Ἐπιποθεῖ ἡμῖν. μείζονα δὲ δίδωσι χάριν·
λέγει; Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ ἡμῖν. μείζονα δὲ δίδωσι χάριν.

διὸ λέγει· „Ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.“ [197])

Ἢ] *an* contrarium statui potest? Non est cur dicatur 'moderatior vituperatio, quasi nondum eo impietatis devenisse istos sta-

---

196) In eo consenserunt intptes grr., quantumvis ceteroquin recedentes. Cf. Schol. ap. Mt.: Οἱ μὲν ἐνταῦθα στίξαντες [πρὸς φθόνον.] τὸ λοιπὸν ὡς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἔφασαν εἰρῆσθαι, ἐπιποθεῖ τὸ πν. ὃ κατῴκ. ἐν ἡμῖν. μείζ. δὲ δίδ. χάρ., τουτέστι ἢ νομίζεται, ὅτι ματαίως ἡ γραφὴ φθονοῦσα ὑμῖν λέγει, ἃ μέλλει λέγειν. εἶτα, μεταξυλογίᾳ χρησάμενος, φησὶν, ἐπιπ. — χάριν. οὐ βασκαίνει, φησὶν, ἡμῖν ἡ γραφή. τὸ γὰρ πν. τὸ λαλῆσαν αὐτὴν, ὁ καὶ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν ὁ θεὸς κ. πατήρ, ἐπιποθεῖ τ. σωτηρίαν τ. ἡμετέρων ψυχῶν, κ. μείζονα τῶν κατὰ θεὸν ἡμῶν πράξεων δίδωσι τὰ χαρίσματα. διὸ βουλόμενος ἡμᾶς τῆς τοῦ κόσμου φιλίας συστεῖλαι, φησὶν, ὁ θεὸς — χάριν. ὑπερηφανίας γὰρ πάθος, τὸ περιφρονεῖν τ. ἐντολῶν τ. θεοῦ κ. πρόσκεισθαι τ. ἡδοναῖς τ. βίου. Οἱ δὲ συνημμένως οὕτως ἀνέγνωσαν, πρὸς φ. ἐπιπ. τὸ πν. ὃ κατῴκ. ἐν ἡμ. κ. τ. ἑξ. τουτέστιν εἰ φθόνῳ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τ. κόσμον, κ. κατῴκησεν εἰς τὸν ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον ὁ χριστὸς κατὰ τ. γραφὰς, κ. οὐ κενῶς ταῦτα φησὶν ἡ γραφή, διὰ τοῦτο κατῴκησεν, ἵνα τὸν ἐκ τ. φθόνου προσγενόμενον θάνατον καταργήσει, κ. οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ κ. μείζ. δίδ. χάριν. ἐγὼ γὰρ ἦλθον, φησὶν, ἵνα ζωὴν ἔχωσι κ. πέρισσον ἔχωσι [Jo. 10, 10]. πῶς δὲ κ. σώσας μείζονα δέδωκε χάριν; ἢ καθελὼν τ. ἐπιβουλεύσαντα σατανᾶν, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, ὁ θεὸς ὑπερηφ. ἀντιτάσσ. [quae inde a εἰ φθόνῳ διαβ. etiam ap. Thph. ad vbum fere habentur addito Cyrilli nomine]. Τινὲς δὲ πν. τὴν ψυχὴν εἰρήκασι, καί φασιν, ὅτι ἐπιθυμητικῶς μὲν ἔχει ἡ ἐν ἡμῖν ψυχὴ πρὸς τ. θεὸν οἰκειότητος, τὴν τ. κόσμου φιλίαν ἀποστρεφομένη. αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς μείζονα τ. ἐπιθυμίας δίδωσι χάριν. Add. Bd.: 'Interrogative per increpationem legendum est, quasi diceret: *Numquid Sp. gratiae, quo significati estis in die redemtionis, hoc concupiscit ut invideatis alterutrum?* Non utique bonus Sp. invidiae vitium in vobis, sed malus operatur!... Quidam hanc sentent. ita edisserunt: *Ad invidiam concupiscit Sp. qui habitat in vobis.* Adv. invidiam concupiscit h. e. invidiae morbum debellari atque a vestris mentibus exstirpari desiderat. Alii de *Sp. hominis* dictum intelligunt, ut sit sns.: Nolite concupiscere, nolite mundi hujus amicitiis adhaerere, qui Sp. mentis vestrae, dum terrena concupiscit, ad invidiam utique concupiscit, dum ea, quae ipsi acquirere concupiscitis, alios invidetis habere'. — Uberius de variis n. l. explicationibus exposuerunt Hbis. (XXVII) 882–928. Pt. (Exc. IV) 329–55. et Gbs. (qui p. 330 sqq. intptes antiquae ecclesiae addidit). 197) Eo fere redit, quae satis levis est, varietas lectionis ita a Griesb. enotata: λέγει· πρὸς φθ. ἐπιπ. Rec. λέγει πρ. φθόνον; ἐπιπ. 66. 73. 78. Alii, item Obc. λέγει πρ. φθόνον· ἐπιπ. 98. Alii. λέγει πρ. φθόνον· ὅτι ἐπιπ. Mt. k. λέγει πρ. φθόνον· ἐπιπ. δὲ 40. || ἢ κενῶς δοκεῖτε ἃ λέγει ἡ γραφὴ πρ. φθόνον, ἐφ' ὃν ἐπιπ. Arm. *Aut putatis quoniam dicit scriptura: ad invidiam convalescit spiritus qui*, corb. διὸ λέγει — χάριν = G. 2. 30. Ed.

tuat' (SML). Insistit interrogando, quo gravius contundat. Quae eo tandem redeunt: Si aliter statueretis, *putandum esset* quod nullo modo putari potest et licet. Deberetis *Δοκεῖν ὅτι — λέγει*] (arroganter) *opinari SSam frustra,* cassis quae vanas abeant in auras vbis, *loqui*! In promtu est testimonium SSae, quod quemadm. haud ignorabitis (v. 4), ita nec vanum dicetis. Quemadm. testatur, *inimicum Dei* fieri qui *mundi amicitias* captet, ita monstrat etiam, vos *libidinibus* vestris in ipsâ adeo *religione* indulgentes omnium minime *genuinam* pietatem probare, imo ad *diabolum* inclinare (v. 7 cll. 3, 15). Isti testimonio exhibendo apta profecto sunt vba *Ὁ θεὸς — χάριν*] quibus Lxx (praeterquam quod pro ὁ θεός habent *κύριος*) reddiderunt hebrr. אִם לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ וְלַעֲנִיִּים יִתֵּן חֵן (Prov. 3, 34), citati etiam 1 Ptr. 5, 5. Qui in textis sunt *irrisores* i. e. 'quibus omnia divina et humana susque deque videntur habenda' (MR), eos non male Lxx definiverunt *superbos,* quia partim ista contemtio ex *fastu* oritur, partim ipsi opponuntur *modestis* i. e. 'qui se submittunt Deo legibusque divinis et humanis, morigeri', quippe de viribus meritisque suis *modeste* adeoque submissius potius quam elatius sentientes. Hi sunt quos descripsit 3, 17. 18; illi vero qui drr. *φίλοι τ. κόσμου, ζηλοῦντες, προσωποληπτοῦντες, πλούσιοι* (4, 4. 2. 3, 14. 2, 9. 1. 1, 10. 5, 1), homines 'qui cupiditati indulgent et quorum omnis vita est *ἔχθρα τ. θεοῦ*'.[198]) *Ἀντιτάσσεται*] 'ad similitudinem ex acie petitam spectat: *resistit iis* i. e. conatus eorum non prosperat sed irritos reddit. tantum quoad sensum hoc respondet hebr. יליץ *irridet, illudit* ipsos, quod cum ללצים Paronomasiam constituit' (PT). *Ὁ θεός*] *'an dessen Freundsch. uns unendl. mehr als an d. Gewogenh. der Menschen, ja der ganzen Welt* (v. 4) *gelegen, u. dessen Macht allem Widerstande überlegen ist'* (BMG).

'Fures quidem, perjuros, luxuriosos et alios peccatores quasi contemtores praeceptorum suorum punit Deus, sed specialiter *superbis resistere* dr. quia nimirum majori poenâ plectuntur qui confidunt in virtute suâ, qui div. potentiae subdi poenitendo negligunt, qui, quasi sibi ipsis ad salvandum sufficiant, auxilium supernae gratiae quaerere detrectant. at contra *humilibus dat gratiam,* quia qui in suorum plagis vitiorum veri se medici manibus suppliciter subdunt, merito desideratae sanitatis dona recipiunt' (BD). Add. Sir. 3, 18. *Ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπεινοῦ σαυτὸν κ. ἔναντι κυρίου εὑρήσει χάριν.* Isid. Pel. Ep. 1, 164. *Ὑπερηφάνοις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἄρχοντι αὐτῶν ἐξ ἀρχῆς ἀντετάξατο. σκόπει τοίνυν, ὅσον ἐστὶ καὶ θεὸν ἔχειν ἀντίμαχον καὶ τὸν ἀρχαῖον ἀντάρτην συμμέτοχον.* — Sententia ap. exteros non minus frequentata, quam in SSâ (Prov. 4, 19. 16, 18 sq. 29, 23. Job 22, 29. Ps. 138, 6. 147, 6).

Verum ista Prov. vv. non directe adscripta sunt, sed post plura alia, per *διὸ λέγει* inducuntur ad firmandam sententiam *Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν*] sc. *ἡ γραφή*: *'majorem vero* eadem Scr. *largitur gratiam, proindeque* haec ipsa etiam *dicit: Deus superbis* ctt.' i. e. 'quantâcunque veritate *minas* SSa *dicat, majorem* adhuc *dat gratiam,* ut qui eam arripiant eâque se muniant, minas illas effugere feliciter que-

198) *Ὑπερηφανία* varie ad nexum applicari potest. 'Ad amorem mundi etiam pertinet *fastus vitae* 1 Jo. 2, 16. et mundi cum primis amici illi sunt qui *diligunt gloriam hominum* (hujus mundi) magis quam gloriam Dei Jo. 12, 43. quod *ambitiosorum* esse nemo diffitetur' (HEIS). — 'Ejusdem indolis est qua invidia: nam qui superbit rebus secundis, invidebit] adversis; qui superbit in tenuiores, invidebit hominibus magis fortunatis et opulentis' (SCH).

ant' (HEIS). Ita 'generaliter inter se opp. *dicere* et *dare*, specialius dicere μὴ κενῶς et dare μείζονα χάριν', duoque praedicantur: 'primo quod *non incassum dicat* ... secundo ... quod, utut efficacissime dicat, adhuc efficacius *det* aliquid, cujus debito usu dicentis effugere minas detur'. Liquet etiam, priori inciso Prov. suam manere vim; nec otiosum est ita ut non ad priora simul pertineat (WF), nec 'de secundâ parte potissimum propositionis agitur, cui prior est participialiter anteponenda, q. d. ὁ θεὸς ὑπερηφ. ἀντιτασσόμενος τοῖς ταπ. δ. χ.' (SCHNK); add. quod καθίστ. est 'vox *bellica* cui v. 6 opp. ἀντιτάσσ. vox pariter *bellica*' (HEIS). — Reliquorum explicatio, utne tota vacillet, ab enumeratione ordiatur singulorum quos vcbla admittunt sensuum.

1) Ἐπιποθεῖν non est *a*) *insuper cupere*, sed s. *b*) *aliquo cupere*, πόθῳ suo aliquid amplecti, s. *c*) *vehementer cupere*, ubi tamen notioni ipsi, *cupiendi, inclinandi, desiderandi*, nihil detrahitur, si vel ἐπὶ indicem tantummodo directionis dicas. Spectat φιλίαν et ἔχθραν v. 4, per quae cohaeret cum ἐπιθυμίᾳ v. 2 quacum sensu convenit. Utrumque non solum de rebus bonis *malisve*, sed etiam qualitate bonâ malâve haberi potest. Unde in nexu ambiguo absque additâ notatione nequit locari, neque de *concupiscentiâ malâ* [JLANGE] neque de *amore* [HEUM]; nisi fortasse sententiam ita conformes: *SpSus in nobis etiam concupiscit*, ut facit φθόνος, *verum* (non maligne, sed) *in salutem nostram*. Quod vero verterunt *desideria excitare* [DU MONT SML. MICH.], id non quidem ex Hebr. verum e rei naturâ defenditur; informari potest: *cupit in nobis* i. e. *cupere nos facit*. Ceterum potest *α*) *absolute* positum esse, potest etiam objecta sua habere, s. *β*) πρὸς φθόνον *quo* tendat, s. *γ*) τὸ πνεῦμα *spiritum quem* poscat.

2) Πρὸς φθόνον [199]) *ad invidiam*. Admittit hos sensûs. *a*) *Erga invidiam*. Ita componi potest cum vb. ἐπιποθ. ut significetur inclinatio, proclivitas ad invidendum: namque *α*) Praep. non minus adesse quam abesse posse, jam adv. BROCHMANDUM monstravit HEIS. e Ps. 42, 1. Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τ. ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεός.; quod vero *β*) durius et incongruum videbatur, affectum ferri dici ad affectum (πόθον ad φθόνον), id ipse non tanti fecit quin sensum admitteret: '*movetur, fertur*, aut ad summum, *propendet, inclinat ad invidiam animus*' (p. 894): qui sensus quomodo commode et vere exprimi potuerit *concupiscit invidiam*, non liquet; potest proclivis esse ad invidiam qui eam minime concupiscat. *b*) *Contra invidiam*. Quum quod *contra* aliquem dirigatur, etiam *ad* eum tendat: fit ut πρός, לְ ctt. locentur ubi cogitari debet κατά, עַל ctt. quia np. id nobis indulgemus, ut minus finite loquamur ubi res nexusve satis vindicant intelligentiam. Unde PTO qui [c. ALTH. STORR. GÖPF. JASP] hoc sns. conjunxit cum ἐπιποθεῖ (*contra invidiam pugnat*), recte contradixit WIN.: 'Πρὸς c. Acc. non indicat nisi aliquid aliquo dirigi; ubi *hostilitatis* notio accedit (*contra*), haec non in Praep. ipsâ sed in vbo vel in omni sententiâ inest (ut in ll. a PTO allatis Lc. 23, 12. Ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς. Act. 6, 1. [9, 15] 1 Cor. 6, 1. Aesch. Dial. 2, 21. Ἀνταγάγεσθαι πρὸς τὸ μειράκιον. Gen. 4, 8. Jes. 2, 4) Et si vel suâpte naturâ πρὸς esset *contra*, tamen cum vbo ἐπιποθ. in quo *desiderandi* notio inest, non poterit nisi ab inepto scriptore copulari; existeret enim summa orationis ambiguitas.' Jam CALV. dixit 'nimis durum et coactum', MR. improbavit quod 'vertitur plane contrario modo'; add. ELSN. all. Verum componi potest h. sns. cum λέγει [DU MONT HEUM. JLANGE], quum vba quae SSa dirigat *ad* invidiam, non possint non *contraria* et castigantia esse. Cum λέγει copulatum verti etiam potest *c*) *De invidiâ* [SML; MICH. cll. Hebr. 1, 7 (salvo sensu, si vel c. PTO vertas: *quod attinet ad angelos*)] Mc. 10, 5. singulatimque 12, 12 cll. Mt. 21, 45. *d*) *Invidiae excitandae causâ* (ut sit causa finalis, ut saepe). Quamvis *concupiscendo*

---

199) 'Si niti conjecturis .. fas esset, possem ego unius literulae immutatione longe alium exculpere sensum et varia simul Scripturae Veteris monstrare loca, ad quae adm. videri queat Ap. allusisse... Pro φθόνον legerem φόβον. quae sane mutatio levior et tolerabilior multo, quam multorum esset aliorum, v. gr. Er' πρὸς φθ. censentis in πρὸς θεὸν esse convertendum' (HEIS).

et *desiderando* aliquis partim sibi ipsi partim aliis invidiam conflare queat (HEIS): referendum tamen foret ad SSam Deumve, cujus *hoc s. sit s. esse nequeat consilium*, *ut invidia moveatur*. Cogitari posset *aemulatio* quam Deus excitare voluerit Judaeorum et paganorum (Deut. 32, 21). *c) Invidiose* q. d. *juxta invidiam s. usque ad invidiam*. *Πρὸς φθ.* capere adverb. pro *φθονερῶς*, *invidiose* aut *invidioso modo*, insigniter graecum est' (HEIS. cll. Soph. Electr. 369. *Μηδὲν πρὸς ὀργήν*. Schol.: *Πρὸς ὀργήν, ἀντὶ τοῦ ὀργίλως· καὶ πρὸς βίαν, ἀντὶ τοῦ βιαίως· καὶ πρὸς εὐσέβειαν, ἀντὶ τοῦ εὐσεβῶς· καὶ πρὸς ἀλήθειαν, ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς· καὶ πολλὰ ἕτερα λέγεται οὕτως ἀντὶ ἐπιῤῥήματος*. et *προς ὕβριν ἀπεχρίνατο*, *πρὸς ὀργὴν ἀπελθόντες* saepe ap. Plut). Hoc sns. hae constitui poterunt sententiae: *α)* SSa non loquitur invidiose, *quasi hominibus amicitiam mundi invideat* [vd. *L*]; *β)* Invidiose concupiscit homo, ita ut duo de eo dicantur, primum quod *voluptarius*, deinde quod etiam *invidus* sit [HEIS. OED. HT. add. s. *A*]; *γ)* Invidiose concupiscit Deus (s. SSa), *ad invidiam usque* i. e. summopere *homines sibi poscit* [vd. *N*]. Add. *δ)* Num SpSus *invidus* est? [vd. *C* et *H*].

In quantum Deo singulatim, si vel *ἀνθρωποπαθῶς*, tribui possit *φθόνος*, disceptatum est. Monuit WF (adv. ELSN): 1) invidiam semper *vitiosam* esse ideoque non pariter tribui posse Deo ac aemulationem, iram simm. quae *medias* sint voces, pro diversis vel rei vel personae *περιχειμένοις* nunc praeclarum aliquid nunc vitium secum ferentes; 2) quod profani scriptores Diis suis *φθόνον* impegerint, non mirandum esse, quippe qui alios etiam pravos affectûs iisdem tribuere non dubitaverint; 3) quod ecclesiae patres eâdem loquendi ratione usi sint, id meliori quidem mente sed non satis caute et prudenter factum jam CASAUB. [200]) notasse. — Obvertit HEIS. 1) alia alibi Deo tribui aeque vitiosa sed *θεοπρεπῶς* intptanda, ut Ps. 18, 27. 1 Cor. 1, 25. (quo tamen summâ demum necessitate cogente decurrendum sit); 2) etiam ap. Jos. Antt. 2, 12, 4. 3, 5, 3. Deum rogari *μὴ φθονῆσαι γνῶσιν* dicique *μὴ φθονήσαντα εἰπεῖν* Mosi; (quod vero LXX קִנְאָה et קַנָּא semper reddant *ζηλοῦν* et *ζῆλον* – quum *φθόνος*, *φθονεῖν*, *φθονερὸς* nusquam in totâ Vers. occurrant – inde esse quod presse adhaerere voluerint hebraicis, quae non habeant peculiares voces quibus *invidia* et *invidere* efferantur); 3) non defuisse quibus patres a DODWELLO [201]), l. ab ELSN. notato, defenderentur. — Quod si Deus homines dr. desiderare ac sibi poscere *ad invidiam usque* i. e. (summâ quasi zelotypiâ (*N*): non inepte continuatur imago conjugii (v. 4) durioribus adeo vcblis in VTo descripti. Contra contortissimum profecto est, cum ELSN. (*D*) *iram* dictam statuere, qua, quum eos praesertim multet qui rebus secundis elati voluptatibusque imminentes sese ja-

---

200) Ap. WF. p. 64: 'Opinio male sanae vetustatis fuit, mala ... ab invidiâ Deûm proficisci. Deos enim fingebant sibi malignos et invidos. Nota vox Hdti, *φθονερὸν τὸ θεῖον*, et ab eâ persuasione formula illa originem habuit, ap. Grr. usitatissima, invidiae Deûm vitandae, quoties bona sua commemorarent: *φθόνος δ' ἀπέστω κ. Νέμεσις*. Hujus igitur impiissimae sententiae ap. piissimos scriptores vestigia non sine admiratione summâ deprehendimus. Quod enim Patrum nonnulli τ. *φθόνον* malorum persaepe causam statuunt, quis non videt veterem esse non quidem sententiam, sed locutionem ab antiquis derivatam'. 201) Diss. V *Cypr.* ad Ep. XIV p. 27: 'Quod vero ad illum Numinis *φθόνον* attinet, id porro obiter notandum, non esse quod illum adeo miretur CASAUB. putetque Xtt. dogmatibus adeo contrarium. Qui *θεῖον φθονερὸν* repraesentarunt ipsi gentiles, iidem tamen *φθόνον* a divinis arcuerunt, praecipue Platonici. Erat enim haec eorum ars a Diog. Laërt. observata, ut, dum contradictoria eidem tribuere viderentur, errores *imaginationis* ita corrigerent. Ita summum Deum *μὴ ὂν* et tamen *ὄντων ὄν* iidem appellarunt, ut, quod nos in *entis* nomine *perfectum* concipimus, id Deo tribuendum esse innuerent, quod *imperfectum* admiscemus pro nostrarum facultatum ipsarum imperfectione, id contra doceretur a Deo esse ablegandum. Idem de *invidiae* nomine statuendum. Si *affectum* illum vitiosum perturbationemque intelligamus, vel si *dolorem* aliquem de bonorum prosperis successibus, quae vulgo homines hoc nomine intelligunt: longe abest ut haec *div. naturae in universum*, ut vel *Nemesi* suae tribuenda censuerint sobrii ethnici. Id unum voluerunt, malorum *arrogantiae*, vel bonorum alioqui *fastui*, ipsi certe non bono, adversam esse naturam div. In quo equidem nihil est, quod non cum Scripturis accuratissime consentiat'.

ctant, Deus *quasi invideat*, quod insolentius sese jactantibus et appetentibus altiora invidere soleant homines. Nec magis commode cum HEINS. (*M*) *indignatio* Dei de libidinibus appellabitur φθόνος.

3) *Τὸ πνεῦμα τλ.* Eodem redit *α*) utrum legas *κατῴκησεν* qui *sedem fixit* i. e. habitare coepit et posthac etiam habitavit habitatque, an (c. paucis librr. prob. LACHM.) *κατῴκισεν*: spiritus *quem Deus* (s. si malis: qui se ipsum) *habitare fecit*; *β*) utrum *ἡμῖν* teneas an (c. LATT. AETH. LTH. SML.[202]) MICH) *ὑμῖν*. *Spiritus nobis inhabitare* dici potest *a*) *tanquam hominibus* [OEC. GT. ESCHM. SML. HEINS. ROSENM. ORD. HT. BRETSCHN. WIN. GES. GRASH]: animus hum., ratio qua nihil est divinius, cujus quasi domicilium est corpus, quae hujus corporis injuriâ ad peccandum est proclivis; *b*) *tanquam Judaeis* (qui fuit in Judaismo, nunc ita tantum expulsus, ut redire posset ac fere jam redisset HEIS); *c*) *tanquam Xtianis* [rell. omnes]: *τὸ πνεῦμα ἅγιον* (quatenus Xtt. sunt *ναός τ. θεοῦ* 1 Cor. 3, 16). Non sufficiunt, unde HEIS. divinum Sp. *nullo modo denotari posse* duxit, quod np. 'in proxime et antecedd. et sqq. tanquam maxime carnales peccatores, destituti omni vorticordiâ SpSi gratiâ, describuntur'; partim dicit *ἡμῖν*, partim describere poterat quales se ajebant et quales esse debebant. Non magis sufficiunt, quibus humanum Sp. excludere fere moti sunt: *aa*) quod (WITS) *πνεῦμα* fere in bonam partem dicatur (opp. *τῇ ψυχῇ*), singulatim de Sp. div.; habetur de *animo hum.* 2, 26, de ejus qualitate praecipuâ (eâque malâ) R. 11, 8 ex Jes. 29, 10 add. 1 Jo. 4, 6. 1 Cor. 2, 11 sq.; *bb*) quod (BROCHM. SCHNK) dicatur *κατοικεῖν*, quae sit circumlocutio SpSi; est sane tritum, singulatim serioribus[203]), tamen *οἰκεῖν ἐν ἡμῖν*, ut R. 8, 9. 1 Cor. 3, 16 *πνεῦμα θεοῦ*, ita R. 7, 17. 18. 20 *ἁμαρτία* dr.; *cc*) quod (BMG) non dicatur habitare in *corpore nostro*, sed omnino *in nobis*, universâ nostrâ naturâ ac personâ; cogitanda foret natura qualis est ex opp. animi, quâ solâ hic existimus: *corporea*; *dd*) quod sequatur *μείζονα δίδωσι χάριν*, quod sane boni, imo div. spiritûs esse deberet — si certum dici posset, *πνεῦμα* esse Subjectum idque etiam ad *δίδωσι* referendum; at formulae

4) *Μείζονα δίδωσι χάριν α*) triplex se offert Subj. *α*) *Spiritus*, quippe qui proxime praecedit et bonus esse *potest*; *β*) *Deus*, siquidem is est qui *ἐπιποθεῖ* [BD. GT. SML. BENS. CPZ. OED. STAÜDL], quod quum evidente SSae testimonio destituamur, sententia nexusque demonstrare debebunt; *γ*) *SSa* [OEC. BZ. ESCHM. HEIS. MICH. WIN. GES. GRASH], cujus quum et praecedens et seq. *λέγει* sit, nec frigide nec temere etiam interpositum *δίδωσι* tribuetur ex notissimâ Meton. (*instrumenti* pro *utente*), ut Gal. 3, 22 *Συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμ.* cll. R. 11, 32 *Συνέκλ. ὁ θεὸς τ. πάντας εἰς ἀπείθειαν*. 9, 17. Gal. 3, 8. 4, 30. — *b*) Obj. utrum *α*) *subjective*, an *β*) *obj.* informetur, vix attinet; *χάριν*, *favorem* div. sponte ac necessario sequuntur *χαρίσματα*, quae *dona* latius altiusque patere in promtu est, quam quae ad genus externum miraculosumve restringere liceat. Id vero momentum facit, utrum *χάριν* utroque l. *Dei* esse dicas an priore [STZ. AGSTI SCH] ad *homines* referas; potest *gratia erga alios* cogitari, quam, nec vero invidiam, SpSus largiatur, *quia* Deus non superbis ac invidis sed modestis ac mansuetis *gratiosus* sit. — *c*) Compar. non unam admittit normam: *majora* – largiora, efficaciora – *α*) *mundo* (quam mundus s. quam mundum) [GES. GRASH. SCHNK], *β*) *amicitiâ mundi* [BD], *γ*) *desideriis carnis* [DU MONT], *δ*) *invidiâ* (quam vel longo invidiae ministerio vobis parare possitis) [SML] — quam ut opus habeatis aliis invidere, quam ut successu carere possit ejusmodi consideratio ctt.

5) *Διὸ λέγει.* Cur expleas: *τὸ πνεῦμα*, causa deest. E sensu *διὸ* est: (*ideo* =) *namque*. Concluditur enim sententiae comprobandae causâ, quod non solum *α*) *philosophico*, sed etiam *b*) *populari*, quid quod *c*) *judaico* modo factum esse possit. N. l. est conclusio ex eventu ad loci consilium. Potest quidem index esse sententiae (ob plura interposita) repetendae; prius tamen ac facilius offeret alterum locum alteri additum.

6) *Ἡ γραφὴ λέγει.* Obtinent hi sensûs: *α*) Loquitur, *vba facit*, in universum. *b*) Loquitur *haec* quae modo dicta sunt (de mundi amicitiâ quae sit Dei

---

202) Malit tamen sine utroque: 'qui habitaculum fecit *sc. in talibus hominibus*'. 203) Ut Test. Dan. 5. *θυμὸς* et *ψεῦδος* cavenda *ἵνα κύριος κατοικήσῃ ἐν ὑμῖν* et Belial fugiat; Jo. 10. *ὅπου δὲ κατοικεῖ ὁ ὕψιστος, κἂν τις περιπέσῃ φθόνῳ, κύριος ἐν αὐτῷ κατοικῶν ῥύσεται.* Sim. ap. Herm. Mand. 5. 10. *τὸ πνεῦμα τ. ἅγιον τὸ κατοικοῦν ἐν σοι.*

inimicitia) [STAÜDL. SCHNK. all.], ut (CALV) Pronom. quo oratio perspicua reddi potuisset, omiserit quippe ubique valde concisus. (Cf. *H*). c) Loquitur *de* s. *contra invidiam*[204]) [vd. *J. K* et nott. 209 et 224]. *d*) Dicit quae nunc ipsum afferentur s. *aa*) *totidem vbis, s. bb*) *quoad sensum*. Ita enim pronunciat SURENHUS. (in *βίβλῳ καταλλαγῆς* p. 647 sq.): 'Hac allegandi formulâ (אמר vel אומר הכתוב i. e. *λέγει ἡ γρ., ἡ γρ. λέγουσα*) veteres Hebrr. doctores uti solebant, non tantum quando ipsa SSarum vba, verum sensus eorum tantum allegatur, brevitatis gratiâ, usque adeo ut illi apophthegmata illa, quae SSar. porismata sunt, quia fundamentum suum in iis habent, pro SSis habuerint, quemadm. ex multis exemplis in thesi nostrâ 37 adductis manifestum est'. Hoc plerique tenentes, magis minusve audacter ac definite loca e VTo attulerunt, quorum sensus v. 5to expressus videatur [GT.; BZ. ESCHM.; HEIS.; WITS. SURENH.; SCHNK.; CLER.; MICH.; COCCEJ]. Quorum quum fere tam levis esset similitudo, non vborum solum sed etiam sententiae, ut alium quemcunque locum haud minore jure dici potuisset Ap. sibi voluisse: delapsi sunt *α*) ad *libros VTi apocrr.* [WTST], quid quod *pseudepigrr.* [SML. cll. Jud. 14], *β*) ad *NTum* [BENS. STAÜDL.; ALTH. STORR GÖPF.; BENG.: cll. 2 Ptr. 3, 15 sq. 1 Cor. 15, 4 sq.], tandemque *γ*) ad *librum aliquem deperditum* [*πρὸς φϑ. – ἡμῖν* GABL. (*N. th. J.* 16, 1800, 195; ut vbis *μείζ. – χ.* respondeatur a J.) JASP. WIN. (Obss. 17); *πρ. φϑ. – χάριν* PT. quia ceterôquin nondum pertexta videatur oratio, singulatim e Parallel. hebr.]; cujus arbitrariae provocationis ut ne se reos facerent, alii substiterunt in eâ sententiâ, exhiberi paucis *δ*) *plurium ll. formularumve in SSâ notissimarum sensum* [JUSTINIAN. WF. HEINS. ROSENM. ZACH.; cll. (de quibus tamen non omnes consentiunt) Mt. 2, 23. Jo. 7, 38. 1 Cor. 14, 21. 34. Eph. 5, 14]. Ita np. nec omnem decernendi facultatem praeripi, nec vim inferri formulae *λέγει ἡ γραφὴ* nonnisi de VTo usitatae. Verum PT^o^ tum sententia, tum ipsa quae expressa est formula adeo videtur *singularis* et *universae cuidam e pluribus ll. collectae sententiae dissimilis*, ut sibi persuadere nequeat quod in *quavis doctrinâ generaliori* lubens concederet. Ab his proxime absunt qui *ε*) *unum* tantum l. citari rati eumque et ad vbum et notum (Prov. l. c.), reliqua partim explicationis applicationisve causâ praemissa statuerunt [ORDER. Synt. Obss. S. p. 713 sqq. ELSN. Obss. S. II, 394; JCRELL[205]) PT. STAÜDL. (vd. inf. s. *F* et *G*)], partim absque respectu illius loci disputata ex antecedd. universâque SSae sententiâ [vid. nomina inf. sub *H* et *J*].

Placuit vero haec deinceps comparare: 1) Gen. 6, 3. 5 [GT.[206])]. 2) Gen. 8, 21. *Ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρ. ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ*

---

204) '*Wo heisst* (ait SCHNK. *Beitrr.* p. 193) *ἡ γραφὴ λέγει die Schr. redet über Etwas, u. nicht vielmehr: d. Schr. sagt?* [nimirum ubi additur quid s. de quo dicat!] *Offenbar bildet das διὸ λέγει e. erklärenden Ggsatz zu dem ersten λέγει, beide wollen einen*' [*beide Einen*? an: *jedes einen*?] *Schr.spruch citiren*'. 205) Opp. exegg. II, 287. 'An putatis SSam, quae luculentum huj. rei testimonium nobis praebet, frustra id asserere? Quod antequam doceam, libet quaerere ex vobis, quos amor huj. mundi rerumque terrenar. cupiditas invidos fecit; num Sp. ille div. qui sedem in vobis fixerat et cujus naturam imitari vel ductum sequi oportet, ad invidiam fertur atque in eam ipsemet pronus est? Haudquaquam. Imo vero majorem subinde iis, qui digni sunt, np. humilibus et ab amore hujus mundi alienis dat gratiam; s., quod perinde est, Deus per ipsum; idque invidiae tam repugnat quam quod maxime. Quare, ut jam rem totam confirmem et testimonium illud SSae, cuj. antea mentionem feceram atque ad rem meam comprobandam adducere instituneram, explicem, ita loquitur SSa: Deus superbis' ctt. 206) 'Non sunt ipsa vba sed sensus sumtus ex duobus ll. Gen. 6, 3. 5. Nam quod hîc est נלחשבת *διανοεῖται*, hîc est *ἐπιποθεῖ*. Illud *τὸ πν.* ὃ *κατῴκ. ἐν ἡμ.* est ex v. 3 et idem valet quod v. 5 לבו, quod eod. v. 5 est רע. In Graeco *ἐπὶ τὰ πονηρὰ* hîc est *πρ. φϑόνον*, quia in malorum genere invidia non minimum est, et maxime ei affines erant illi ad quos haec Ep. scribitur. Sp. ille a Deo hominibus datus et ejus jussu in hominibus habitans i. e. animus in dies per mala exempla pejor erat factus.... *Μείζ. δὲ δίδ. χ.* Deus np. hoc tempore. Nam de Messia vetus erat dictum, futurum ut corrigeret יצר הרע, np. et praeceptis.. et promissis aeternis ac coelestibus, ac praeterea Sp. illo suo i. e. eximio'.

πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ (יֵצֶר לֵב הָאָדָם רַע מִנְּעוּרָיו; quae vero Dei sunt homines fere excusantis, quippe sacrificio Noachi post diluvium placati!) [Bz. ESchm. cll. 6, 5]. 3) Num. 11, 4. 5. cll. 34. Deut. 9, 22. Ps. 106, 14. 1 Cor. 10, 5 sqq. [Heis.[207]]. 4) Num. 11, 29; ubi Josuae provocanti: *domine mi, cohibe eos*! Moses respondens: *an invides tu pro me* (*μὴ ζηλοῖς ἐμέ*; הַמְקַנֵּא אַתָּה לִי)? *Atqui utinam totus populus Jehovae essent prophetae et duret Jeh. Sp. suum super eos!* satis monstrabat Spiritum in ipso habitantem ab *invidia* esse alienissimum [Wits. Melett. Leidd. XII; Surenh. all.]. Adversis frontibus (notat Heis) pugnant *penuria* doctorum ductorumque in deserto et *nimia* eorum ap. Xtt. copia (3, 1). 5) Deut. 5, 9 sq. Ab omni qualicunque idololatriâ abstinendum *ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, θεὸς ζηλωτής* (אֵל קַנָּא), *ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με, καὶ ποιῶν ἔλεος* (עֹשֶׂה חֶסֶד) *εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με τλ.* (quae eadem etiam habentur Ex. 20, 5 sq.) cll. Ez. 23, 25. *Λώσω τ. ζῆλόν μου ἐν σοί* (נָתַתִּי קִנְאָתִי בָּךְ) eo np. quod *ἐξεγείρω τοὺς ἐραστάς σου ἐπὶ σέ* (הֵנִיעִי מְעִיר אֶת מְאַהֲבַיִךְ עָלַיִךְ) Babylonios et Chaldd. quibus te quasi tradam *judicandum* i. e. damnandum ac puniendum. v. 22 sq. [Schnk]. 6) Deut. 32, 21. *Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με* (הֵמָּה קִנְאוּנִי) *ἐπ᾽ οὐ θεῷ τλ.* – *idololatriâ* – *κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς* (אַקְנִיאֵם) *ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει τλ.* cll. R. 10, 19 [Heis.[208])]. 7) Ps. 11[5], 20 sq. נֶרֶה נַפְשִׁי לְתַאֲוַת אֶל־מִשְׁפָּטֶיךָ בְּכָל־עֵת: זְדִים וגו׳ (*ἐπεπόθησεν ἡ ψυχὴ τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ. ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις τλ.*) [Cler]. 8) Prov. 21, 10. נֶפֶשׁ רָשָׁע אִוְּתָה־רָע לֹא־יֻחַן בְּעֵינָיו רֵעֵהוּ (*ψυχὴ ἀσεβοῦς ἐπιθυμήσει πονηρὰ τλ.*) h. sns. (utriusque loci): *anima impia atque invida ferridis flagrat desideriis*. [Mich]. 9) Cant. 8, 6. *Κραταία ὡς θάνατος ἀγάπη, σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος* (קָשָׁה כִשְׁאוֹל קִנְאָה) *πρόπτερα αὐτῆς πρόπτερα πυρός, φλόγες αὐτῆς* (שַׁלְהֶבֶתְיָה) [Coccej]. 10) Sap.

---

207) Putat (p. 910 sqq.) *πόθον* et *φθόνον* Israelitarum in deserto respici, qui – ut voluptarii et delicatuli, ita etiam *invidi* et litigiosi (erga Aaron., Mos., quid quod erga Deum: Num. 16, 1 sqq. 17, 6 [s. 16, 41] Ex. 17, 2. 7. Ps. 78, 18 sqq.) – repraesentaverint homines a J. castigatos, item *voluptarios*, *invidos*, *ipsum Deum criminantes* (4, 1 sqq. 1, 13. 16. 17) — illo ipso exemplo pluribus compellatos 1 Cor. 10 (*ἐπεθύμησαν*! *ἐπόρνευσαν*!) Hebr. 3. 4. 208) *Θείλατος* quidam, ait, *ζηλώσεως* et *παροργισμοῦ* spiritus prae ceteris vos mortalibus occupavit; debitus hoc temporis puncto genti nostrae ex comminatione div., sed justissimâ eâ atque sanctissimâ, quippe gravissimis et vestris et patrum vestrorum peccatis debitâ. Deus non dicit frustra nec, ut crebro homines, intentat minas.... Quocirca *vix alii hoc quidem tempore esse potestis quam invidiâ pleni*. Judicium div. vestris incumbit cervicibus.... Ne autem justam conquerendi habeatis causam, en! eadem Scr., ex cujus praedictione magnum hoc judicium vos nunc invasit, *majorem adhuc largitur gratiam*, cujus usu illud datur effugere' (p. 900). 'Fremebant, frendebant et livore maligno tantum non contabescebant toti, quod *impurae gentes* omnium Israelis bonorum eorumque absque jugo cerimoniarum ... participes reddendae essent', rati quippe, Messiam 'late victorem atque tyrannum ipsos in gentilium immissarum bona, minime vero quae ipsorum essent cum istis communicaturum' (p. 908). Noluit vero *φθονεῖ καὶ ἐπιπ.* scribere, quia 'ex *ἡδονικοῖς φθονικοὺς* oriri affectûs dixerat ... quocirca nec heic aquas a suo disjungit fonte, sed .. desiderare tam vehementer Sp. illum affirmat, ut, si quid accipiat alius, statim invideat atque ... rapere sibi uni intendat' (p. 896).

6, 11. 23. cll. 1, 4 al. *Ἐπιθυμήσατε τῶν λόγων μου, ποθήσατε κ. παιδευθήσεσθε.* – (*φθόνος*) *οὐ κοινωνήσει σοφίᾳ.* – *εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας* [WTST.[209])]. 11) Mt. 6, 24. [BENS. et (additâ allusione ad Gal. 5, 17) STAÜDL] vd. ad v. 4 p. 214 et infr. not. 210. 12) Gal. 5, 17 sqq. *Ἡ σάρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πν. κατὰ τ. σαρκός· ταῦτα δὲ ἀλλήλοις ἀντίκειται* [ALTHAM. STORR[210]) GÖPF]. 13) 1 Ptr. 2, 1 sq. ubi Xtt. (*οἶκος πνευματικὸς* v. 5) jubentur inter alia etiam *φθόνους* deponere et *τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθῆσαι* [BENG. in marg. Edd. et in *Ord. tempp.* p. 252 Ed. 2]. 14) Testt. XII Patriarchar. [SML.[211])] quae 'eâ aetate qua J., quicunque demum auctor est, Ep. scripsit, jamjam extitisse, aut omnino antiquiora esse saeculo 2do, variis de causis non adm. credibile videtur' (STORR).

---

209) 'Lego *ἡ γρ. λέγει πρ. φθόνον· ἐπιπ. τὸ πν.* Existimo autem respici ad libr. *Sap.* ex quo non pauca transtulit J... *Πν.* idem est quod in praecedd. *σοφία* vocatur 3, 15. 17. Jud. 19. Sap. 9, 17. illud habitat in credentibus R. 8, 9. 11. Sap. 1, 4. 5. 6. 7, 22. 23. Qui autem invidiâ torquentur, sunt ex diabolo Sap. 2, 24. 6, 23. 7, 13. debentque animum mutare et sapientiam s. *spiritum desiderare* Sap. 6, 11'. 210) 'Hic *τὸ πν.* quo Xtt. ducantur v. 16. 18. quodve R. 8, 14. 4. cll. 9. 11. in iis habitet, *pugnare* (*ἐπιθυμεῖν s. ἐπιποθεῖν*) legimus *contra* carnem ejusque facinora, in quorum numerum v. 21 *invidia* nominatim refertur. Hujus autem vitii ante reliqua v. 19 - 21 commemorandi non in solo J. consilio (4, 1. 2) sed in ipso etiam allegato cp. Ep. ad Gal. idonea causa fuit. Nam ab *invidiae* et odii reprehensione mutuique amoris commendatione (Gal. 5, 13 - 15) ad universi generis disputationem (v. 16 - 25) devenit Ap. ideoque tum in ipsâ digressione, quae ad inimicitias et caritatem pertinent, copiosius et expressius memoravit (v. 20 sq. 22), tum finito excursu revertit ad dehortandum ab invidiâ (v. 26) et reliquis quae sunt amoris contraria (6. 1 - 10). Neque etiam vocis *δίδωσι* (Jac. 4, 6) planissimam quae censetur structuram deserere cogimur, sed in ipso quod laudari putamus Ep. ad Gal. cp. *spiritus* esse dr. *qui tribuat* beneficia, majora profecto iis, quae rerum terrenarum studio unice ardentes (*φίλοι τ. κόσμου* v. 4) suisve cupiditatibus (v. 1. 3) indulgentes (*σπείροντες εἰς τ. σάρκα* Gal. 6, 8) sperant et affectant. Qui enim *spiritu se regi patiuntur*, eos negat P. (5, 18) *ὑπὸ νόμον εἶναι* adeoque (R. 6, 14 sq. cf. Gal. 3, 10. 13 sq. 4, 5 - 7) *ὑπὸ χάριν* esse confirmat, paulloque post (5, 25. 6, 8) salutem (*ζωὴν*) ait proficisci a *spiritu* qui resistit invidiae (5, 17. 19 - 21. cll. Jac. 4, 5) et (v. 6) superbiae, in ipso etiam P. sermone (Gal. 5, 26) cum invidiâ copulatae. Ceterum Jac. paull. pronunciata (v. 18. 25. 6, 8) collaturus ad compendium, vba *δίδ. χ.* mutuatus est ab eo l. quem statim e Prov. subjuncturus erat' (*de Epp. cathh. occas. et consil.* p. 9 sq). cll. (*Diss. exeg.* p. 39) v. 4 ubi modo alius loci e NTo (Mt. 6, 24) fecerat usum (?). — Nec satis magna est convenientia, nec hic usus formulae *ἡ γρ. λέγει* ullo modo firmatus. 211) 'Adjicio e Test. Sim. n. 3. *Ὁ φθόνος κυριεύει πάσης διανοίας τοῦ ἀνθρ.* nec sinit eum edere, bibere aut facere aliquid bonum; semper *ὑποβάλλει* suggerit, *ἀνελεῖν* occidere (nos v. 2 h. vb. legimus *φον.*) istum cui invidetur – cognovi *ὅτι ἡ λύσις τ. φθόνου διὰ φόβου θεοῦ γίνεται.* Si quis ad Dominum confugiat, *ἀποτρέχει τὸ πονηρὸν πν.* (sc. *τοῦ φθόνου*) *ἀπ' αὐτοῦ* – (ergo in homine invido *habitavit* hic sp.); sic paulo post n. 4 sic – – agite *καὶ ἀποστήσατε ἀφ' ὑμῶν τὸ πν. τοῦ φθ. ὅτι ἀγριοῖ τ. ψυχὴν κ. φθείρει τὸ σῶμα, ὀργὴν κ. πόλεμον παρέχει τῷ διαβουλίῳ* – atque n. 5 in Josepho *οὐκ ἐνῴκησε*, nostrum vb., *οὐδὲν πονηρόν*'. 'Subjungit: *φυλάξατε οὖν ἀπὸ παντος ζήλου κ. φθόνου, κ. πορεύεσθε ἐν ἁπλότητι ψυχῆς κ. ἐν ἀγαθῇ καρδίᾳ, ἵνα δῴη κ. ὑμῖν ὁ θεὸς χάριν κ. δόξαν κ. εὐλογίαν.* – Similiter n. 5 *καὶ ἔσεσθε εὑρίσκοντες χάριν ἐνώπιον θεοῦ κ. ἀνθρώπων*'. — Haec c. Jac. convenire visa sunt 1) quod scripta sint *de invidiâ*; 2) quod *spiritus* (*πνεῦμα* i. e. e nexu: *invidus*) commemoretur qui in homine *habitet*; 3) quod Deus dicatur *gratiam dare*.

Hisce explorationibus et praemunitionibus via jam parata videtur ad sententiae n. l. varias enarrationes et breviter enumerandas judicandasque et ad probabilem certe exitum feliciter perducendas. *A*) An putatis SSam incassum dicere: *Ad invidiam inclinat* s. invidiose concupiscit *animus hum.* qualis naturâ est? [GT. ESCHM. BRETSCHN. WIN. ('SSa non solum illud declarat - de invidiae studio in quod fertur animus hum. - sed simul majorem etiam quam quae rerum terrenarum studiis impetrari possit, dat h. e. promittit gratiam his vbis: ὁ θεὸς ctt.')]. Offendit jam MR. in *defectu cohaerentiae*; δίδωσι sc. ὁ θεός? 'bene quidem. sed cur omisit illud J.? et quanta est perturbatio omnium, si vba hîc de eod. Subj. praedicentur et nos tamen necessario aliud Subj. addere cogamur!' — Evitatum esset si scriptum esset s. scribi potuisset: μείζ. δὲ δίδ. χάρις (*gratia* ex opp. *naturae*). *B*) An p. SS. inc. dicere: '*Invidiae repugnat Spiritus div. nobis concessus* (i. e. sensus ille per relig. xt. emendatus, qui nobis inest vel certe inesse debet) *ac sensum nobis longe honestiorem atque benevolentiorem instillat*' (PT). Quae sententia[212]) quum directe inesse nequeat [vd. p. 218], efficienda erit rhetorico artificio interrogationis: *C*) An sine ratione scripsisse eum putatis, qui scripsit: *Num ad invidiam proclivis est Sp. qui nobis inest?* minime, sed beneficiis nos potius afficit. unde alibi: *Deus adversatur* ctt. [GABL. hac interpositâ notatione: (*die natürlichste Ansicht*) '*welche freilich immer ihre Schwierigkeiten behält — wahrscheinl. aber mehr durch d. Schuld des Schriftst. selbst als seiner Ausleger*']. Altera interrogatio illata videtur; certe scriptor eam monstrare prorsus omisit. — Communem difficultatem, provocato loco deperdito facultatem praecidisse tuto judicandi, ut evitarent, alii alias ingressi sunt vias. *D*) 'An putatis frustra SSam dicere, Spum qui habitat in nobis [Deum] proclivem esse ad succensendum resistendumque hominibus voluptatem gloriamque mundi amantibus, quod vel quoniam dicit: *Deus resistit superbis?*' (ELSN.; ut sensus exprimatur dicti statim disertis vbis citandi [Sp. concupiscit ad invidiam = Deus resistit superbis], cujus rei indicium sit quod statim repetatur διὸ λέγει). Quibus artificiis hic sensus vbis illatus sit, vd. 219; quod vero explicationis causâ praemissa pronunciavit, explicationem loco ipso difficiliorem jure notavit PT. *E*) 'Num inaniter et cassis vbis (quibus nihil solidi subest) dictum putatis illud Prov. 3, 34? vestra (quidem) prava indoles facile invidet (aliis paulo beatioribus, verum ita truci ac invido animo Deus non est) qui (potius) majorem subinde gratiam concedit. igitur (illo loco) Sal. ait: *Deus elatis animis resistit, at modestis largitur gratiam*' (OED.; ita ut praemoneat aliter habere Sp. humanum, ut praelibet quippe maxime notabilia, vba *majorem potius gratiam dare Deum*, ut denique, ne quis dubitet scriptorem occupatum esse in laudando l. VTi, repetat λέγει praemisso διό, finitâ quippe digressione rediturus). Commentum est, quod διὸ finitâ digressione locari soleat; non potest, quippe conclusioni inserviens, totoque coelo differt a formulis: ait *igitur*, ait *inquam*. Habes ejusmodi digressionem R. 11, 2-4. Ἢ οὐκ οἴδατε .·. τί λέγει ἡ γραφή; ὡς ἐντυγχάνει κτλ. ἀλλὰ τί λέγει κτλ. *F*) 'Num dubitatis fidem esse habendam SSae effato: *invidiae repugnat Sp. div. nobiscum communicatus, qui potius sensum longe honestiorem nobis suggerit.* hoc nimirum sensu (διὸ λέγει) vetus poeta cecinit vba haec: *Deus resistit superbis, modestis vero gratiam largitur*' (PT.; ut sit allegatio periphrastica - quippe altius explicatura Deum de *Sp. div.*, superbos de *invidis*, gratiam i. e. quodvis felicitatis genus 'de *mente istâ sanctiore ac paene divinâ adeoque ab omni invidiâ alienâ*, quae SpSi operâ cum Xtt. omnibus communicari putabatur' - munita loco subjuncto, quia a vbis VTi nimis aberrari videret ideoque lectores, quemnam potissimum l. in animo habuerit, diserte docendi viderentur). Ipse hanc rationem missam fecit, professus 'coactam esse nimioque laborare artificio'; addere debebat, sensum voci διὸ tributum ne

212) Non differt siquidem postrema vba Jacobo tribueris: - *invidiae repugnare? Immo vero Deus* ctt. LTH.: '*Od. lasset ihr euch dünken, d. Schr. sage umsonst: Den Geist, der in euch wohnet, gelüstet wider den Haß. Und gibt reichlich Gnade*'. — ALTH. STORR GÖPF.; JASP.

excusari quidem posse ullo modo. *6*) 'Num putatis frustra SSas ita praecipere, ut modo dixi? — (sed vos objicitis:) Sp. (malus) qui habitat in nobis (vel inter nos) ad invidiam proclivis est? (nos ad vitia agit et excitat). (recte quidem) sed (Deus) gratiam majorem exhibet (majus vel beneficium vel auxilium, quod omnem pravam concupiscentiam, omnem vim maleficorum daemonum superare queat). unde dr.: *Deus repugnat superbis* (qui sibi nimium confidunt), *humilibus vero* (qui Deo se submittunt ejusque auxilio nituntur) *dat gratiam* (beneficia vel auxilium exhibet)' (STAÜDL.; ut ad δίδωσι cogitando addendum relinquat θεός, quia statim sequitur et apertum erat, utque fortasse simul pugnet adv. sententiam - e locis nonnullis Pauli haud difficulter eliciendam - daemones inimico adv. homines sensu esse et cupere ut peccent). Quanquam πνεῦμα etiam *malum Sp.* esse posse, non quidem pari jure e ll. Mt. 4, 1. 8, 16 (cll. Mc. 1, 34) 2 Th. 2, 2. Eph. 2, 2. 6, 12, tamen aliunde apertum sit: officiunt haec: 1) aliena est *excusatio* quae potius *accusatio* est! 'ita ut J. .. objectionem iis affinxisse putandus sit a fastu ipsorum alienam et objectioni 1, 13... prorsus repugnantem' (PT); 2) interrogationes, objectiones et quasi colloquia sane J. mediae orationi intexit (2, 2-4. 16. 18 sq.) sed non sine aliquâ notatione (ut ἐὰν εἴπῃ τις, ἀλλ' ἐρεῖ τις); saltem (PT) ἀλλὰ locandum erat aptiusque etiam πνεῦμα, quippe totius excusationis fastigium, praemissum fuisset. *H*) Num incassum loquitur SSa? num ad invidiam inclinat Sp. in nobis/sanctus? minime! imo majorem gratiam largitur sc. *Deus* [BENS. CPZ.] s. *Spiritus* [CALV.[213]) WITS.[214]) WF.[215]) HERD. MR.[216]) STZ.[217]) AUGUSTI]; unde scriptum est ctt. — Nec inepta nec frigida est appositio: et SSa et Sp. xt. aliter docent ac jubent! Utne (ait WOLL. ap. WF) se renatos haud tangi crederent, ulcus detegit denuo quaerendo responsionemque ipsorum conscientiis relinquendo; rem deinde probat hoc medio termino: *majorem enim dat gr.* ctt. evincitque Prov. l. c.; addit denique, esse infernalem potius genium invidiae auctorem v. 7. *J*) Putatisne SSam in vanum loqui adv. invidiam? minime vero! Et SSa et Sp. in nobis sanctus recte et efficaciter pugnant adv. invidiam. Obverterunt quod 1) nullus nexus sit cum praecedd., 2) λέγειν πρός male vertatur *dicere contra*; neutrum jure; rectius haesitarunt 3) in ἐπιποθεῖ· quod reddiderant *AA*) DU MONT (Hist. crit. reipublicae lit., gallice ed., T. XI

---

213) 'Invidia malignitatis signum est; Spiritus autem Dei donorum affluentiâ se liberalem esse ostendit. ergo nihil magis repugnat ejus naturae quam invidia. In summâ, negat J. regnare Dei Spiritum ubi vigent pravae cupiditates, quae nos ad mutuam contentionem irriteat, quia proprium Spiritûs sit, magis ac magis homines novis subinde donis locupletare'. 214) 'Efficit ut quisque fidelis non modo non invideat fratri ea quae possidet bona, eumque iis carere optet, sed majora etiam et plura apprecetur et si possit reapse conciliet; neque hoc tantum, sed et homini fideli, ita comparato, insignia gratiae suae augmenta confert, ut istâ in proximum liberali propensione non solum nihil sibi decedat, sed vel ob eam ipsam rem divinae gratiae muneribus largissime locupletetur'. 215) Facit fere c. WITSIO. Non dubitat 'a J. hic ad duos Sae locos respici, ad alterum qui muniat id quod innuitur per phras. ἡ γρ. λέγει, ad alterum qui probet quod Sp. humilibus ampliorem gratiam largiatur. Quotiescunque in libris NTi occurrit phr. ἡ γρ. λ. vel similis, toties statim sequitur aliquis Sae locus vel diserte vel quod ad sensum expressus... Nullo porro NTi, in quo tam frequens est Veteris illius allegatio, loco [? R. 11, 2-4!] probari potest, scriptorem S. ullam inter l. quem allegaturus erat et allegandi formulam aliquid interjecisse'. 216) '*Glaubt ihr, dass d. Lehre d. Schr. wider die Begierden leer sei? Und d. Geist unserer Rel., d. Geist des Chth. ist er e. Hang zum Neide?* Neque γραφὴ neque πν. in vobis habitans permittit ἐπιθυμίαν, φθόνον, additur: *imo vero majora exhibet beneficia* ... ἄγιον reddit animum et lenem, morigerum et omnino purum esse vult'. Toties, ait, cupiditates dici renisum adv. Deum, ut non opus fuerit certo aliquo loco. 217) '*Sollte der uns mitgetheilte xstl. Geist e. Verlangen (e. Tendenz) zum Neide kühen od. uns Neid einflössen? Unmöglich; vielmehr flösst er uns Gnade d. i. Güte u. Wohlwollen ein*'.

p. 133 sq.): *Desideria excitat*, sed meliora desiderils carnis, *majorem enim dat gr.* ctt. *BB*) HEUMANN (Miscell. Lipss. T. XII p. 172 sqq.): *Amat* (et quidem ardentissime amat) – quippe non Spiritus odii rixarumque sed amoris – et ita etiam vobis, quos inhabitat, *majorem subinde largitur gr.* (ut et vos omni deposito odio et aemulatione simpliciasime fratres ametis), *uti scriptum legimus* ctt. *CC*) JOACH. LANGE (in Expos. vern.): *Num adeo malum concupiscit? imo vero ampliorem dat gr.* per quam ejusmodi concupiscentiae resistere possimus. Vd. supr. p. 218. *K*) Num incassum dicat SSa de invidiâ: prava (concupiscit adeoque) concupiscere facit Sp. qui in vobis habitat (invidus)? imo majorem gr. largitur sc. *Deus* [SML] s. *SSa* [MICH] ctt. Ita primaria notio tota relicta fuisset lectoribus addenda; unde enim, *πνεῦμα* esse *φθόνου*? *ἐπιποθεῖν* esse *prava* cupere? *L*) Putatisne SSam loqui sine causâ, quid quod invidiose? Nec quod docet mundi amicitias esse Dei inimicitias, nec quod dicit Deum resistere superbis, ex invidiâ fluxit! — 'Vix commemoranda' visa est Pt°; tamen est intptum graecorum, utroque quem sqq. admittunt modo: *AA*) Imo *Sp. in nobis* sanctus, qui idem est SSar. auctor, nobis propitius, *magnâ nos affectione desiderat, imo ampliora confert beneficia. hoc docent sacra voll,* ctt. [ELLIS. in Fortuitis SS. p. 250 sqq. Schol. (cui subscriptum est *Μ&Θοδ. Πατερ.*) ap. Mt.[218]) et Schol. ap. eund. supr. not. 196]. *BB*) Imo *Spiritum* i. e. animum *nostrum* sibi poscit ac *desiderat majoraque largitur beneficia* [OEC.[219]) GBS. GRASH.[220])]. Quodsi *τὸ πνεῦμα* Accus. est, salva

---

218) *Τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον πνεῦμα ἐπιποθεῖ τ. προκοπὴν ἡμῶν κ. πρὸς θεὸν οἰκείωσιν. ὥστε κ. μείζονα τ. προαιρέσεως δίδωσι τ. χάριν. εἰδὸς ἐστι κ. τοῦτο ὑπερηφανίας, τ. θείας ἐντολὰς περιφρονεῖν κ. ταῖς ὑλικαῖς πρόσκεισθαι ἡδοναῖς.* 219) *Ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γρ. λέγει ἢ πρὸς φθόνον; οὐδὲν τούτων. ἀλλ' ἐπιποθεῖ ἤτοι ἐπιζητεῖ τὴν διὰ τ. παρακλήσεως αὐτῆς ἐγκατοικισθεῖσαν ὑμῖν χάριν.... πνεῦμα τ. ἀγαθὴν φησιν προαιρεσιν, ὡς κ. ὁ Δαυὶδ φησι* [Ps. 51, 12] *πνεύματι ἡγεμονικῷ, τουτέστι, προαιρέσει δεσποτικῇ τ. παθῶν. καὶ πνεῦμα εὐθὲς, προαίρεσιν εὐθεῖαν.* Sententiam ita (secuto THPH°) describerat: *Φησί· ἐγὼ μὲν ὑμᾶς τ. οἰκείους ἐπέστησα λόγοις περὶ τὸ εὐθὺ κ. ἀκατάγνωστον τ. χρήσεως τ. σοφίας ὑμῶν, ὡς ἂν μὴ ἐξ ὑπερηφανίας παραχρώμενοι ταύτῃ νοθεύητε κ. δολοῦτε τὸν τ. διδασκαλίας λόγον. εἰ δὲ καὶ ἀπὸ τ. γραφῆς τοῦτο ζητεῖτε, ἀκούετε. αὕτη γάρ φησι· κύριος ὑπερηφ. ἀντιτάσσεται. ὥστε οὐκ ἀσκόπως ἔφην, τὴν ἐξ ὑπερηφανίας καταφρόνησιν μὲν τῶν τ. κυρίου δογμάτων, κατάσπεισιν δὲ πρὸς τ. κόσμον, ἐχθραν ἐμποιεῖν εἰς θεόν. εἰ γὰρ τοῖς ὑπερηφ. ἀντιτ., ἐχθροῖς δὲ εἰώθαμεν ἀντιτάσσεσθαι, πάντως που καὶ οἱ ὑπερήφ. ἐν τ. ἐχθροῖς καταλογισθεῖεν. οὐ γὰρ κενῶς ἤτοι ματαίως ἡ πρὸς φθόνον ἡ γρ. τὰ ἀμήχανα ἡμῖν κ. ἀποτείνοντα τ. ἡμετέραν δύναμιν παραγγέλματα διαγορεύει, ἀλλ' ἐπιποθοῦσα ἤτοι ἐπιζητοῦσα τὴν διὰ τ. παρακλήσεως αὐτῆς ἐγκατοικιζομένην ἡμῖν χάριν· εὑρίσκουσα δὲ ταύτην ἐνεργὸν ἐν ἡμῖν διὰ τ. ταπεινώσεως τ. πνευματικῆς, μείζονα δίδωσι χάριν. ὥστε εἰ πειθήνιοί ἐστε τῇ γρ. ταπεινώθητε ἐνώπιον τ. θεοῦ καὶ εὑρήσετε τὴν διὰ τῆς αὐτοῦ ὑψώσεως χάριν.* 220) Ita (GRSUM secutus) *παραφράζει*: '(*Dass dem so sei, u. dass diese Feindsch. höchst traurige Folgen habe, will ich euch durch e. Stelle d. Schr. beweisen. V.* 6. *Doch zuvor muss ich, damit ihr nicht in eurer Befangenh., die den klaren Blick trübt, diesen Ausspr. d. Schr. falsch auffasset, deutlich machen, wie man sich die Absicht ihrer Ausspr. richtig zu denken habe. Darum frage ich euch:*) *Oder meint ihr* (etwa), *dass d. Schr. zwecklos,* (*ja dass sie*) *neidisch rede? (d. h. dass sie entw. gar k. Zweck od. wohl gar e. niedrige Absicht bei ihren Aussprüchen habe; dass sie, was V.* 6. *angeführt werden soll, nicht zu eurem wahren Heile, send. aus unwürdigem Neide darüber dass ihr es mit d. Welt haltet, sage? Welch' e. falsche, gotteslästerl. Ansicht wäre das! Im Gegtheil, sie beabsichtigt nur das Heil unserer Seele, sie will uns nichts was uns wahrhaft nützt entziehen.*) *Sie verlangt nach d. Geiste der in uns wohnt,* (*sie will unsern für d. Ewigk. bestimmten Geist v. d. trügtrischen, vergängl. Welt ablenken,*) *u. verleiht ihm* (*dadurch dass sie ihn belehrt u. zum Göttl. hinleitet*) *grössre Gnade* (*Gnadengeschenke, als die Welt zu verleihen vermag*). *Darum* (*nun, weil sie nach d. Geiste verlangt* ctt.)

est explicatio vbi ἐπιποθ.; minus placent 1) appositio πρὸς φθόνον ad κενῶς, interpositis ἢ γραφὴ λέγ.; vix ἢ s. καὶ abesse poterat; 2) oppositio μείζονα δὲ δίδ. χάρ. qua non tam *majus* quam *datio gratiae* effertur. *M*) Non temere dicit SSa *ad indignationem* Dei *concupiscere Spiritum hominis* — q. d. πρὸς φθόνον κυρίου (קִנְאַת יי; cll. Ps. 106, 16) ἐπιθυμεῖ, adv. Deum et cum indignatione ejus cupiditates suas exercet [HEINS.; ROSENM.: *d. Geist der im Menschen wohnt, folgt s. Begierden u. läd't damit d. Unwillen Gottes auf sich*]. Vix sine appellatione Dei, nedum sine Artic. φθόνος dici poterat. *N*) Non temere loquitur SSa! Ad invidiam usque, i. e. aemulatione ambigui et divisi impatientissimâ, *cupit* ac poscit s. *AA*) *Spiritus in nobis* sc. nos homines [ER.[221]) CALMET[222]) SEEMILL. NITZSCH (Testt. XII Patrr. 33) SCHNK.[223])] s. *BB*) *Spiritum in nobis* sc. Deus s. SSa quippe Deus in SSâ — quae Metonym. in loco translationibus referto eo minus offendet, quo apertius et concinnitati et efficacitati orationis haud parum inservit. — Miratus est PT. eam denuo (a SEEMILL.) probari potuisse; 'quam quidem rationem, ait, commemorasse suffecerit, ut intelligenti cuivis lectori statim rejicienda videatur'. Nec singulatim negari poterit, si πνεῦμα Subjectum dicatur, et a simplicitate intptationis recedi et imaginis nervum incîdi. Sive enim *effectui* statuas tribui quod proprie *causae* est (Spiritui evglico hominem regenti, quod Dei), s. (c. SCHNK) *circumlocutionem* praeferas Dei, qui et *Spiritus* dicatur (Jo. 4, 24) et *inter intrave homines habitare* (Ps. 132, 8. Jos. 22, 19. Eph. 2, 22 al.): quid tandem hac illâve permutatione rhetoricâ dixeris lucrari perspicuitatem efficacitatemve? *Deus* est, qui *tam zelotypus sistitur amator, ut nullum amoris sodalem, nullum rivalem patiatur*; Deus, qui *solus*, qui *totus* vult amari! Verumtamen si Obj. esse statuitur, omnia bene procedunt. 1) Objecto diserte addito apte occurritur errori satis facili. Non supplicationes donationesque vestras - honori quasi metuens suo - vult, sed *animos*, sed vestrum commodum, ve-

---

spricht sie' ctt. — Ipso Prov. loco (addit GES) '*spricht d. Schr. nicht zwecklos u. neidisch, vielmehr will sie unser Bestes bewecken, will uns darauf aufmerksam machen, dass wenn wir hoffärtig, Freunde d. Welt sind, uns Gott widerstehen, alle unsre Bemühungen vereiteln, hingegen wenn wir demüthig, gottergeben sind, er uns Gnadengaben verleihen wird*'. 221) 'Sp. evangelicus qui nunc habitat in vobis, zelotypus est et ut ita loquar invidus, plus exigit, vult redamari vehementer usque ad uxoris, usque ad liberorum, usque ad vitae contemtum. non fert domicilium mundanis cupiditatibus inquinatum; pura requirit, requirit coelestia; resilit, aufugit, offenditur si mundi hujus sordes in ipsius templum invexeris. Sed ut exigit a nobis eximium quendam amorem longeque puriorem quam lex mos., ita confert uberiorem gratiam. difficillimum est praestare quod exigit, sed in hoc ipsum largitur vires ut facile possimus. Amanti nihil est difficile. Hoc ipsum illius donum est, ut illum amemus vel redamemus potius'. 222) 'L'esprit saint, qui habite en vous, vous aime d'un amour de jalousie, et vous donne de plus grandes graces'. 223) '*Eifersüchtig liebt der Geist der in euch wohnt, d. h. er will nicht nur das halbe Herz, er will nicht euch halb an d. Welt hängen, euch in d. Welt stolziren lassen. Jede Zweiheit, δίψυχία* (v. 8) *ist ihm zuwider. In diesem Zus.hange φθόνος anstatt ζῆλος zu brauchen, dazu konnte d. Vf. vielleicht durch s. Zweck bestimmt werden, d. göttl. Zelotypie hauptsächl. der ὑπερηφανία entgegenzustellen, wie denn Hdt sagt, dass das Göttl. τὰ ὑπερέχοντα πάντα beneide u. stürze. Eine dogm. Missdeutg war dadurch abgewehrt, dass jener φθόνος nur als Aüsserg d. Liebe erscheint, welche die Uebermüthigen als Abtrünnige ansieht. Ἐπιπ. allgemein, ohne Object, passt zu J. Spr.gebr. der Vbs transitt. häufig ohne Accus. setzt* (1, 5. 4, 2. 3. 13)' ctt. (*Beitrr.* p. 194).

stram salutem, cui totus aemulatione suâ inservit! Inde, quo major et vehementior ejus zelotypia, *eo major et largior ejus gratia*! Animos vero, quos tam severe sibi poscit, eo quod *in nobis* (s. a Deo collocatos esse s.) *habitationem fecisse* dicit, commonefacit div. suae originis et indolis. 2) Quod hanc zelotypiam, in VTo tantopere frequentatam, non proprio suo vcblo ζήλου (קִנְאָה) appellavit, satis explicatum excusatumque habebis argumentatione, totâ adv. ζῆλον κ. ἐρίθειαν directâ (3, 14. 16); certe φθόνον non minus apte rectequc dici, docent ll. Jos. Antt. cc. (p. 219). 3) Quod haecce in SSâ non *ad vbum* habentur, non sane confecit SCHNK. Nec componi possunt 1, 11. 2, 21-23. 5, 11. 17. 18; si vel dici possent *minus accurate* allegata, deest certe diserta allegandi formula; nec momentum facit 2, 23. si vel concedatur additamentum haberi vbis SSae e judd. (מִדְרֵשׁ) assutum. At non unum quoddam effatum voluit, sed sententiam quae ubique recurreret, quae SSae integris expositionibus subesset universumque consilium ac finem fere complecteretur et absolveret, quae in ipsâ singulatim legislatione mos. mirum quantum emineret (Ex. et Deut. ll. cc. cll. 6, 5. 15. 7, 6-10. 9, 13 sq. 11, 26-28. 13, 1 sqq.), quae quemadm. nemini non in promtu esse deberet, nullibi tamen ita conformata deprehenderetur ut ad vbum allegari posset. Expressit igitur *suis* ideoque *definitioribus* vbis, ad primaria effata satis aperte alludens eo, quod *summae zelotypiae* opponit *benignitatis gradum adhuc majorem*. 4) Egregie addicit nexus: *Deo se submittant* (v. 7) absque omni διψυχίᾳ (v. 8) beneque recordati eo ipso resisti *diabolo* (v. 7 cll. 3, 15).

Ita vero re ipsâ succurrisse nobis videmur eorum desperationi, qui *non haberent quomodo e vbis qualia nunc legantur probabilem extunderent sensum*. Ita enim HT.: 'Diversas intptum sententias si commemorare velim, dies me deficiat. ex omnibus vero ne unam quidem possum probare, ita coactae, contortae, linguae aut contextui adversantes, invitâ denique Minervâ susceptae videntur. Sed ut verum fatear, sensum ex his probabilem, ut nunc quidem leguntur, quo modo extundam, non habeo[224]). EB. eumque secutus GT. totum hoc: *διὸ λέγει — χάριν*, ut e 1 Ptr. 5, 5. ab aliquo margini primum adscripta ac, ut fit, deinde in contextum translata, delent idque faciunt addicentibus duobus [tribus: G 2. 30— ex apertâ oculorum aberratione a priore *διό. χάρ.* ad alterum!] cdd. grr.. Cum his etiam facit Vers. Tig.. Ita vero loco nondum satis videtur consultum. restant

---

224) Sim. SCH. (*Th. Ann.* 433): '*Aus dem Texte, wie er jetzt beschaffen ist, wird Niemand klug*'. Explicuerat Comm. (c. PT) ἐπιποθ. πρός = ἐπιθυμεῖν κατά ('*dem Neide ist der Geist zuwider der in uns Wohnung genommen hat*') addideratque vba *μεῖζ. — χάριν* s. exterminanda esse s. rescribendum: '*μεῖζον, μᾶλλον*, ingenerat potius gratiam invidiae contrariam mens illa' ('*vielmehr flösst er Anmuth, Gefälligk. ein, das Ggth. des Neides*'). Posthac (commonefactus a censore ap. WIN) offendit ipse in form. ἐπιπ. πρός (ערג sq. על et את), cujus intactam reliquit notionem *hostilitatis* perperam illatam [vd. supr. p. 218], taxavit relationem ad invidiam ('*e. Lechzen od. wie Strr. es gibt, e. Streben nach Neid ist ungedenkbar, so wie e. Streben nach Geiz u. dgl.*'). Arreptâ igitur, quam praeter expectationem ap. WTST. deprehendit (*etwas 'das bisher uns u. andern unbemerkt geblieben scheint'!*), interpunctione: *λέγει πρ. φθόνον·* enarravit: *Das Schr.wort sagt üb. den Neid.... Es ist e. schonender milder Geist der in uns wohnhaft geworden* (ἐπιπ. = חומל, συμπαθεῖ, ἐλεεῖ, φείδεται sc. ἐπὶ τ. ἀδελφοῖς, ἐπὶ τοῖς πλησίον), *ja noch mehr ein holder!* additâ hac conjecturâ, ipsum SSae effatum excidisse, fortasse Sap. 2, 24. *Φθόνῳ διαβόλου* (i. e. Caini) *θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τ. κόσμον· πειράζουσι* (= προσκαλοῦνται ib. 1; 16) *δὲ αὐτὸν* (*θάνατον*) *οἱ τῆς ἐκείνου* (*διαβόλου*) *μερίδος ὄντες.*

illa vba *μείζ. δὲ δίδ. χ.* quae quomodo cum ceteris sensu probabili connectam, neque ego reperio neque vidi qui id praestiterit. Itaque si conjecturâ in his uti liceat, mihi quidem expulsis hisce vbis: *μείζ. δὲ δίδ. χ.*, *διὸ λέγει*, atque ante *θεὸς* additâ Part. *δὲ*, ceterorum recte sic procedere intptatio videtur: Putatisne frustra aut falso SSam hoc dicere: *Animus hominis naturâ fertur ad invidendum aliis* qui nobis quacunque re praestare videntur. semper summa appetit, primas opum, potentiae, honoris partes sibi si possit vindicans. *atqui superbos istos atque arrogantes Deus spernit ac dedignatur, contra eos diligit et fovet qui suâ sorte, quamvis tenui atque humili, contenti ab omni fastu, invidiâ atque arrogantiâ sunt remoti.* Sed ut dicam, quomodo vba illa in contextum illata putem, forsan aliquis ad illa *ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν* in margine adscripsit *μείζονα*, nim. ad hunc Compar. intelligens *ἢ τοῖς ὑπερηφάνοις*. alius deinde plenius hoc glossema extulit, *μείζ. δίδ. χάριν*. postea haec in contextum migrantia Part. *δὲ* et vba *διὸ λέγει* ligandae orationis causâ ultro invexerunt. Atque haec, ni fallor, satis probabiliter dici possunt. Si vero tantum sensui succurrendum atque apta sententiarum connexio esset quaerenda, magis etiam placeret, illud omne *πρὸς φθ.* — *διὸ λέγει* ejici, tanto magis, quod unde desumta sint quae drr. in LSis extare, magnâ intptum dissensione quaeritur... Sed quo modo .. si genuina non sint, huc migrasse dicam, ut verum fatear, ratio probabilis mihi non suppetit'. — Quid lucratus est? Exterminavit quae difficultate carerent, intactam reliquit[225]) tanti intptum dissidii sedem! Unde enim vba, quae ex Hr[1] conjecturâ cum effato Prov. coaluerunt? Gratis igitur addere coactus est non solum illud *δὲ* ante *θεός*, sed etiam — ineptiam librarii! Quis quaeso *χάριν* concessam *ταπεινοῖς* explicuerit *μείζονα* cogitaveritque majorem *quam quae arrogantibus concedatur?* — Posterius evitavit Lück.[226]), minime vero prius; nova quam addit conjectura locum insuper corruptum sistit, id quod Scht[227]) - quanquam minus violenter -, praeivit. Idem obversatum videtur quod Thd. Antonides[228]) conjecturâ effecit haud infelici, quam a Wf° praetermissam Heis., quia *ingenium* habeat, adjecit.

7. 8. *Submittite igitur vos Deo.* Missâ qualicunque in Deum insurgendi temeritate, *adversus diabolum* ejusque ad peccandum sollicitationem vos convertite. *Resistite* modo *atque aufugiet* profligatus. Item *Deo* modo *vos applicate* mente, animo, vitâ, *atque* statim *se vobis applicabit* numine suo praesentissimo. *Purgate* np. *manus* sceleribus inquinatas, *o peccatores; lustrate* vero etiam *animos* cupiditatibus distractos, *o* homines inter Deum mundumque quasi *divisi.*

7. Ante omnia opus est remissione superbiae. *Ὑποτάγητε οὖν τ. θεῷ*] *itaque* — 'tum propter Dei *ζηλοτυπίαν* quae *ἐχθροὺς*

---

225) Sim. Herd. qui post prius *χάριν* s. scriptoris s. librarii alicujus fervore excidisse conjecit *τ. ταπεινοῖς.* 226) Ap. Gbs. p. 337 not.: '*Ich streiche μείζ. δὲ δίδ. χ. διὸ λέγει. Ich halte es für e. Art v. Glosse u.* error librarii *zu ἢ γρ. λέγ. u. τοῖς ταπ. δίδ. χ. V.* 6. *Vielleicht ist d.* contextus *so zu construiren: πρὸς φθ. — — ἐν ὑμῖν. ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γρ. λ.: ὁ θεὸς ὑπερηφ.* rell.' 227) 'Totus l. antiquitus videtur depravatus esse et vera lectio haec fuisse; *ἢ δοκεῖτε κενῶς ὅτι πρὸς φθ. ἐπιπ. τὸ πν. ὃ κατῴκ. ἐν ἡμῖν, μείζ. δὲ δίδ. χάριν*; *λέγει δὲ* (v. 6) *ἡ γρ. ὅτι ὁ θεὸς ὑπερηφ.* ctt. *an temere existimatis, Sp. div. qui in nobis habitet invidiose concupiscere* (ejusmodi desideria efficere, quae invidiam excitent) *atque ita dona nobis tribuere* (procurare) *praestantiora?* (Minime). *Imo Scr.* (sacra) *dicit: Deus* ctt.' 228) Putat J. scripsisse: *ἢ δοκεῖτε ὅτι πρὸς φθ. ἐπιπ. τὸ πν. ὃ κατῴκ. ἐν ἡμῖν; μείζ. δὲ δίδ. χάριν, διὸ ἡ γραφὴ λέγει· ὁ θεὸς ὑπερηφ. τλ.* atque 1) vba *ἡ γρ. λέγει* e v. 6. in illum 5^ti^ locum translata esse festinatione librarii, cujus oculi praecurrerint mentem; 2) *κενῶς* in textum migrasse e margine, cui adscriptum fuerit s. ex *intptatione* (opinionem sistente vanam, imo falsissimam ideoque recte interrogando expressam) s. potius ex *emendatione* (qua vba *ἡ γρ. λ.* notentur hoc l. expungenda). Ita posthac vba *ἡ γρ.* superflua, contra *λέγει* iterandum videri poterant; et hoc etiam intelligeretur, quomodo alii transpositionem non videntes, videntes vero, ut sibi videbantur, inconcinnitatem repetitionis in *διὸ λέγει τλ.*, ad aliud extremum delapsi omnia illa vba usque ad v. 6 omiserint (Heis. p. 926 sq.).

habet τ. φίλους τ. κόσμου (v. 5), tum propter ejus benignitatem in humiles (v. 6)' (SCHNK); *anstatt es gg Gott zu wagen, wo jedermann den Kürzern ziehen muss, während ihr bei ihm lauter Wohlthaten geniessen könnet* (BMG) — *vos submittite Deo* (= ταπεινώθητε ὑπὸ τ. κραταιὰν χεῖρα τ. θεοῦ[229]) 1 Ptr. 5, 6) i. e. 'ipsam vestram cupiditatem, res quas affectatis, modum et mensuram quam in appetendo sequimini, Dei judicio subdite. itaque exulet fastus, pellatur invidia, absit nimium rerum terrestrium studium' (JASP): quibus omnibus non pietas, non animus Deo se dedens conspicitur, sed profana affectio, Dei imperium revera detrectans, mundo potius serviens. Ἐὰν (inquit Epict. ap. Arrian. p. 419) τ. θεῷ προσκατατάξῃ ἑαυτὸν, διελεύσεται ἀσφαλῶς. πῶς λέγεις προσκατατάξαι; ἵν' ὃ ἂν ἐκεῖνος θέλῃ, καὶ αὐτὸς θέλῃ, καὶ ὃ ἂν ἐκεῖνος μὴ θέλῃ, τοῦτο μηδ' αὐτὸς θέλῃ. Magis minusve aliena sunt 1) Continuatio imaginis matrimonii (ER.: 'praebete vos Deo morigeros, quemadm. sponsa obtemperat marito. quod si vos diabolus conetur ab hujus amore sejungere, repellite adulterum cum suis praestigiis'); 2) Continuatio similitudinis 'ab acie repetitae et inde a vcb. ἀντιτάσσεται inchoatae' (PT); 3) Expositio SMLI ipsi tam firma visa quae diligentiore confirmatione haud egeat, np. Judaeos et Judaizantes, Romanor. imperium aversari solitos, juberi Romanis *et sic Deo* se subjicere atque consilia abjicere rebellionum continuarum (cll. 1 Ptr. 2, 13. R. 13, 1 sq.). Ista vero remissio nec virium intentionem excludit nec contentionem. Contendi debet, quia hac demum lege conceditur successus. Contendi potest, quia hic successus a seriâ et strenuâ voluntate totus est suspensus. 'Homo quasi in bilance positus aut superioris aut inferioris cujusdam potestatis vim, prout ipse det aditum, experitur' (SCHNK).

'Ubi modestiam erga homines, erga Deum submissionem docuit, Satanam proponit hostem in quem insurgere deceat' (CALV). Ἀντίστητε τ. διαβόλῳ καὶ φεύξεται[230]) ἀφ' ὑμῶν] Non quidem diabolo *ipsi* resisti potest, verum ejus quasi satellitio, ejus operibus: *cupiditatibus et libidinibus* cum propriis tum aliorum, utrisque multifariam ad peccata sollicitantibus (cll. 3, 6. 15; Jo. 16, 11. 33). Hac vero, itaque ipse etiam diabolus, nihil valent nisi quod hominum stultitia aut socordia concesserint. Non igitur rem ipsam, *officium* hominis eique *satisfaciendi facultatem*, tangit disceptatio de diaboli naturâ et potentiâ. Fac enim eum '*per prosopopoeiam* τ. κακίαν

---

229) Pergit: ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ (quocum cf. Jac. v. 10); et v. 8 sq.: *Νήψατε, γρηγορήσατε· ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ· ᾧ ἀντίστητε στερεοὶ* τ. πίστει (cll. Jac. v. 7). 230) '*Das gute Princip besiegt das Böse. So die Versuchsgesch. Jesu Mt.* 4, 1-11. *Jes. setzt dem listigen Versucher das Pflichtgebot entgegen: Nur Gott sollst du anbeten, nur s. Willen erfüllen! er bietet ihm muthig d. Stirn: ὕπαγε ὀπίσω μου* ctt. *u. d. Versucher entweicht: τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβ. Diese Stelle ist also völlig als Parall. zu d. unsrigen zu betrachten. Nur hüte man sich den ehrl. Ap. zu e. Philos. od. Theol. der neuesten Schule zu machen*' (AGSTI). 'De diabolo fugiente multa narrant Judd. Test. Isasch. 7 p. 629 Ταῦτα ποιήσατε κ. ὑμεῖς, καὶ πᾶν πνεῦμα τοῦ Βελιὰρ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. Neph. 8 p. 672 Ἐὰν γὰρ ἐργάζησθε τὸ καλὸν ... ὁ διάβ. φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. Aser. 3 p. 691 Ἀναιροῦντες τ. διάβολον ἐν τ. ἀγαθαῖς ὑμῶν πράξεσιν' (SCHNK). 'Vgl. Herm. Past. 2, 12: *Der Teufel kann wohl angreifen, ab. nicht siegen, u. wenn ihr ihm widerstehet, wird er beschämt entfliehen. Bei denen, welche Gl. haben, kann er nichts ausrichten; nur die deren Gl. nicht vollk. ist, werden s. Sclaven.* Cf. Ed. Cotel. p. 101' (GBS). — Add. ALTH.: '*Durch Unglauben weicht man v. Gott u. durch Gl. kommt man zu Gott*'.

1, 21, τ. ἁμαρτίαν vocari, *matrem omnis libidinis*' (SCH): manent *effectûs omni virium intentione impugnandi*; agnosce vero singularem naturam: utcunque exaggeres ejus potentiam, eam informare debebis quae voluntate hominis vinci queat [vd. p. 41] — ni velis evidentem App. doctrinam deserere. 'Certe igitur in ipso usu et praxi hoc demum erit nobis perspicuum, si resistere velimus diabolo, resistendum esse cupiditatibus et sceleribus' (MR). 'Homines nullo periculo ei resistere et occurrere possunt vigilantiâ, sobrietate, recordatione et meditatione Dei atque fiduciâ divini auxilii i. e. precibus' (SCH. cll. Eph. 4, 27. 6, 11. 1 Ptr. 5, 9): namque (ut ait P. 1 Cor. 10, 13) *πιστὸς ὁ θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν*. *'Spernere primas vitiorum illecebras* (quae tanquam mali genii nos pelliciunt) *optimum vitia ipsa effugiendi remedium*' (PT).

E genere dogmatico add. haec: 1) CALV.: 'Promissio .. de fugâ Satanae videtur quotidianâ experientiâ refutari. certum enim est, quo quisque fortius repugnet, eo acrius urgeri. ludit enim quodammodo Satan, ubi non repellitur serio conflictu; sed adv. renitentes, quicquid habet roboris, explicat.' — Recte vero nec pugnando unquam fatigatur, nec unâ victoriâ plane profligatur; verum 'quamvis continuos insultûs repetat, semper tamen exclusus discedit', illiusque experientiae causa nequaquam ultima haec fuerit, quod quo magis provocetur, eo faciliora capiat incrementa. — 2) HT.: 'Vulgo intptantur *pravis cupiditatibus*, nec repugno, si rem e vero judices. sed Ap. Satanam, ex opinione Judd. omnis mali atque inprimis moralis auctorem, proprie designare voluisse, mihi dubium non est. cf. 1 Ptr. 5, 8 sq.' — 3) 'Falsissimâ eâque perniciosissimâ opinione multi .. tenentur, non solum diabolum *οὐσίαν* et *ὑπόστασιν* certam esse, quae per se ipsa constet in rerum naturâ, sed dominum tantae potentiae, ut aemulus Dei imperium ejus usque infestet, devastet atque imminuat, neque dum satis frangi ac debellari potuerit... *Teneamus App. sententias, ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ* 1 Cor. 8, 4, *οὐδὲν δαιμόνιον* 10, 19' [vd. supr. p. 133], 'neque ullum dari *πειρασμὸν* nisi *ἀνθρώπινον* [10, 13], *ἕκαστον* [Jac. 1, 14] *πειράζεσθαι ὑπὸ τ. ἰδίας ἐπιθυμίας*' (SCH.; vertit: '*Widerstehet jedem Anstifter*' cll. R. 16, 17–20). *J. redet v. e. διάβολος nicht in Uebereinstimmg mit dem Wahne der Juden – denn alle Verführg zum Bösen führt er* 1, 14 [vd. supr. p. 38 sqq.] *auf d. eigne Begierde zurück, so wie er auch K.* 4 *Anf. in die sinnl. Lüste den Grund der Sünden setzt – sond. er behielt den alltägl. Ausdruck bei, u. διάβ. war ihm im echt xstl. Sinne bloss die furchtb. verführerische Macht des Bösen; sie ist, will er sagen, k. unbezwingl. Macht* (GBS). — 4) SCHNK.: 'Nonne J. pueriliter luderet his ultimis vbis, si diaboli opinionem ipse rejecisset? quis quaeso in tantâ admonitionum severitate accommodationis quam vocant suspicionem admittat?' — — *Die Zus.stellg zeigt an* 1) *niemand könne dem S. widerstehen ohne Unterwerfg unter Gott;* 2) *die U. sei nie v. rechter Art ohne Aufkündigg d. Gemeinsch. u. d. Dienstes des S.;* 3) *S. habe sein Werk bei aller hochmüth. Selbsterhebg u. Beneidg;* 4) *die Versuchgen des S. seien erträglich u. können unausbleibl. vortheilhaft werden* (BMG).

8. Quemadm. diabolus impar est volenti, ita eidem Deus non deest. 2 Chr. 15, 2. *Κύριος μεθ' ὑμῶν ἐν τῷ εἶναι ὑμᾶς μεθ' αὐτοῦ* (יְיָ עִמָּכֶם בִּהְיוֹתְכֶם עִמּוֹ) *καὶ ἐὰν ἐκζητήσητε αὐτὸν, εὑρεθήσεται ὑμῖν, καὶ ἐὰν ἐγκαταλείπητε αὐτὸν, ἐγκαταλείψει ὑμᾶς*. *'Je weiter v. d. Sünde, desto näher bei Gott! Zugleich: bittet Gott um Beistand zum Kampfe, so wird er ihn euch gewähren'* (GRASH). *Ἐγγίσατε τ. θεῷ καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν*] *'appropinquate Domino* per humilitatem, ejus vestigia sectando, *et appropinquabit vobis* per misericordiam, vos de angustiâ liberando. non enim *regionibus* longe est quisque a Deo sed *affectibus*' (BD). *Ἐγγίζει* - נגשׁ, קרב quibus opp. רחק, טור - I) Deus ad hominem: *numine suo*, tranquillando, fortunando, favendo auxiliumque ferendo. Jes. 57, 15: '*Die (Himmels)höhe u. das Heiligthum bewohn' ich, aber auch beim Zerschlagnen u. Geistesgebeug-*

ten' (DWTT). Cic. dND. 1, 14. *Deus occurrit nobis in precibus, optatis, votis.* add. Phil. de migr. Abr. p. 397. *Οὗτος ὁ ὅρος ἐστὶ τ. μεγάλου θεοῦ, τὸ τῷ θεῷ συνεγγίζειν, ἢ ᾧ θεὸς συνεγγίζει.* II) Homo ad Deum: *cultu* non solum *externo* (ut aditu templi, ut oblationibus ctt.) sed singulatim etiam *interno*, animo (Mt. 15, 8 e Jes. 29, 13 *Ἐγγίζει στόματι, ἡ καρδία πόῤῥω ἀπέχει*).

Vera ad Deum applicatio haec est: *Καθαρίσατε τλ.*] 'Qui adhuc estis peccatorum coeno obliti, emundate manus vestras, abstinentes ab omni genere *malefactorum*; purificate corda vestra, ne quid illic resideat impiarum *cupiditatum*, qui nunc estis animo duplici, partim amantes quae sunt Dei, partim quae sunt mundi: totum pectus uni Xto dedicate' (ER). Aperta est oppositio externi et interni, integritatis vitae et innocentiae animi. Neglexerunt HT. GRASH.; repudiavit PT. quia veteris aevi scriptores non sic distinguere sed formulis parallelis uti soleant!: verum diserte expressa Substantivis, inest etiam Vbis et Adjj. *Χεῖρες*] symbola sunt *actionum*[231]), quas frustra curat qui intactam relinquit *Καρδίαν*] actionum *fontem*. 'Non satis est malefactis abstinere: animum quoque ita curare oportet ut nihil turpiter cogitemus. ergo lustrandus est animus, castus reddendus a libidinibus, integer consiliis ac studiis' (SCH). *Ἁγνίζειν*] quanquam aeque ac *Καθαρίζειν*] a *purgationibus lustrationibusque leviticis* (חִטֵּא, טִהַר s. הִטַּהֵר, קִדֵּשׁ) ad *mores* transferri solet, eo tamen differt quod non facile ad singula peccata referatur: dr. singulatim de *pietatis exercitiis et praesidiis* (ut Jo. 11, 55 Act. 21, 24) deque *castimoniâ*. add. 1 Ptr. 1, 22. 1 Jo. 3, 3. *Δίψυχοι*] *ambigui*, non: 'inter Judd. et Xtt. adhuc quasi medii' (SML), sed: 'qui mentem inter Deum atque mundum quasi dividunt, religionis studium prae se ferentes, at iidem ambitioni, voluptati ac libidinibus servientes' (HT). Haec quasi duplicitas, s. ea ex fraude et simulatione proficiscatur (ut h. l.) s. ex imbecillitate (ut 1, 8; vd. p. 23), est quae animi *puritatem* impediat (*οἱ διπρόςωποι οὐ θεῷ ἀλλὰ τ. ἐπιθυμίαις αὐτῶν δουλεύουσι.* Test. Aser. 3 p. 691). Unde additâ compellatione: *vos qui adhuc duplices estis!* modum insinuat purgandi. Idem voluit praecedente Adj. *Ἁμαρτωλοί*] *vos qui peccatis* - variis facinoribus ac flagitiis - *manus quasi inquinastis* (vd. 1, 21. supr. p. 66).

'*Καθαρίσατε χεῖρας* duplici ratione, tum quae per injuriam parta habetis restituendo, vel si hoc minus licet, in communem utilitatem tradendo; tum desinentes vim et fraudem in alios exercere atque alios ad peccandum sollicitare' (SCH). Expletionem PT° fere probatam: '*purgate manûs* sc. *sanguine pollutas*', nec defendit quod 'J. Xtt. alios linguâ insectantes tanquam *φονεῖς* detestetur (v. 2. 5, 6)', nec quod prophetae 'sanguine plenas dicunt manus, quum omnium scelerum commaculationem significant' (ZWGL), nec denique formulae origo. BMG.: *Metaph.* (*wie Jes.* 1, 15. 16); *bed.* 1) *enthaltet euch aller sündl. Hdlgen Hiob* 22, 30. *Ps.* 24, 3 *f.* [quo alludi censuit MR] 26, 6 *ff. Jes.* 33, 15 *f.* [59, 3. 6]; 2) *bezeuget eure Unschuld auf thätige Weise Mt.* 27, 24. — Quae vero v. c. CALV. diluere laborat, e n. l. fortasse inferenda, 'priores in nobis partes sitas esse, Dei gratiam postea subsequi', atque 'secundariam et quasi pedisequam esse Dei gratiam nostrae praeparationi': ea nonnisi dogmaticas distinctiones tangunt.

---

231) Phil. de charit. 718. *Λόγου μὲν στόμα σύμβολον, καρδία δὲ βουλευμάτων, πράξεων δὲ χεῖρες.* Quod det. pot. 176. *Τὰς ἡμετέρας χεῖρας συμβολικῶς τὰ ἡμετέρα παριστὰς ἐγχειρήματα.* Add. 1 Tim. 2, 8. *Προςεύχεσθαι ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς τλ.*

9. 10. 'Si vultis vere felices esse, hîc *sitis afflicti*; si vultis aeternum gaudere, hîc *plorate*; si sine fine laetari, hîc *flete*. Stultus iste et perniciosus (inanium hujus seculi voluptatum) *risus vertatur in luctum* (poenitentiae) salutarem, exitiale *gaudium* commutetur in salutiferum *moerorem*... Nemo semet erigat in altum, quin potius *dejicite vos ipsos in conspectu Dei*; ipse sic dejectos *eriget* ac vere sublimes reddet' (ER).

Solche Reinigg muss durch lebendige Erkenntniss d. Sündenübels geschehen u. kann nicht ohne schmerzhafte Empfindg od. unmerklich abgethan werden (BMG). 'Moerorem Xtus (Lc. 6, 25 *Οὐαὶ ὑμῖν, οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε κ. κλαύσετε*!) denunciat iis qui rident pro maledictione. et J. paulo post [5, 1] in eandem sententiam divitibus luctum minabitur. Verum hîc agit de salutari tristitiâ, quae nos ad poenitentiam adducit. Eos alloquitur, qui mente inebriati, Dei judicium non sentiunt: ita fit ut sibi in vitiis placeant. mortiferum hunc torporem ut illis excutiat, admonet ut lugere discant, conscientiae sc. dolore tacti, ac sibi adulari et plaudere in propinquo exitio desinant' (CALV). 'Imitatur stilum propheticum cum grande sonans, tum eandem sententiam vbor. diversitate varians oratio. omnia tandem unum vbum *ταπεινώθητε* summatim comprehendit' (HT).

9. Sensus *moeroris* et *pudoris* quo efficacius insinuaretur, vcbla tristitiam significantia *a*) cumulantur, idque *b*) per gradus, ac fere *c*) per Impp. Aor. [cf. WIN. *Gr.* 261 sq.] notionibus absque definiti temporis respectu informatis. *Ταλαιπωρήσατε*] *A*) '*Affligite* vosmet ipsos jejuniis et aliis corporis *σκληραγωγίαις*' (GT); *B*) Affligi *vos patiamini*, afflictationem ne detrectetis (*sagt euch los vom alleinigen Streben nach sinnl. Freuden, das so vielen Schaden für d. Seele bringt; übernehmt willig Leiden: es wirkt höhere Güter* GRASH); *C*) Affligamini *animo* i. e. miseros vos agnoscite, vestram persentiscite miseriam (*sich unglückl. fühlen — in der weltl. Beschaffenh. d. Gesinnung* ctt. GBS). Est: *laborare, affligi*; rarius: *affligere*. In NTo habentur nonnisi Adj. (R. 7, 24. Ap. 3, 17) et Subst. (R. 3, 16. Jac. 5, 1). Ap. LXX respondet עוה Ni. et vbi שׂדד Conjj. pass. (vd. Lexx.). Hunc miseriae sensum etiam prodite; *ταλαιπωρίαν* vestram miseramini et lamentamini. *Πενθήσατε*] אבל *lugete* (dr. de *sensu, vultu* et inde demum de *vestitu*, ut sacco et cilicio). *Κλαύσατε*] בכה *plorate*. Surgit oratio, omnem risum et laetitiam prorsus excludens: cesset ita et *Γέλως*] *risus* - non (MICH) disputatorius, irrisorum, sed *lautae vitae* (*eure lautausbrechende Fröhlichk. bei euren sinnl. Genüssen* GBS) - et *Χαρά*] universa *laetitia*. Cedat illa *Εἰς πένθος*] *in luctum*, haec *Εἰς κατήφειαν*] *in moerorem* — ubi hoc magis internam durantemque affectionem, illud magis actiones deinceps conspiciendas spectat. *Κατήφεια· ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τ. ὀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους* (itaque quae supercilia quasi deprimit, demisso vultu se prodit, *Niedergeschlagenh.*, *Schaam*) Etym. M. cll. quod Plut. *κατήφειαν* dicit *λύπην κάτω βλέπειν ποιοῦσαν*. et hebr. הפיל פנים Jer. 3, 12. Job. 29, 24; de re vd. Lc. 18, 13.

SNS.: '*Es trete an d. Stelle von ausschweifenden Vergnüggen, an d. Stelle eines nur der sinnl. Freude gewidmeten genusssüchtigen Lebens, aufrichtiger Schmerz üb. eure Sünden, damit ihr dadurch rein werdet, v.* 8' (GRASH). Aliena est PTI sententia, *modestiam animique demissionem* dici, abrepto scriptore ardore animi ad *tristitiam in lacrimas prorumpentem* postulandam.

. 10. *Ταπεινώθητε ἐνώπιον τ. κυρίου*] = *ὑποτάγητε τ. θεῷ* v. 7 [vd. p. 230] cll. 1 Ptr. 5, 5 sq. [vd. not, 229]: *humilem* sc. spiritu (שְׁפַל רוּחַ Jes. 57, 15), demissum *fieri* et (quod consequitur) *se gerere*. *Ὑψώσει ὑμᾶς*] ירוממכם *attollet vos* s. sublimes faciet donis suis, de quibus 1, 17' (GT). Vd. ad 1, 9 [p. 25 sqq.]. 'Si Dei providentiae vos subjicitis, projectis votis et desideriis inanibus; si obsequimini novis Xti praeceptis, quae omnibus hominibus eandem correctionem et salutem commendant: tum et rerum externarum faciem videbitis aliam' (SML). 'Peccatoribus, praesertim superbis, Deo reconciliandis maxime necessaria est humilitas. ideo rursus hac velut superiorum clausulâ, ad humilitatem eos revocat, idque additâ promissione exaltationis. quasi dicat: ut concludam, haec una ratio est amicitiae et gratiae Dei recuperandae, et altitudinis quam quaeritis adipiscendae, si vos humilietis in conspectu Dei' (EST. cll. Mt. 23, 12). 'Bene alicubi AGSTIN.: *Sicuti arborem, ut sursum crescat, profundas subtus radices agere oportet, ita, quisquis in humilitatis radice fixum animum non habet, in ruinam suam extollitur*' (CALV).

Sns.: '*Wenn ihr eure Mängel voll Demuth einsehet u. Gott bekennet, wie der Zöllner Lc.* 18, 13*f.*, *so gelanget ihr dadurch u. durch G.'s Gnade zu e. Würde, die euch zu e. ausgezeichneten geistigen u. sittl. Höhe*' [*u. zu wahrem Glücke*] '*erhebt*' (GRASH). Add. MR.: 'Cum .. Judaei se coram Deo humiliarunt, quid fecerunt? jejunarunt, induerunt vestes, quas saccos dixerunt, humi sederunt, cineribus adsperserunt caput, sciderunt vestes . . . Lev. 16, 29. 31. Sed haec omnia nonne sunt signa luctûs, qui est in animo, doloris de vitâ ante actâ et peccatis? ergo nunc quoque *ταπεινοῦν ἐνώπιον θεοῦ* erit: *dare documentum doloris sui de vitâ ante actâ*, et haec documenta damus *melius in posterum vivendo*... Externis enim istis Deus non delectabatur; volebat cum istis externis conjungi interna'. 'In his externis semper est illud: *fugite peccata, vivite melius*'. — Aliena sunt quod 1) *ταπεινοῦσθαι* nonnulli specialius informarunt *humilem* i. e. terrenis inhiantem sensum, quem *quasi coram Deo* i. e. sincere jubeantur agnoscere (*erkennet aufrichtig euren niedrigen auf Besitz u. Genuss irdischer Güter gerichteten Sinn, so werdet ihr e. erhabnern Character erlangen*); quod 2) GT. Dominum voluit *Xtum* (est = לפני יהוה cll. nexu); quod 3) STORR. statuit J. a Jobo (22, 19) ad hanc sententiam deductum esse, occasionemque praebuisse Petro eadem (absque respectu Jobi) repetendi. Bene AGSTI: '*Mus denn überh. jede ähnl. Stelle sogleich e. Allegat sein?*'

11. 12. Paucis: *nolite vobis invicem* singulatim circa pietatem *obtrectare, fratres*! Namque *qui fratri obtrectat s.*, ut aliis vbis utar, qui eum *judicat* et criminatur, quem *fratrem suum* colere deberet: is *legi* div. ipsi *obtrectat legemque judicat* et criminatur. *quod si vero legem judicas* et criminaris: *non obsequium legi praestas*, quod deberes, *sed judicium tibi sumis*, quod absque Dei violatione non potes. namque *unus est* verus et summus *legislator* idem*que* non solum et judaicae et xt. legis auctor, sed etiam verus et summus *judex* isque idonea *facultate praeditus* et *servandi* salutis aeternae largitione *et perdendi* suppliciis infligendis — Deus; *tu vero, quis* tandem *es qui judicare* et criminari audeas *alterum*?

Var. lect. 1) Pro *καὶ κρίνων* legendum est *ἢ κρ.* (AB 13. 25. 69. 73. al. 5. SYR. utr. ERP. COPT. ARM. SLAV. VULG. THPH.; prob. LACHM). Illud fluxit e sqq. *καὶ κρίνει*, ubi utrumque vb. translate dictum apte conjungitur copulâ, quum altero l. posterius priori subjunctum sit explicationis causâ. 2) E Ps. 37, 23 vba: *Ὅτι οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἀλλ' ἐν θεῷ τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται* (quae in elencho capitum comparent ap. EUTHAL. et ORC.) adduntur v. 11 extr. 18, v. 12 extr. 2 in m. 15. 26. 30. 36. MT. g. 3) Post *ὁ νομοθέτης* addendum *καὶ κριτής* (AB 13. 14. 27. 29. 36. 40. 61. 69. 73. al. 13. et Barb. 2. MT. a. d. al. 4. Ed. SYR. utr. ERP. COPT. AETH. ARM. SLAV. VULG. corb. floriac. CYR. ANT. EUTH. THPH. CASSIOD.; probb. MR. GRIESB. LACHM). Ita demum et concinna et plena existit oratio; nec est quod (c. HT. probb. SCH[10] et WIN. Obss. p. 17) additamentum statuas, inde ortum quod 'non apte satis nexa oratio videretur', sine

quo idem dicat 'sermone utens decurtato neque tamen obscuro. nam qui legislatorem dicit, etiam illum dicit cujus est de lege latâ judicare'. 4) Δὲ post σὺ tuentur ABG aliique multi probb. GRIESB. GBS. LACHM.; 'abest recte', ait SCHNK.: fortasse quia (ut ad initium v. 12mi notavit) 'omittit J. ubi singulari gravitate aliquid proponit (2, 13. 3, 2)'. 5) Pro ὃς κρίνεις legunt ὁ κρίνων AB 13. 25. 31. 69. 73. 98. al. 6. MT. a. ex em. m. Ed. SYR. SLAV. THPH. (probb. GBS. LACHM); pro τὸν ἕτ. vero τὸν πλησίον AB 13. 25. 40. in m. 69. 73. al. 5. MT. a. ex em. m. SYR. ERP. COPT. VULG. corb. flor. THPH. (prob. LACHM): argumentis internis in utramque partem paribus cll. 2, 8. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον. R. 2, 1. Ἐν ᾧ κρίνεις τ. ἕτερον τἰ. 21. Ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον. 14, 4. Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; quod πλησίον quis explicuerit ἑταῖρον, unde deinde alii ἕτερον (MILL), conjectura est eo certe (ab ALBERT. ad h. l.) nondum satis firmata, quod haec duo vcbla saepe commutentur. Facilius per ἕτερον ipsum explicari poterat ὁ πλησίον, quemadm. vicissim hoc illius interpretamentum (c. HT. et GBS) dici potest.

Aptissime finit, remissiore sermone (ἀδελφοί!) summatimque cohortationem complectens et absolvens. 'Praeceptum hoc cavendae detractionis superioribus subjungit, quia detractio linguae vitium est affine contentionibus, de quibus jam egit, et cum his ex eâdem radice surgens, np. radice superbiae et ambitionis. nam ideo detractor fratri obloquitur et famam ejus convellit et maculat, ut ille depresso et contemto ipse melior ac honoratior habeatur' (EST). 'Optime cohaerent prioribus, quum *arrogantiae* jam notatae exemplum adm. frequens' – quid quod cujus causâ omnis disputatio instituta erat (v. 1 cll. 3, 9 sqq.) – 'ponant ante oculos lectorum et, quantum istâ ratione reverentia Dei quam illi affectarent sit violata, demonstrent' (SCHNK).

Nolite Καταλαλεῖν] 'obloqui, quo vbo non solum *obtrectationis* vitium quo fama laeditur *absentis* - quanquam hoc potissime - verum etiam *convicium* et *calumnia* significari solent' (EST). LTH. angustius: *afterreden*. Quod enim genus *obloquendi* h. l. obtineat, docet additum *Κρίνειν*] *judicare* i. e.[232]) *damnare*. Cogita mutuam legis div. non satis servatae criminationem in convicia fere abeuntem, e Judd. disciplinâ ad Xtt. traductam, a Judaeoxtt. in reliquos primum conjectam atque ab his mature illis redditam — dum Judaei, div. auctoritate legis mos. freti, *negligentiae* s. adeo *impietatis* incusarent quotquot illi se subjicere nollent: pagani, novae institutionis perfectioris quam illa nonnisi praeparasset liberalitate nixi, *superstitionem* dixerunt illius continuatam observationem! —, Paulo[233]) etiam potissima negotia facessentem (ut 1 Cor. 1, 11. 11, 18. singulatimque R. 2, 1 et 14, 1 sqq. cll. supr. [ad 1, 25] p. 80). Haec

---

232) E sensu. Quo enim saepius, praecipitantius, arrogantius judicium fit, eo magis *iniquitatem* et *damnationem* involvet. OEC.: καταλαλεῖ νόμου κ. κρίνει νόμον. ἀντὶ τοῦ καταχρίνει, καταφρονεῖ. ὁ γὰρ καταχρίνων ἀπὸ καταφρονήσεως τοῦτο ποιεῖ. Secuti sunt plerique omnes. PTO, ut vcbla κρίνων, κρίνει, κριτὴς significationis communitate rite continerentur nec oratio synonymis praeter rem cumulatis languidior evaderet, requiri visa est notio *discernendi*, q. d. *justo subtilius* de lege definiendâ et observandâ *judicare*, ita ut lóco obsequii *in solis argutiis atque placitis ostentandis* tibi placeas. Infertur h. r. quod nec vbum simpl. positum nec argumentatio suppeditant; contra inest et sufficit notio *judicandi*. 233) 'Nec P. judaizantes omnes coegit in suam societatem transire, nec J. concessit aliquid judaizantibus in istos Xtt. peritiores aut liberos a lege Mos.; vult tamen Paulus conscientiae causâ cedere aliquem in rebus vitae externae: non suae utilitatis causâ, quam nullam inde sperare poterat, sed *fratris* causâ, ut istâ oeconomiâ suâ fratrem imperitiorem manu quasi ducat, ne pede offendat, ne animum et conscientiam corrumpat' (SML.; addit celebrans illam relig. xt. indolem 'qua est liberrima et qua maxime in animo valet': 'Nulla demonstratio movet et afficit praxin et usum conscientiae; libertas intima animum ipsum impellit').

incusandi et criminandi licentia, utut in *docentibus* - ffs singulatim qui legis mos. essent tenaciores - perniciosior ideoque praesertim et castiganda et castigata, non minus tamen *docendos* occupaverat: atque ad *hos* ab *illis* jam transgressus erat[234]) scriptor (4, 1 sqq. cll. 3, 1 sqq.). *'Dum superciliose statuimus de aliorum factis ac dictis, ac si nostra morositas illis pro lege esset, dum secure damnamus quicquid nobis non arridet... Reprehendit eos, qui damnandis fratribus famam sanctitatis captant ideoque suam morositatem statuunt div. legis loco'* (CALV).

Additur causa[235]) cavendi et abstinendi: (*namque*) *qui ita facit* Καταλαλεῖ νόμου κ. κρίνει νόμον] *criminatur litemque* quasi *intendit legi* — non *agenti* solum et potissimum, sed *normae* quam ille agendo exprimit (s. ea sit perspicue informata, s. tumultuario quasi dictamine sensuum subministrata). Jam vero *A) De lege omnino* [PT] cogitari potest, quia et Articc. desunt et accuratior notatio. Verum ita diceretur *incusari aliqua quasi lex*, quod tam tritum et putidum est, ut ipse PT., frustra provocato *aenigmatico dicendi genere adagiis proprio*, eo demum ad argumentationem aptum reddiderit, quod *tamen in sensu loci constituendo utique* ad certam legem *restringere* jussit — itaque applicatione. Ea autem varie fieri poterat. *B) Lex mos.* [AGSTI[236])] est, quam ista criminatio revera tangit; sistitur ea *superstitiosa*. *C) Lex xtiana* [GT. SML. SCHT. HT] ita injuriam patitur, quasi sit *imperfecta* et ritibus aliisque artificiis *explenda*. Haec (νόμος ἐλευθερίας 1, 25; Χριστοῦ Gal. 6, 2; τ. πνεύματος R. 8, 2. ctt.) non ita simpliciter dici poterat; illam vero oratio non admittit latius patens, ita ut utrosque Xtt. videatur complecti: addendum aliquid fuisset aliove modo definitius dicendum. Adstrinxerunt igitur ad legem utrique disciplinae, quid quod generi hum. communem, *D) Legem de aliis amandis* [post OEC.[237]) et TH. AQ.[238])? MR. STZ. PT. SCH. GBS. GRASH. SCHNK], quam 'vel voce ἀδελφ. (pro ἕτερ. v. 12) non sine emphasi repetitâ' illatam (PT) nexus poscat, νόμον

---

234) Vicissim SML.: 'Jam *redit ad doctores*, qui suis rebus et partibus ita studebant ut aliis doctoribus detraherent ap. suos... Non abnuo etiam homines ex plebe saepe hoc vitio laborare; sed tum est tam humilis loci, infimi, ut minime possit huc referri, ubi illud κρίνειν τ. ἕτερον aperte pertinet ad doctores'. Ponunt haec doctorum plebisque discrimen, quale serius demum invectum est. 235) Argutius ea jam quaesita est in addito ἀλλήλων h. r.: quia *vicissim faciet* alter! Recte vero praeparata visa est ἀδελφοῦ appellatione; 'jam hoc vcb. quantum peccetur καταλαλίαις, submonet (cf. 1 Jo. 2, 9)' (SCHNK; addit: 'τὸν ἀδ. Articuli vides vim rhet. qua emphaticus vocis ἀδ. sensus profertur, quasi dictum foret: qui fratrum aliquem calumniatur, ideoque judicat hunc qui frater est ipsius ctt. (cf. R. 5, 2. Jo. 8, 44)'). SML. dixit *fratrem in ministerio*. 236) *Entw. d. Moralgesetz überh. welches d. oberste νομοθέτης des eth. Reichs gegeben* (*vgl.* 2, 8), *od.* (*wahrscheinlicher*) *das mos. Gesetz — polemisch gegen d. Heidenxsten, welche 'die πίστιν urgirten u. dgg die ἔργα τ. νόμου* (2, 14 *ff.*) *verwarfen. Sie wurden als* καταλαλοῦντες *u.* κρίνοντες *geg. die Judenxsten, zugl. Widersprecher, Ankläger u. Richter d. Gesetzes. Diese Leute werden nicht* ποιηταὶ νόμου, *sie erkennen d. Verbindlichk. desselben nicht an, sond. sie glauben üb. dasselbe erhaben zu sein, sie spielen d. Rolle eines* κριτής, *fällen d. Sentenz üb. d. Werth od. Unwerth, sprechen ab, verdammen. Von d. Verbindlichk. d. Gesetzes kann blos d. Gesetzgeber u. oberste Richter dispensiren, der kann begnadigen u. verdammen — wie können sich ab. solche Leute* (σὺ τίς εἶ τλ.) *so etwas anmassen wollen, sie, die nicht über sond. unter d. Gesetze stehen, die nicht Gesetzgeber u. Richter sond. Vasallen u. Partei sind'.* 237) Ποῖον δὲ νόμον; πρῶτον μὲν τ. διαγορεύοντα [Mt. 7, 1] μὴ κρίνετε ἵνα μὴ κριθῆτε. ἔπειτα κ. τὸν ἐν ψαλμοῖς [101, 5] τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον... Μὴ οὖν, φησὶν, ἐξουδενῶν κ. ὥςπερ ἀντινομοθετῶν διάκεισο· οὐ γὰρ ἐφεῖταί σοι, ἑνὸς μόνου νομοθέτου ὑπάρχοντος θεοῦ τλ. 238) 'Ille qui detrahit fratri, in tantum videtur detrahere legi, in quantum contemnit praeceptum de dilectione proximi'.

quippe *βασιλικόν* 2, 8. Verum quanquam haec lex, si quae alia, obtrectationem vetat et excludit: tamen partim ejus *migratio* nimis improprie atque ad argumentationem vix apte diceretur *legi obtrectare eamque judicare et criminari* (q. d. '*Wenn er .. es doch thut, so ists gleichsam, als wenn ers besser wissen wollte, u. glaubte Gott hätte dieses Gesetz nicht geben sollen*' GÖPE); partim quae Jacobo dicebatur obtrectatio amoris legem violans, istis sanctiloquis sine dubio visa, certe dicta est vera erga Deum pietas, eaque – nostris certe sanctiloquis testantibus – *severiorem*, quid quod *acerbiorem amandi modum*, singulatim erga *aliter sentientes*, ferens adeoque poscens. Videtur potius hoc esse argumentationis momentum, quod sit *E*) *Lex div.* cui istis criminationibus injuria inferatur in ipsum *Deum* recidens; id quod non solum de *lege conscientiae* (morali), sed etiam de *utráque lege revelatá* valet, cujus demum auctoritas illam revera labefactare valuit. Valet sententia universe pronunciata: '*Wer s. Nächsten so beurtheilt, als wenn er in letzter Instanz üb. ihn zu richten hätte, greift in Gottes Richteramt ein, u. setzt sich vermessea üb. das Gesetz .. weg, das er ehrerbietig befolgen sollte*' (STZ). Valet non minus specialis ejus applicatio: *Xtianorum utraque criminatio – s. ea superstitionis alteros incuset s. impietatis – arrogantiae rea fit ipsum Deum criminantis*[239]). Namque *Εἷς ἐστὶν ὁ νομοθέτης κ. κριτὴς*] *unus est legislator* – idem utriusque[240]) legis auctor: et severioris mos. et liberalioris xt. – *isque etiam judex* — et legitimus (quippe *legislator*) et idoneus (quippe *δυνάμενος σῶσαι τλ.* cll. Mt. 10, 28), idque et *utriusque legis* et *eorum qui alterutram sequuntur*. 'Unus Deus est, qui suis legibus conscientias jure subjectas habet, quemadm. solus animae salutem vel interitum habet in manu suâ' (CALV). Momentum facit *potestas*; quod etiam *jus* habet, in vbo *δύν.* invenire post GT. plerosque movit dogmaticorum quae dr. *possibilitas moralis*. *Σὺ δέ*] *tu vero*, qui *judicem* agis ubi *ποιητὴς* esse debebas — quemadm. enim legi unicuique, ita singulatim legi div. non hoc est propositum, ut *judicetur* judicandoque et criminando elevetur, sed ut *observetur* —; tu qui istam certe judicationem omnium minime dicere potes legis observationem: *Τίς εἶ τλ.*] *quis* i. e. *quantulus* es ctt.; *nullus* es, comparatione Dei institutâ: nec *καρδιογνώστης*, nec sententiam exequi valens, quid quod ne ipse quidem erroris peccatique expers — uno vbo: omni ex parte *temeritatis et arrogantiae reus*[241]).

---

239) Eadem argumentatio Prov. 17, 5. *Irrisor pauperum et ipsius Dei irrisor*. 'Non irridet Deum, si vere aestimatur; tamen injuria pauperi facta fit injuria adv. Deum, a quo est ut homo ille sit pauper' ctt. (MR). Add. Debarim Rabba 6 f. 258, 4. Dixit R. Ase: *Nemo alteri detrahit qui non simul Deum abneget*. Quam tamen argumentationem vix est quod *Judaismi* incuses c. SCHNK.: 'J., aut quod ipse in cognitione xt. sensim tantum profecit et nondum perfectus fuerat, aut quod lectores habuit parum provectos, praeteriit gravissimum illud [Mt. 25 extr.] de Xto violandis fratribus violando mysterium et *Ἰουδαϊκῶς* sententiam suam exponit'. 240) In alterâ *unitatis* relatione: 'legislator et judex est una eademque persona' (MR) – si vel apta esset ad argumentationem – opus fuisset Artic.: *ὁ κριτής*. Contra recte procedit interpunctio BMGII et ZACH.: *Ἀλλὰ κριτής εἷς ἐστὶν, ὁ νομοθέτης* (vbis *καὶ κριτ.* omissis); verum 'tanto minus ferri potest, quod praegressum *οὐκ εἶ π. νόμου* cum per se tum ex consuetudine J. oppositum aliquod exigit' cll. 1, 22. 25 (HT). Ceterum *Εἷς*] *Deus* utique; alii intptes [GT. MICH. cll. Hebr. 8, 6] malunt *Xtum* nominari; ad rem et sensum nihil interest: *Deus* per *Xtum* ut olim per *Mosen*, sed novo jam auctoritatis omine' ctt. (SML). 241) 'Interrogatio haec continet severam prohibitionem talis *ἀλλοτριοεπισκοπίας*' (SML). 'Quem te facis? nonne homo es? neque le-

'*Es kommt dir, der du nur e. schwacher hinfälliger Mensch bist, dessen Wohl u. Wehe in Gottes Hand steht, nicht zu, deinen Mitzsten, das Gebot u. also ihn den weisen Gesetzgeber zu richten; es ist das die allergrösste Anmassg u. Sünde; er allein nur, der das Gebot gegeben, der Herz u. Nieren prüft... kann auch den Urtheilsspruch üb. ihn thun, u. in s. Hand liegt Heil od. Verderben, je nachdem d. Mensch es verdient*' (GRS). — 'Sceleratissimum superbiae genus, fratris famae detrahere quo tu videaris honestior: perinde quasi quis alienam faciem luto conspergat, quo ipse videatur formosior... Quid autem turpius quam ut frater fratri detrahat..? non secus quam si dextra manus sinistram mutilet, quasi futura felicior si pejus habeat socium membrum? Et tamen qui vitant adulterium, qui furtum, qui perjurium, detractionem non horrent, quasi leve sit crimen, cum hoc sit perniciosius quo se magis tegit specie religionis. Nam *qui in aliena vitia debacchatur, primum videtur ab his vitiis abhorrere quae in aliis detestatur; deinde simulat sese non livore, non odio commoveri sed studio probitatis*... Habebit is, qui peccat, suum judicem; cur tu hujus partes occupas ante tempus? non enim das operam, ut corrigatur, sed ut traducatur. Itaque quisquis obtrectat proximo, is aut legem condemnat quod non corrigat turpia, aut detrahit veluti nimium dilutae lentaeque, cujus officium occupat detractor... *Monere fraternum est, rogare caritatis, increpare benevolentis est, sed obtrectare pestilens, judicare superbum*!.. Tu tibi justum esse persuades, quod tibi dictaverit ambitio, quod odium, quod ira, quod livor: ac frequenter offenderis festucâ in oculo fratris, quum trabem habeas in tuo. *nemo virulentius detrahit alienae famae, quam qui longissime abest a verâ laude. nemo levius fert alienam imbecillitatem, quam qui plurimum in verae pietatis studio profecerit*' (ER).

VI) 4, 13—5, 11.

In naturae hum. imbecillitate castigandi prae reliquis, qui nimium suis viribus tribuunt et confidunt 13. *vitae suae maxime incertae ac caducae parum memores* 14. *quum potius div. moderamini omnia sua consilia et mollimina submittere deberent* 15, *nec vero se jactare, quod jam per se impium* 16. *majorem culpam contrahit melius edoctis* 17. *Tristissimum etiam habebit exitum* 5, 1. *divitiis illiberaliter coactis et procuratis gravissimam allaturis judicis poenam hoc ipso quod jam agitur tempore extremo* 2. 3. *eo magis quum atrocissimâ erga alios duritiâ partae sint ab hominibus mollissimâ securitate luxuriantibus* 4—6. *Unde eo tranquillior patientia oppressos pios deceat, quo tutius, adventante jam vindice, agricolae comparabiles laborum fructûs accipient* 7. 8. *et quo periculosior ipsis etiam existere poterit nimia impatientia* 9. *Prophetarum imitanda sunt exempla et Jobi, perseverando a summâ Dei misericordiâ laetissimum nacta exitum* 10. 11.

13-15. *Age nunc vos* etiam attendite imbecillitatem vestrum Deoque vos submittendi necessitatem, *qui dicere soletis: Hodie et cras proficiscamur in hancce* illamve *urbem atque transigamus ibi integrum annum, et mercaturam faciemus et lucrabimur! vos qui ne perspectam* quidem *habetis faciem crastini dei! namque,* considerate ipsi, *quam caduca* est *vita vestra?*

---

gis auctor neque judex animorum a Deo constitutus?' (GT). 'Pron. *τίς* emphasin habet a contemtu et extenuatione. *quis tandem es? quem te facis?* Idem habet epiphonema P. in simili plane contextu R. 14, 4. Cf. Lc. 7, 49. Contrario sensu legitur ap. eund. 8, 25' (HT). OEC.: *Ἐξουδενωτικῶς, ἀντὶ τοῦ· τοιοῦτος ὢν πῶς τολμᾷς κρίνειν τὸν ὁμιλοπαθῆ.* Non tamen opus est c. illo annotare: 'Non simpl. *alium* puto, sed *tui similem*, in quem tibi nullum jus'. In hac enim re *quemvis alium* lubenter *tui similem* agnosces.

namque vaporis instar estis, qui dum *ad breve* tempus *comparet, illico etiam disparet. — quum potius dicere debebatis: Si Dominus voluerit atque vixerimus, etiam faciemus hoc vel illud.*

A temeritate alios judicandi et criminandi transgreditur ad temeritatem in suis rebus sibi soli confidendi, ab uno genere hominum et div. regiminis et hum. imbecillitatis immemorum ad aliud — ad homines 'qui sibi solis freti et div. providentiae s. benedictionis div. obliti conantur et incipiunt quodlibet' (MR) et 'dum mortales nihil nisi rebus terrenis, fluxis et caducis inhiant[242]), mortalitatis suae obliviscuntur ac Dei, quo volente tantum vita suppetit hominibus incertis vel proximae horae' (SCH). Ambigunt 1) de castigationis dispositione. Primum loquentes inducit, deinde futurae calamitatis commonefacit. Ita bipartitam efficit declamationem, repetito *ἄγε νῦν* (v. 13 et 5, 1) distinctam, alterâ cum *ditescere volentibus*, alterâ cum *divitibus* (SCH), utraque cum *iisdem* agens, h. r.: *si vel* (temerariâ confidentiâ in longum tempus consilia vestra disponentes) *successu haud carueritis, ne partae quidem divitiae durabunt vereque proderunt.* Nec necessarium est nec simplicitatis nervositatisve laude commendatur, quod parenthesis v. 14ml [243]) plerosque movit alteram declamationem totam nonnisi interpositam statuere: 'Non hoc (*οἱ λέγοντες τλ.*) ipsius sermonis est initium, sed interpositio, eorum quibus male ominatur Ap. perversa et adversō numine suscepta studia impietatemque graphice describens.' ipse autem sermo integratur cp. 5 cujus rei indices sunt repetitae illae Particulae *ἄγε νῦν*. ergo si conciso vbor. ambitu arctius orationem adstringas, hoc nim. dicet Ap.: *O vos, qui fortunā et divitiis praefidentes Deique obliti tam multa conamini, quumque brevis incertique aevi sitis, spem tamen longam inchoatis, vos, inquam, divites plorate atque lamentamini propter ingruentem vobis calamitatem!*' (HT.; CPZ. PT. GBS. GRASH. al.). Ambigunt 2) de castigatis. *A) Xtianos*, s. omnino singulatimque e paganis [AGSTI cll. 2, 6. 14-16] s. e Judaeis [CPZ. GBS.)], compellari addubitarunt, quia hi *a*) fere *pauperes*, nec *b*) *tam flagitiosi* fuerint, quod vero in Judd. cadat, a quibus *c*) *ad illos* diserte rediri videatur 5, 7 (*ἀδελφοί*). Maluerunt igitur *B) Judaeos*, s. qui *antea fuerint Xtt.*, vexationibus deterriti [GÖPF], s. *ἀπίστους*, in quos, si vel Ep. haud lecturos, velut praesentes Ap. invehatur 'more prophetico, partim indignatione commotus, partim ad solandam Xtianor. ab his oppressorum calamitatem' (HT) — s. totâ declama-

242) 'Quī tanto studio moliuntur ea quae sunt mundi, neglectis bonis coelestibus, vel ipsā vitae hujus incertitudine brevitateque debebant admoneri, dementiam esse in his bonis collocare felicitatem, quae ut contingant, tamen aliquoties arbitrio fortunae subito auferuntur, aut si illa non aufert fortuna possessori, mors ipsum possessorem eripit bonis. hoc ita esse quum quotidianis discant exemplis, tamen velut horum omnium obliti somniant longaevitatem, et quasi semper victuri, in plurimos annos sibi congerunt opes unde vivant, quum hoc ipsum sit incertissimum, quamdiu victuri sint, certissimum autem sit, non diu victuros, ac non potius viaticum sibi parant in eam vitam quae nunquam est habitura finem' (ER). 243) Ambigunt utrum uncis includant totum vs. [ROSENM. AGSTI PT. GBS] an nonnisi vba *πολα – ἀφανιζ.* [WOLL. CPZ. HT. GRASH]: pari jure. Quum enim omnia diserte et rite copulata sint atque demum v. 15 in. copulatio neglectis proxime praecedd. ad initium orationis recurrat, potius anacoluth. dicetur (quod etiam SCH. in versione expressit). 244) *Reichē unter d. Xsten, 'die wie früher als Juden, so auch jetzt noch als Xsten Hdlsgeschäfte trieben, u. bei ihrem Reichth. nicht allein nicht nach Gott frugen, sond. auch ihre ärmern Brüder bedrückten, also gar kein xstl. Gemüth zeigten' —: sonst 'e. zwecklos verschwendete Episode'* [quo tamen quid si non Judaeos sed Xtt. spectavit?]. *'Nur in Ggwart der Juden hätte J. redend mit Nutzen so sprechen können, ab. nicht in e. Br.; auch lägen ja dem J. die Verhältnisse der Xsten selbst vorzügl. am Herzen'.*

tione [OEC. BD. SKL.[245]) BENS. PT. HT] s. alterâ certe parte [MR.[246])]. Fluctuat GT.: 'Divites Judd. alloquitur, quibus Xtiani erant permixti. nam proprie ad Xtt. mox vertet sermonem. nam de aliis divitibus locutus erat supr. 2, 6. at non eos allocutus, ut non sui gregis'. Quum vero singulatim Judaei inter exteros non *cultione agri* (v. 4) sed *mercatu* opes sibi paraverint, non hos, sed *C) Divites omnino* compellari statuit MICH. (*Es ist 'e. eigentlich orator. Apostrophe an die Reichen; in e. Rede e. bisweilen schöne Figur, allein freilich, wenigstens unserm Gehör nach, in e. Br. zu dreist u. rednerisch'*). — **Judaei et Judaeoxtiani nec in vitâ communi nec in institutione apost. jam erant separati; Apostoli, quemadm. ut Messias agnosceretur Jesus, a quovis Judaeo jure suo se poscere posse persuasum habebant, ita nec in Epistolis, primo potissimum tempore, eos transmiserunt. Vd. ad 2, 6 [p. 107] et 1, 10 [p. 27].**

13. *Ἄγε νῦν*] ***wohl denn!*** **Imp. (ut Latt. *age, age nunc, age dum* ctt.) vim Interjectionis s. Adv. nactus, unde etiam - quemadm. h. l. - *a*) cum Plur., *b*) in oratione ellipt.[247]), h. r.: *age* (*audite*) *vos* ctt. Redit ad v. 6. idque, ad attentionem excitandam, distinctiore usus compellatione: cui plus inesse quam *simplicem transitûs notationem*, sponte apparet[248]).** *Οἱ λέγοντες*] ***qui*** **(non solum *cogitare***

---

245) 'Etsi plerique omnes intptes hic nihil aliud vident, quam praefidentiam quasi istam studiumque immodicum rebus humanis gerendis impensum, quo mercatores et negotiorum gestores feruntur, tanquam satis certi de vitae suae longo adhuc itinere' [cll. Lc. 12, 16 sqq. parab. de *divite* (*ἐρῶ τ. ψυχῇ μου· ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά· ἀνάπαυου, φάγε, πίε, εὐφραίνου!*) et *Deo* (*ἄφρον! ταύτῃ τ. νυκτὶ τ. ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ τλ.*)]: 'nos tamen vix dubitamus definire adhuc studiosius hoc fidei genus; ut J. reprehendat contemtum quasi publicum xt. doctrinae, quae sensim hac illâ in urbe solebat propagari: Nobis jam otium non est, o boni novi doctores; nobis per longe pinguiora et majora negotia non licet vobis operam dare' ctt. [cll. Lc. 14, 16 sqq. parab. de *δείπνῳ quod spreverunt οἱ κεκλημένοι*] — homines 'qui divitiis ita florere videmini, ut ideo abhorreatis a tam tenui et exili Messia'. 246) Est 'apostrophe h. e. scriptor a lectoribus suis Xtt. [v. 13 sqq.] avertit orationem [5, 1 sqq.] ad alios qui non sunt ejus lectores; illos alloquitur ut praesentes, illos sc. qui erant persecutores Xtianorum. etenim est universus l. Prophetar. illâ dictione elatâ plenus et cum commotione expressus, adeo ut animus commotus dicendi genus sublimius effecerit et converterit orationem ad Judd. illos non xtianos'. Sim. STZ.: '*Er sieht sie gleichsam vor sich, die Dränger der Xten, u. weissagt ihnen was ihre Thaten werth sind; die Spr. wird Poesie; Bilder häufen sich auf Bilder; e. göttl. Eifer ergreift den Gerechten, den Ungerechtigk. u. gottloses Wesen empört*'. 247) Cf. ad *a*) Hom. *Il.* 1, 62. *Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν* (EUST.: *ἄγε .. καὶ τ. τοιαῦτα, ὧν ἴδιον τὸ κ. ἐνικοῖς κ. πληθυντικοῖς ῥήμασι συνιᾶσσεσθαι.* SERV. ad Aen. 2, 707. *Age non est modo Verbum imperantis, sed Adv. hortantis: adeo ut plerumque age facite dicamus et singularem numerum copulemus plurali*). Ad *b*) Arist. Vesp. 380. *Ἄγε νῦν .. τί ποιήσετε.* Plut. de tuendâ val. p. 135 D. *Ἄγε ὅπως εἰς καλόν τι καταθήσεσθε τ. σχολήν, ὦ παῖδες.* 248) PT.: 'Nos [nim. dicere possemus, non minus quam — J. si voluisset!]: *Jetzt wende ich mich an euch. Nun auf euch zu kommen. Noch e. Wort der Ermahng an euch*'. et SCH. (qui cll. vv. 16. 17. orationem explet: '*πῶς ποιεῖτε; οὐχὶ ἁμαρτάνετε;*'): 'Formula transitiva esse videtur... ab aliis in alios convertit J. reprehensionem ob aliam causam culpandos'. Vertit: '*Jetzt dann!*' quod, quemadm. etiam AGSTII: '*Mit euch nun ein Wort -!* et SYRI: '*Quid vero dicamus de illis qui dicunt -?*', ipsam vocis vim tenuit; reliqui fere nonnisi sensum tenuerunt. — Ita (v. 13 sqq.) nonnisi orationem cum vi ad eos convertit, quos (5, 1 sqq.) acerbius compellat et contundit; quae acerbitas in priorem jam declamationem redundare posset h. r.: *age* (macti virtute este) *qui dicitis* ctt. Loqui inciperet tanquam de re bonâ et faustâ (q. d.: digna haec sunt acclamatione, magnam merebunt laudem ap. summum judicem!); id vero non serio sed acerbâ castigatione fieri, satis jam expressum

soletis sed etiam) *dicere audetis.* *Σήμερον ἢ αὔριον*] Ἢ fortasse ex emendatione pro *καὶ*[249]), quo securitas notatur qua in diem viventes non solum de *hodierno* die, sed *etiam* de *crastino*, (quid quod de integro anno) decernunt. *Πορευσόμεθα τλ.*] Fluctuant libri inter Futt. et Conjj.[250]); fortasse ita conciliandi ut (c. Cd. Al.) legas: *πορευσΩμεθα .. ποιήσΩμεν .. ἐμπορευσΟμεθα .. κερδήσΟμεν.* Ita Conjj. non detraherent imo adderent confidentiae dicendi; dum ad *proficiscendum commorandumque* se quasi cohortantur, de *mercatu lucroque faciendo* certissimi sunt; quanquam ista etiam cohortatio Indicativis nervose exprimetur. *Εἰς τήνδε τ. πόλιν*] *in hancce ipsam urbem*; certa fingitur, quae vere varie eligi potest[251]) (*die u. die, die od. jene*). *Ποιεῖν*] עשׂה, facere - et cum vcb. temporis et absolute -: *commorari.* Act. 15, 33 al. Coh. 6, 12 [7, 1] Cic. ad Att. 5, 20: *Apameae quinque dies morati... Iconii decem fecimus.* Ἐμπορεύεσθαι] *auf Reisen sein, bes. in Hdlsgeschäften* (plane ut סחר et רכל). 'Ita loquuntur qui ipsi pro suo arbitrio, quasi suâ in potestate esset consumendi temporis copia, definiunt quantum ejus velint' (Sch); qui 'et de lucri augmento consilium agunt, et se multo tempore victuros arbitrantur, et ubi annum faciant suae esse potestatis autumant, et in his omnibus superni judicis [v. 12] examen ad mentem revocare contemnunt' (Bd); qui ipsi his rebus incertis in tantum non dominantur, ut ne sciant quidem

14. *Τὸ*[252]) *τῆς αὔριον*] 'quid[253]) cras sit eventurum, *quid parturus sit dies* crastinus, ut loquitur Sal. Prov. 27, 1' *Μὴ καυχῶ*

---

partim hominum reique descriptione (13. 14) partim disertâ reprehensione (15-17), apertissimum faceret repetitâ acclamatione (5, 1) qua quasi re felicissime gestâ jubentur facere, quod sane, de felicitatis fastigio dejectos, miserrima sors facere coget. 249) 'Tuentur AG 14. 18. 19. 57. 65. (c. al. 6) al. 14. pluresque et Barb. 6. Mt. a. al. 9. Ed. (etj. St. 3) Syr. p. Ar. pol. Slav. (exc. rec.) Cyr. Oec. Thph. probb. Mill. Beng. Griesb.' (Pt). Contra Sch.: 'ἢ rectius quam *καί*'. Sml. vero: 'malim *neutram* voculam scribi'. Momentum bene expresserunt Wtst. (*καὶ* 'fiduciam hominum, certo sibi spondentium et diem crastinum et annum insequentem et lucrum, exprimit') et Agsti ('*Heute oder morgen, drückt e. ungewisse unbestimmte Zeit aus*!'). 250) Conjj. sec. Griesb. exhibent A ['*nach dem vor uns liegenden Woide'schen* Fac Simile, *blos in d. beiden ersten Worten*' Gbs] BG 40. 57. 73. 98. al. 19. pluresque Mt. a. al. 7. Ed. (etj. St. 3) Slav. 5. Oec. item Thph.; Wtst[10] Bng. Sml. (cui 'illud ἄγε videtur alteram scripturam adjuvisse') aliis minus probatos, recepit Griesb. secutis Pt[o] Knp. aliis, exterminarunt (sententiae potissimum causâ) Vat. Sch. Gbs., item Lachm.. Recte Gbs.: '*Sie sprechen v. künftigen Thaten, v. ihren Reisen, ihren Hdlsgeschäften u. ihrem Gewinne mit unumstössl. Sicherh. u. das eben tadelt d. Ap.*'; haec vero confidentia utrum magis exaggeretur definite pronunciando an se invicem ad res occupandas hortando, haud temere disceptabitur. — Quaestio de Conjj. Futuri [vd. Lips. *de modor. usu in NTo* I (Lps. 1827) p. 46 sqq. et Win. *Gr.* 69] huc nihil facit. 251) Win. *Gr.* 140. '*Das Demonstr. Jac.* 4, 13.., *wissen die Ausleger u. Lexicogrr. nur durch Hinweisg auf d. bekannte ὁ δεῖνα z. erläutern; ab. ὅδε wird bei d. Grr. gerade auch so gebr. z. B.* Plut. Symp. 1, 6. *τήνδε τὴν ἡμέραν den u. den Tag*'. Pt.: 'Possis etj. vba dispertire in membra haec: *σήμ. εἰς ταύτην, αὔρ. εἰς ἄλλην πόλιν πορευσ.*'! 252) *Τά* (A al. prob. Lachm). 253) Ἢ *εὐτύχημα ἢ δυστύχημα.* Theocr.: *Οἱ θνατοὶ πελόμεθα· τὸ δὲ αὔριον οὐκ ἐςορῶμες.* Epicur.: *Σὺ δὲ τῆς αὔριον οὐκ ὢν κύριος ἀναβάλλῃ τ. καιρόν.* Dio Chrys.: *Φέρε γὰρ, μάταιε, κἂν πάντα σοι ἄλλα ἔχῃ κατὰ τρόπον, ἀλλὰ τοῦ γε εἰς τ. ἐπιοῦσαν ἡμέραν βιώσεσθαι τίνα ἔχεις πίστιν καὶ μὴ μεταξὺ πάντων ἀθρόως ἀφαιρεθῆναι τ. δοκούντων ἀγαθῶν;* *Quid crastina volveret aetas* | *scire nefas homini.* Stat. Dixerunt Rabbini: *Quidam die quo filius recens natus ipsi circumcideretur, dedit vinum septem annor. dixitque: Servabo de hoc vino ad gaudium filii mei.* — *Convivarum quidam, domum revertens, offendit angelum mortis in vid et vidit eum iratum, qui rogatus, quid in-*

τὶ εἰς αὔριον, οὐ γὰρ γινώσκεις τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα (Gr). 'Aliis multis rationibus frenare poterat stultam hanc deliberandi licentiam. nam videmus, ut Dominus quotidie superbos istos frustretur, qui magnifice quidvis se facturos promittunt. hoc tamen uno argumento contentus fuit: *Quis tibi in crastinum vitam pollicitus est*? faciesne mortuus, quod tam secure statuis? nam cui vitae brevitas in mentem venit, ejus facile comprimetur audacia, ne suas deliberationes nimis in longum protendat. imo non aliâ ratione tantopere sibi indulgent profani homines, nisi quia se homines esse obliviscuntur' (Calv). Addit hujus ignorantiae per duplex - juxta positum - Γάρ] *causam* dupl.: I) Ποία ἡ ζωὴ ὑμῶν;] *qualis* (quam caduca res) *est vita vestra*? i. e. nonnisi fluxa et caduca est. II) Ἀτμὶς .. ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα . ἀφανιζομένη] *vapor qui ad* (per) *breve* (tantummodo) tempus *apparet, deinde disparet*. Sns.: Crastino jam die vita erepta esse potest, 'etenim tam facile extinguitur ut vapor, disparet ut umbra' (Jasp).

Non est 1) quod ποία cogitetur *herba* (= ποίη = πόα = χόρτος. Hes.: ποία· ἡ βοτανώδης ὕλη .. πόα· βοτάνη ἑκάστη); quanquam comparatio *herbae* satis trita (etj. 1, 10) haud inepte componitur cum comparatione *vaporis* s. *fumi*: non minus apte e vulgari, quae sola simplicitatis laudem meretur, explicatione componuntur *interrogatio* et *responsio*. Nec 2) haec explic. poscit alterum γὰρ alteri subjungere, h. r.: 'Reticetur sententia hunc in modum supplenda: Qualis enim haec est vita vestra? *Fluxa nimirum est et caduca*. Etenim tam facile extinguitur ut vapor' (Ht. probb. Pt. Sch. Gns). Vis *intendendi affirmationem*, quam plerique tenentes alterum γὰρ prorsus omiserunt, e sensu demum oritur, qui idem manet s. Particulas subjungas s. juxta ponas. Nec denique 3) var. lect. ad sententiam multum facit. Namque *a*) Ἀτμίς ἐστε [254]) eundem sensum nervosius exhibet quem ἐστί: *vos ipsi* (*quatenus vivitis*) *estis quasi vapor*! *b*) Ἔπειτα καὶ [255]) componendo haud minorem vim infert quam ἔπειτα δὲ opponendo: *deinde etiam* (*fere dum conspicitur*) *evanescit*. Imo quum momentum faciat notio non *contrarii* sed *subiti*, ea vero voce ἔπ. non satis exprimatur, contra vbis contrariis φαιν. et ἀφαν. illa sponte elucescat: sententiae certe ratio copulationem tuetur. Ceterum ἔπ. habetur etj. 3, 17. in enumeratione[256]).

15. (*Qui dicitis* v. 13) Ἀντὶ τοῦ λέγειν] *statt zu sagen, loco ejus quod* (propter istam ignorantiam et fragilitatem) *dicere debeba-*

---

dignaretur, respondit: Ego perdo creaturas dicentes: sic et sic faciemus, dum nesciunt quando sint morituri'. *Vir ille — ecce appropinquavit terminus ejus*! (Sch). Add.: Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. | οὐκ ἔστιν αὐτῶν ὅστις ἐξεπίσταται, | τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται (Plut. *ad Apoll.* p. 107 C ex Eur. *Alcestide*). *Nemo tam divos habuit faventes,* | *crastinum ut possit sibi polliceri* (Sen. *Thyest.* 619). *Ad omnia patienda pares sumus, nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. — Quam stultum est aetatem disponere! ne crastino quidem dominamur. O quanta dementia est spes longas inchoantium! Emam, aedificabo, caedam, exigam, honores geram, tum demum lassam senectutem et plenam in otium referam.* (Sen. *Epp.* 9. 101). Similia habet *de brevit. vit.* 3. 4: *Repete memoriâ tecum, quando certus consilii fueris, quotusquisque dies, ut destinaveras, recesserit. — Audies plerosque dicentes: A quinquagesimo in otium secedam, sexagesimus annus ab officiis me dimittet. Et quem tandem longioris vitae accipis? quis ista, sicuti disponis, ire patietur*? — Cf. not. 245. 254) Quanquam ἐσιέ nonnisi Cd. Covelli 2. Euthal. et Syr. p. exhibent, non tamen inepta est Millii conjectura, ex hac demum lect. per errorem extitisse ἔσται (quod habent A aliique 11) indeque per emendationem vulg. ἐσίν. 'Enimvero Ap. non tam indicat, quae *futura* sit vita ipsorum, quam quae per se *sit*, naturâ suâ, per quam fiat ut et ipsis cito et praeter expectationem perire possit' (Wr); unde ne explicator quidem de industriâ *Fut.* loco *Praes.* scribere potuisse videtur. Dedit etj. Lachm. 255) Habent A pluresque alii, prob. Lachm.; sunt etiam qui utrumque (δὲ καί) exhibeant. 256) *Navigationes longas et peregrinatis litteribus alienis sero in patriam reditâ proponimus . . . quum interim ad latus mors est* (Sen. Ep. 101). *Ut calidus fumus ab ignibus* | *vanescit spatium per breve sordibus:* | *sic hic, quo regimur, spiritus effluet* (Sen. *Troad.* 393). 'Sic Aeschyl. de

tis, secus ac loqui oportebat. Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ κ. ζήσωμεν κ. ποιήσ. τοῦτο ἢ ἐκεῖνο] Fluctuat apodosis[257]). *A) Si Deus voluerit, si vixerimus, si hoc vel illud agere possimus* — ubi apodosis (*ita agamus, proficiscamur* cit.) cogitando addenda relinquitur sententiaeque hoc est momentum, nonnisi sub conditione esse loquendum [GUSSET.[258]) WF. WIN.[259])]. Incommode *ποιήσωμεν fecerimus s. faciamus*; pro *facere possimus*. *B) Si Deus voluerit, et vivemus et hoc vel illud faciemus!* [BENG. BORNEMANN[257]) GBS.: '*Es wird nicht allein das Leben sond. auch das Thun im echt xstl. Sinne auf d. göttl. Vorsehg u. ihren Beistd zurückgeführt*'; GRASM. LACHM.]. 'Sententia haberet aliquid inculti, coacti' (SCHNK). *C) Si Deus voluerit et vixerimus* (si dederit ut vivamus), *hoc vel illud faciemus* [ita post SYR. ED. LTH. CALV.[260]) plerique omnes; '*si Deo placet ut vivamus* - quippe cujus rei incertitudo v. 14 erat affirmata' SCHNK] s. rectius: *etiam h. v. i. f.* [FRITZSCH.[257])].

---

vitâ hum.: κ. πιστὸν ρύδὲν μᾶλλον ἢ κάπνου σκιά. Sic et umbrae vitam hum. conferunt Hebrr. 1 Chr. 29 [30], 15 [ὡς σκιὰ αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐπὶ γῆς, κ. οὐκ ἔστιν ὑπομονή] Job. 8, 9. Ps. 102, 12 [αἱ ἡμέραι μου ὡς σκιᾶ ἐκλίθησαν κἀγὼ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθην] 144, 4. et inter Grr. Soph. non uno loco' (GT). 'Summatim praecipua comparationum genera complexus est Greg. Naz. epitaph. in Caesarium: ὄναρ ἐσμὲν, inquit, οὐχ ἱστάμενον, φάσμα τι μὴ κρατούμενον, πτῆσις οὐσίου παρερχομένου, νᾶϐς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος οὐκ ἔχουσα, κόνις, ἄτμις, ἐωθινὴ δρόσος, ἄνθος καιρῷ φυόμενον κ. καιρῷ λυόμενον' (WF). Add. Job. 7, 7. *Μνήσθητι ὅτι πνεῦμα, μοῦ ἡ ζωή.* 257) Recentissime disceptarunt FRITZSCHE (LLZ. 1824 p. 2316 et WIN. *N. krit. J.* V, 1826, p. 3–6) et BORNEMANN (in eod. Diar. VI, 1827, p. 129–37). Quae (paucis comprehensa et judicata a WIN. *Gr.* 236) huc redeunt. 1) Si bipartita statuitur apodosis, exterminandi (c. FR.) sunt Conjunctivi; namque si vel h. l. pro *faciEmus* rhetorice dici possit *faciAmus* (s. vertas c. BMG[10]: *so möchten wir wohl — noch mehr die Ungewissh. künftiger Dinge anzuzeigen*, s. h. r.: *tum age faciamus*! i. e. *tum facere licet*): certe pio et modesto, quem J. loquentem inducit, non poterat tribui: (*age*) *vivAmus*! pro: (*ecce*) *vivEmus*; argutiae sunt quod BORN. explicuit: '*So Gott will, lasset uns sow. leben* (*d. Leben gebrauchen, uns Unterhalt suchen*) *als auch das od. jenes thun*' (quibus brevius repetatur quod v. 13 plenius dictum fuerit). Nec tamen recte FR. statuit, hunc Conj nonnisi absolute, nec vero in apodosi locatum esse posse [unde etj. ad Mt. 17, 4. εἰ θέλεις ποιήσωμεν ad has delapsus est argutias, fieri hoc posse, quia εἰ θέλεις levius interposita sint, minime vero ἐὰν θέλῃς ποιήσωμεν]; vd. modo 1 Cor. 15, 32. 2) Non est cur (c. BORN.) in bipartità protasi offendas; namque nec *a*) decernit quod ap. Grr. formulae tam tritae non soleat tale quid addi; quo tritius quid, eo concisius dici solet (cf. vern. *Wills Gott*); nec *b*) verum est, quo videtur argutari voluisse: '*Wer hinzusetzt: κ. ζήσωμεν, berücksichtigt d. Gotth. weiter nicht sond. stellt sich derselben gewissermassen ggüber, während d. Frommen vielmehr sagen würde: ἐὰν θεὸς ἐθελήσῃ ἡμᾶς ζῆν, od. ἐὰν θεοῦ θέλοντος ζήσωμεν*'; nec *c*) καὶ apodosi praemissum impedit: quanquam enim non redundat ex usu hebr. [post GT. plerique omnes], qui nullus est, sententiae tamen sua manet vis: *wenn wir leben, so werden wir auch thun, dieses od. jenes.* — Lect. var. ('ζήσομεν pro ζήσωμεν habent AB 29. 65. (c. al. 3) al. 3. Ed. corb. nec non ποιησομεν pro ποιήσωμεν idem et 38. 40. MT. b. Ed. vulg., item, omisso καί, SYR. ARR. AETH. ARM. HIER. CASSIOD.' PT) optime videtur ita concilliari et explicari ut legas: ζήσΩμεν — ποιήσΟμεν. 258) Commentt. L. hebr. p. 451 (sc. *gratum nobis erit et beneficio deputabimus*). 259) '*Man sollte sich immer bedingt, nie entschieden aussprechen: wenn G. will, wenn wir um Leben sind, wenn wir das od. jenes thun, od. vollständiger z. B. nicht: ich werde dahin reisen, sond.: wenn G. will, so werde ich u. s. w., nicht: ich werde das thun, dann sollst du jenes thun, sond.: wenn ich das thun werde* (*wenn es mir verstattet sein wird*) *u. s. w.*' (*Gr.* 236). 260) 'Duplex ponitur conditio: Si Dominus' erimus superstites; deinde: Si Dominus concedet, quoniam multa intervenire possunt quae evertunt quicquid apud nos statutum erat. coeci enim nobis sub futuri temporis eventûs'. '*Diese Bedingg wird vorangesetzt, weil sie d. wichtigste ist, auf der sogar d. andre ... beruht*' (BMG).

'Non invehitur J. in loquendi formam[261]), sed in socordiam animi potius, quod homines propriae imbecillitatis obliti sic insolescunt' (CALV). 'Perpetua cogitatio providentiae div. una cum conscientiâ fragilitatis nostrae imo pectori infixa, magis Deo probatur ac phrasis illa, quae saepius ore repetita animum denuo plane non movet; nec ipse P. in itineribus aliisque negotiis inchoandis h. formulam semper disertis vbis addit. R. 15, 28. 1 Cor. 16, 5. etsi nonnunquam eâ uti solet, v. c. Act. 18, 21 [τ. θεοῦ θέλοντος] 1 Cor. 4, 19' [ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ] (PT). Nec 'haec nova Ap. Xtianis praecipit. nam solennis haec formula erat hominum modestorum et hum. imbecillitatis memorum. GROTIUS Platonis l. laudat ex *Alcib.* I. sub fin. ubi Alcibiadem Socratis auxilio meliorem se fieri sperantem hisque vbis usum, ἐὰν βούλῃ σύ, Σώκρατες, Socr. sic corrigit: οὐ καλῶς λέγεις, ἀλλ' οὕτω χρὴ λέγειν· ὅτι ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. Ap. eund. Plat. *Hipp. maj.* §. 14. Socr. ipse ab Hippia ad audiendum post aliquot dies λόγον ἐπιδεικτικὸν invitatus sic respondet: Ἀλλὰ ταῦτ' ἔσται, ἂν θεὸς ἐθέλῃ, ὦ Ἱππία.... Huic plane cognata formula non minus usu frequentabatur, σὺν θεῷ εἰπεῖν, *quod ita dico ut in eo opem div. agnoscam*, vel ut nobis, certe majoribus nostris, loqui mos fuit: *mit Gottes Hilfe*, de qua vd. HEINDR. ad Plat. *Theaet.* §. 22. Alia dat RAPH. e Xen.' [ut ex ἱππαρχικῷ p. 766: Εἰ δέ τις τοῦτο θαυμάζει, ὅτι πολλάκις γέγραπται τὸ σὺν θεῷ πραττειν, εὖ ἴστω, ὅτι ἦν πολλάκις κινδυνεύῃ, ἧττον τοῦτο θαυμάσεται] 'Vd. WR. ad h. l.' (HT). Add. 'Hebraeor. ap. Bensiram: לעולם אל יאמר אדם שום דבר אלה בגזור השם: *Nunquam dicat homo facturum se quicquam, nisi prius dicat: Si Deus voluerit*' (GT).

16. 17. *Jam vero* qui hujusmodi piâ modestiâ loquî et sentire deberetis, *gloriamini* potius vobisque placetis *in* impiâ istâ *cui indulgetis jactantiâ. Talis* autem *qualiscunque gloriatio improba est.* Eam *igitur* si moniti etiam admittetis, in vos cadit, quod *qui bonum novit* ut *facere* jam queat, *nec tamen facit, is ipse* vel hac solâ omissione *peccat* culpamque sibi contrahit.

Νῦν δέ] *jam vero* - alia inter vos obtinet sermocinandi ratio; *ἀντὶ τοῦ λέγειν τλ.* (v. 15) - *Καυχᾶσθε τλ.*] *gloriamini* istiusmodi (v. 13) sermonibus, Dei immemores. *Ἀλαζονεία*] *jactantia*, *'arrogantia* (cum nimium sibi confidit quis ac tribuit, quae suae facultatis ac sui juris non sunt). Plur.: *arroganter facta, dicta*, sicut 2, 1' (SCH): qui locus optime etj. Praepos. illustrat: Ἐν ἀλαζ.] *in iis quasi constituti* [vd. p. 92]; ita sane *ipsâ quasi arrogantiâ* gloriabantur idque *pro arrogantiâ suâ*: nim. *confidentiâ* quae revera erat *arrogantia*[262]). *Omnis* (*autem*) *ejusmodi gloriatio est Πονηρά*] (*absurda et*) *impia*; est *igitur* (v. 17) cavenda; namque Εἰδότι καλὸν ποιεῖν κ. μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστίν. Est sententia generalis, quam quum lectoribus applicandam relinquat, maluit applicandi necessitatem non solâ rei naturâ (*εἰδ. δέ*) sed ipsâ etj. copulatione

---

261) OEC. (et THPH): Οὐ τ. ἐξουσίαν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ δείκνυσιν ὅτι οὐ τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐστιν ἀλλὰ δεῖται κ. τῆς ἄνωθεν χάριτος. ἔξεστι μὲν γὰρ κ. ἀθλεῖν κ. τρέχειν κ. ἐμπορεύεσθαι κ. πάντα τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐνεργεῖν, ἀλλὰ μὴ τ. οἰκείοις πόνοις τοῦτο λογίζεσθαι, ἀλλὰ τῇ τ. θεοῦ φιλανθρωπίᾳ. 262) OEC. (et THPH): Ἀλαζὼν κ. ἀλαζονεία μὴ ὑφεστώτων πραγμάτων ἐστὶ σπουδή. διὸ κ. ἀλαζὼν λέγεται ὁ μετὰ ἄλης ζῶν. τουτέστι, μετὰ ἀστάτου κ. μὴ ἔχοντος ὑπόστασιν πράγματος. 'Prpr. quidem est *mendax gloriatio*, sec. Plat.: ἕξις ποιητικὴ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων... Jam vero cum divites, fragilitatis suae plane immemores, non tam simularent quam potius sibi certo persuaderent, se pro arbitrio praestituros esse, quae tamen praestare non poterant, ἀλαζ. hic, praeeunte STORR., pro *arrogantiâ* sumimus... SUID. ἀλαζονεία· ὑπερηφανεία... Eod. sensu et hebr. גאון cum ab AQ. tum a THEODOT. per ἀλαζ. redditur' (PT). Cf. 1 Jo. 2, 16.

(*εἰδ. οὖν*) insinuare[263]). 'Hoc vult J.: Moniti estis a me; ignorantiam non potestis obtendere; si quid posthac tale dixeritis, gravior erit culpa' (Gt). *Αὐτῷ*] cum vi repetitum.

Rem illustrant Lc. 12, 47. *Ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρ... δαρήσεται πολλάς.* et Jo. 9, 41. *Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν* (cll. 15, 22. 24). Add. Phil. (in Flacc. p. 966 C): *Τῷ μὲν ἀγνοίᾳ τοῦ κρείττονος διαμαρτάκοντι συγγνώμη δίδοται· ὁ δ' ἐξ ἐπιστήμης ἀδικῶν ἀπολογίαν οὐκ ἔχει, προσαλωκὼς ἐν τῷ τοῦ συνειδότος δικαστηρίῳ.* Longius petitum videtur (quanquam *εἰδέναι* saepe latius pateat: *die nöthige Fähigk. u. aüssre Gelegenh. haben u. sich dessen bewusst sein*) Bmc[II]: '*Weil dem so ist ... dass eure Zeit nicht in eurer Hand steht, so muss es um desto strafbarer sein, e. ggwärt. gute Gligh. zu verabsäumen*'. Momentum facit, quod quae castigabat, *ἁμαρτίαν* agnoscere non facile a se impetrabant — quippe in *verbis* sita nec ultra *omissionem* emergentia. Ita etiam concidit primarium argumentum, quo (post Bahrdt) in glossematis suspicionem v. 17[um] vocavit Ht. quod np. hic non 'intermissio sed prave aliquod factum arguatur, ut potius sic dicendum fuerit: *Qui sciens prave aut secus quam oporteat aliquid s. fecerit s. dixerit, is peccato tenetur*'. Nec quod alteram difficultatem attinet, quod dicta sint Judaeis qui vero vix dici potuerint *εἰδότες τὸ καλὸν ποιεῖν*, est quod c. Pt[o] novo parentheseos commento expedias, h. r.: '*Hinc* (sc. *cum alia in Judd. reprehendenda invenirem*), *vos, o mei, transeundo monitos volo, ut meliora edocti, nim. omnem conatuum successum soli Deo permittendum esse* (v. 15), *deteriora* i. e. *arrogantiam istam conatibus hum. omnia tribuentem* (v. 13) *fugiatis, ne et vos peccato teneamini*'. Namque et Judaei in universum satis edocti erant, et hi singulatim a J. jam moniti; quemadm. vero ista castigatio, quanq. ad Judd. directa, tamen Xtianos spectare statuitur, idem eodem jure ad hanc etj. cohortationem transferetur.

— '*Ihr vermesst euch, habt grosse Einbildg von eurer Macht, haltet euch selbst für die Schöpfer u. Lenker eurer Schicksale*' (Agsti). 'Magnifica quaevis vos crepare et prae vobis ferre soletis, quasi ipsi vitae fortunaeque vestrae auctores et statores essetis. non tam optatis quam potius confidentissime decernitis quae peragere vultis' (Jasp). 'Div. praesidii fiducià fortes et animosos esse rectum est: coelestium bonorum expectatione alacres esse pium est: sed omnis ista exultatio, qua vobis placetis de bonis primum falsis, deinde mox auferendis, non solum impia est verum etj. stulta' (Er). 'Tu scivisti *καλὸν ποιεῖν*, tu non fecisti; contraxisti ergo tibi *ἁμαρτίαν*. vis autem et ambitus huj. nominis est ingens; licet major aut minor, pro hominis statu et usu morali' (Sml. cuj. add. haec: '*Theoria nulla, licet subtilis et sedula, Xtianum ipsum jam efficit; solum studium καλῶν et ἀγαθῶν facit Xtianum, qui vel crassioribus ideis a virtute non sejungitur*'). 'Videre licet, J. omnia ... ad thema suum primarium revocare, recti scientiam requirere recti exercitationem, neque cognovisse et fidem habuisse sufficere (1, 22 sqq. 2, 12 sqq.). simili utique ratione 3, 18 vitâ *ἐν εἰρήνῃ* agendâ doctrinam tradi, *καλῇ ἀναστροφῇ* sapientiam demonstrari jusserat' (Schnk).

5, 1-3. *Age nunc vos, o divites,* qui opibus unice et inhiatis et confiditis, *plorate, in ululatum erumpite propter aerumnas quae vos manent, quae* jam *adventant. Divitiae vestrae* ecce *perierunt vestesque vestrae tinearum epulae factae sunt; aurum vestrum argentumque rubigine corruptum est: atque haec* auri argentique *rubigo,* quemadm. reliquorum thesaurorum exesio atque putredo, *testimonium quasi exhibebit* apud Deum *adversus vos, atque* ita poenam div. vobis contrahens, rodet quasi ac *depascet vestras* tam bene pastas *carnes ignis instar* cruciantis et perdentis. *Coacervastis opes extremis* judicii poenaeque *diebus*!

---

263) *Wer nun ab. – wie ihr als Xsten* [s. simplicius: *jetzt durch mich* — s. Xtiani fuerint s. Judaei] *– weiss* ctt. (Grash); *ihr würdet euch also jetzt versündigen, wenn ihr dgl. im Munde führtet* (Stz).

'Quod 1, 10 sq. breviter indicaverat, id sermone prophetico latius et fervidius exponit, cladem tristissimam imminere divitibus qui mundi amore abrepti alios afficiant injuriis' (SCHNE). 'Non ipsos alloquitur, ut ad resipiscentiam invitet, sed fideles potius respicit, ut audientes infelicem exitum divitum, non invideant eorum fortunae; deinde ut injuriarum quas perferunt Deum scientes fore ultorem, aequo et placido animo eas tolerent. divites autem non quosvis compellat, sed qui deliciis immersi et inflati superbiâ nihil nisi mundum cogitant, qui tanquam inexhausti gurgites devorant omnia, qui tyrannice alios vexant, quemadm. ex contextu patebit' (CALV).

1. *Ταλαιπωρίαι ἐπερχόμεναι*] *afflictiones, calamitates* *A*) quales nemini non *obvenire solent*, ob 'fortunae inconstantiam rerumque humanar. vicissitudinem, quae divitum fastum, superbiam atque injustitiam plerumque gravi vindictâ ulciscitur. cf. 1, 10 sq.' [HT.[264])]; *B*) quae *jam advenient* - excidii exitiique Jud&. [GR. MILL. BENG. MICH]; *C*) quae *extremo judicio Messias infligat* [EB. CALOV. WF. ctt.]. Quum v. 7-9. pii jubeantur *μακροθυμῆσαι ἕως τ. παρουσίας* Messiae qui *κριτὴς πρὸ τ. θυρῶν* adstet, cogitandae sunt 1) poenae ab hoc judice infligendae eaeque 2) propediem instantes (quo etiam Praes. *ἐπερχ.* facilius referretur quam ad notionem *subito* et *certo* eventuri): quae vero quales qualisve temporis informatae sint - hujus, alterius, utriusque vitae; interitûs proxime instantis, diei novissimi, utriusque haud sejuncti - pendet ex judicio de istâ *παρουσίᾳ*. Pertinent huc potissimum *calamitates felicitatem messianam praecessurae* (חֻבְלֵי יְמוֹת, *οἱ ὠδῖνες* Mt. 24, 8) *et insequentes poenae* (*nicht allein nach d. Tode, sond. auch u. zwar fast zunächst die zeitlichen* BNG). *Ἐπί*] *super* (*über*) i. e. *propter*, ut Act. 28, 6. *Κλαύσατε ὀλολύζοντες*] Cumulat voc. ut 4, 9; Imperativo vividius ac quasi praesentius minatur ('flebitis, instat hoc ferale tempus' SCHL.; *macht euch darauf gefasst* BNG.; *beklagt zum Voraus d. Elend das euch treffen wird* ROSENM), more non minus poetico quam prophet. Joel 1, 5. 13. Zach. 11, 2 al.; Vbo utitur (a sono) factitio [הֵילִילוּ, quod Zach. l. c. redditur *ὀλολύξατε*, *ululo*, *ejulo*, *heulen*], NTi*ἅπλγ*., ap. LXX frequente, ap. veteres potissimum de clamore in sacris, speciatim in precibus usitato (unde tamen, nonnisi de rebus laetis dictum esse, perperam concludi, ipsa illorum sacrorum ratio multaque exempla docent; vd. quos v. c. PT. laudavit). 'Est quidem et suus poenitentiae luctus; sed qui mistus consolatione, non ad ululatum usque procedit. significat ergo *J. tam* horrendam ac diram fore maledictionis div. gravitatem in divites, ut erumpere in ululatum cogantur, ac si quo vbo diceret: *Vae vobis!* sed et prophetica est loquendi forma, dum impii, propositis in medium poenis quae eos manent, quasi in rem praesentem jam trahuntur. quum ergo nunc sibi blandiantur, ac fortunam in qua se beatos putant sibi polliceantur aeternam fore, pronunciat instare illis gravissimas aerumnas' (CALV).

2, 3. Addit *ἀμυνδέως* causam: *Ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε τλ.*] *A*) *Divitiae* in utilitatem vestram a vobis partae *non solum* sine omni utilitate

264) Non item AGSTI, qui quod vertit: '*Wegen der Unglücksfälle die euch bevorstehen*', explicat: '*Lieber sage man doch: Es ist überh. d. Zeit gemeint wo Gott die gottlosen Reichen bestrafen wird. Die Hauptsache beruht auf V. 7. auf dessen Erkl. ich hier verweise*'. Magis huc facit SCHL. qui calamitates dictas censet, quales succrescente malignitate et tandem modum omnem superante, homines *solent suo jumento sibi attrahere* (cf. not. 281).

vobis peribunt, sed vos adeo ipsos Messia sententiam ferente *perdent*. Essent Praett. prophett. quibus res futuras, Deo singulatim facturo, tanquam jam factas sisti constat, q. d.: '*mox peribunt, idem est ut si jam periissent*' (MR). His Praett. calamitates istae eventurae (v. 1) respectu divitum uberius describerentur, non solum in terris sed aeternum perniciosae. Paucis: redderetur causa lugendi [MR. AGSTI]. *B*) *Divitiae* a vobis coacervatae *perierunt* nullâ vestrâ aliorumque utilitate (maluistis situ aliisque modis perire quam in usus egentium expromere!) *atque ideo vos* coram judice *perdent* [SCH.[265])]. Ita causa redditur istarum calamitatum perferendi, gravi oppositione eorum quae pro absurdâ et impiâ ipsorum avaritiâ *jam facta sunt* eorumque quae pro justâ Dei retributione *adhuc fient*. Hanc opp. 1) vba ipsa suadent: *σέσηπε, γέγονε, κατίωται· ἔσται, φάγεται· ἐθησαυρίσατε*. Dixerunt quidem [v. c. PT], additum *ἔσται* indicium esse Perfectorum pro Futt. locatorum; verum haec tempora sibi non *opponi* sed *apponi*, ex solis certe vbis non sequebatur; quodsi vero artificio rhetorico uti voluit, quidni sibi constitit? certe non magis obscure dixisset divitias testimonio *fuisse* s. *esse*, carnes *consumsisse*[266]), quam *putruisse* ctt. Non minus 2) res commendat, quum per totam fere Ep. id agatur, liberalitatem erga alios inculcare (1, 27. 2, 13. 15 sq. 3, 17). — Quod si haec simpliciora videantur in oratione poeticâ et propheticâ, poteris c. plerisque ita informare: *C*) *Divitiae vestrae*, quum propediem judicium agetur, *apparebunt* (ut male partae — v. 4. — ita singulatim) *male servatae*, situ aliisque modis pro illiberali vestra tenacitate corruptae, *atque ita vos ipsos perdent* (*statt d. bedürftigen Brüdern mitzutheilen, haüfet ihr immer mehr auf u. lasset es lieber verderben. Siehe, nun — so wird es dann, wenn d. Gericht erscheint, heissen: — nun ist er verdorben!* GRASH.; *Ich sehe d. Zeit voraus, wo euer in Habsucht aufgehaüftes Gut verwest sein wird* ctt. GES.; ER. ROSENM. HT.[267]) PT. SCHNK). Hac r. et Praett. prophh. tenentur et in describendo divitiarum interitu respectus ad avaritiam pariter absurdam atque impiam; quem respectum non certe impedit v. 5: '*tantas nim.* (ait HT) *J. divitias significat, ut cum multa effuderint, plura tamen superent*!' Adde

CALV.: 'Potest esse duplex sensus: vel ut stultam eorum fiduciam rideat, quia divitiae in quibus felicitatem suam reponunt sint plus quam caducae, imo quod uno Dei flatu in nihilum redigendae sint; vel ut inexplebilem eorum avaritiam reprehendat, quia in hoc tantum opes congerant ut pereant sine aliquo usu. hic posterior sensus melius congruit. Est quidem illud verum, insanos esse divites qui in rebus tam evanidis, ut sunt vestes, aurum et argentum et similia, gloriantur, quandoquidem hoc nihil aliud est quam *suam gloriam aerugini ac tineis subjicere*. Deinde notum est illud, male parta statim dilabi,

---

265) 'HT°. assentire non possum, arbitrato tempus praet. positum esse stilo nescio quo prophet.; J. enim increpat divites, qui omnium rerum copiâ abundantes curculioni, tineae, aerugini thesauros suos permittere malunt quam esurientes cibare, nudos vestire, nummis suis inopes sublevare. *Haec animos aerugo et cura peculi* cum semel imbuerit, ut Hor. vbis utar, ita vitiat et corrumpit, ut a civitate Dei, imo ex hominum communitate exterminandi esse videantur *εἰς τ. σκότος* ctt. *Ὑπολαμβάνει τις τὸν πλοῦτον ἀγαθὸν εἶναι μέγιστον; τοῦτο τ. ψεῦδος ἰὸν ἔχει, νέμεται τ. ψυχὴν, ἐξίστησιν, οὐκ ἐᾷ καθεύδειν, οἴστρων ἐμπίμπλησιν, ὠθεῖ κατὰ τ. πέτρων, ἀγχεῖ, ἐλευθερίαν ἀφαιρεῖται* Arr. Epict. 4, 6. 1 Tm. 6, 9. 10.' 266) Non conficiunt SCHNK[1]: 'Ad tempus fut. transit, quum judicium cui alluditur ne poetice quidem repraesentari tanquam actum posset'. et: 'Jam post Perf. et Fut. habemus Praes. [*φάγ.*; at vd. v. c. WIN. Gr. 81 et PASSOVII Lex.] quo tempore quasi ante oculos pingitur poena'. 267) 'Equidem, si sensum spectes, idem fere J. dicere puto quod Theophr. voluit *περὶ μικρολογίας* haec dicens: *Καὶ τὸ ὅλον δὲ, τ. μικρολόγων κ. τὰς ἀργυροθήκας ἐστὶν ἰδεῖν εὐρωτιώσας, κ. κλεῖς ἰωμένας· In summâ, sordide parcorum loculos videas situ obsitos, claves ferrugine illitas*'.

quia Dei maledictio omnia absumit. neque enim aequum est, improbos vel eorum haeredes opibus frui quas violentes quasi e manu Dei rapuerunt. Sed quia J. hic vitia enumerat, quibus divites calamitatem de qua meminit sibi accersunt: contextus hoc postulat, meo judicio, ut dicamus hic immensam divitum rapacitatem perstringi, dum supprimunt quicquid undecunque possunt ad se trahere, ut *inutiliter in arcâ computrescat*. ita enim fit, ut quae Deus creaverat in hominum usus, ipsi perdant quasi hum. naturae hostes. Notandum autem est, quae hic recenset vitia non competere in singulos. nam alii divitum laute sibi indulgent; alii in pompas et ostentationem multa dilapidant; alii genium fraudantes misere in suis sordibus victitant. sciamus ergo, alia aliis vitia hic exprobrari; generaliter tamen damnantur omnes qui vel injuste sibi divitias accumulant, vel illis perperam abutuntur. Ceterum quod nunc J. dicit, non solum extremae tenacitatis divitibus convenit (qualis est Plautinus Euclio), sed quibusd. etj. *alioqui splendidis et lautis*, qui malunt apud se *corrumpi opum acervos* quam in necessarios usus erogare. tanta est enim quorundam malignitas, ut communem aliis solem et aerem esse aegre ferant'. — OEC. (et THPH): Jubet eos *θρηνεῖν, ὡς εἰς ἀνύπαρκτον κ. φθορὰν ταμιευομένους τ. πλοῦτον αὐτῶν, κ. μὴ τ. δεομένοις δαπανῶντας αὐτόν. μόνη γὰρ ἡ πρὸς τούτους πλούτου δαπάνη οὐκ ἀπόλλυται, ἀλλ' ἀκέραιος τ. δαπανῶντι φυλάττεται.*

Quod singula attinet, attendendum potissimum est orationem partim speciatim habere, partim exaggeratam esse. Inde *Πλοῦτος*] **qui** *Σέσηπε*] *putridum* (se) *fecit, putruit*, **accipi potest genus pro specie, eâ quae** *putredini* **est obnoxia [RAPH. WF. SML. GBS], ut juxta appellentur divitiae** *a*) *frugum carnumque*, *b*) *vestimentorum*, *c*) *metallorum*. **Simplicius tamen videtur, Synekdochen speciei pro genere**[268]) **in Vbo quaerere, ut** *σαπῆναι* **et** *σεσηπέναι* *putrescere, tabescere* **sit** = *φθείρεσθαι perire* (cll. v. 3 *κατιοῦσθαι* et 1, 11 *μαραίνεσθαι*) [GT. MR. AGSTI JASP. HT. PT. SCHNK], ut primum *divitiae* in universum appellentur, hisque deinde subjungantur *thesauri a*) *ἱματίων*, *b*) *χρυσοῦ κ. ἀργύρου*. *Vestimenta* - luxuriae veterum insignis species[269]), h. l. fortasse non sine respectu loci 2, 2[270]) commemorata - *Γέγονε σητόβρωτα*] *a tineis adesa, corrosa*; cf. de formâ Act. 12, 23 (*σκωληκόβρωτος*), de re Job. 13, 28 (ubi in comparatione *putredo* [רקב] et *ἱμάτιον σητόβρ.* [בגד אכלו עש] componuntur) Jes. 51, 8. et Mt. 6, 19 sq. *Aurum et ar-*

---

268) Nec vero *tropum* eumque *duriorem sed quem facile ferat scriptorum ss. consuetudo* (ut HT. et PT. pronunciarunt cll. 1 Tm. 6, 19. 2 Tm. 2, 26. Ap. 1, 12). 269) 'Vestimentorum thesauri ap. veteres fide majores fuerunt, e. c. — *Chlamydes Lucullus, ut ajunt,* ' *si posset centum scenae praebere rogatus,* ' *Qui possum tot? ait; tamen et quaeram et quot habebo,* ' *mittam. Post paulo scribit, sibi millia quinque* ' *esse domi chlamydum; partem vel tolleret omnes.* ' *Exilis domus est, ubi non et multa supersunt* ' *et dominum fallunt et prosunt furibus.* Horat. Epp. 1, 6, 40. De vestium sumtuositate et numerositate ap. orientales [singulatim puritati sectandae ipsâ coeli necessitate obstrictos] vd. JAHN. Archaeol. bibl. 1, 2, p. 162. Opulenti homines ac principes copiam vestium in promtu habere solebant dilargiendarum, e. c. hominibus quos invitaverant ad epulum Mt. 22, 12... Ap. Hor. Sat. 2, 3, 118. est avarus, *in neminem bonus, in se pessimus, stramentis incubans, octoginta annos natus, cui stragula vestis,* ' *blattarum ac tinearum epulae, putrescit in arcâ*' (SCH). Ceterum recte HT.: 'Etiam hic nimis argute ROSENM.: *Quos alloquitur Ap.*, inquit, *solebant ut videtur vestes, pretiosa, annonam ctt. emere et postea carius atque iniquius vendere.* Omnino totus h. l. ex orationis proph. naturâ est explicandus. non enim haec est enumeratio mercium, sed amplificatio poetica divitiarum quas isti homines, s. vendendis aut mutandis mercibus s. foenore aliisque artibus injustis saepe ac parum honestis, accumulaverant. ergo inter cetera instrumenta fastûs, luxuriae atque libidinis etiam commemorantur vestes pretiosae. cf. 2, 2.' 270) '*Auch d. Prachtkleider, auf welche ihr e. so gr. Werth legt u. wonach ihr den Menschen achtet, werden vernichtet*' (AGSTI).

gentum Κατίωται] *rubigine (aerugine, ferrugine) est infectum*, vitiatum et consumtum. Quum partim **populariter** idque de **metallis omnino** loquatur, partim sententiam **exaggeret**: non opus est – *quia rubigo in aurum et argentum non cadit*[271]) – artificiis *A*) rubiginem de ferro ad illa metalla *transferri*, 'non quod id fieri soleat, sed quod saepe par sit eventus' (GT); *B*) cogitari *colorem viridem* qui auro diu defosso aut acri humori longâ in quiete exposito adhaereat (MICH. SML), s. *C*) aurum et argentum quod, quippe *haud purum*, revera aerugine vitiari potuerit [SCH.[272])], s. *D*) vasa illis metallis *ornata* iisve *nonnisi parta*, quae item isti corruptioni vere obnoxia fuerint. Add. SCHNK.: 'Quam bene haec imago de auro pariter ac argento aerugine confecto quadret, inde discimus quod teste Strab. [l. a KYPK. allato L. 16 p. 1107] a fumosâ maris mortui fuligine *κατιοῦται κ. χαλκὸς κ. ἄργυρος κ. πᾶν τὸ σιλπνὸν μέχρι κ. χρυσοῦ*. id *κατιοῦσθαι* autem, si Diod. Sic. 2, 48 audimus, coloris tantum fuit mutatio ex halitu bituminis profecta (*ἀποβάλλειν τ. ἰδιότητα τ. χρώματος*). quare *ἰὸς* quoque Ep. Jer. [Bar. 6] v. 12. 24. attribuitur auro. Ceterum *ἄργ.* et *χρυσ.* et pro vasis ex eisdem confiatis et pro pecuniâ ponuntur, ut nobis dr.: *d. Geld im Kasten verrosten lassen.* (Cic. Tusc. 5, 21. *abacos complures ornavit argento auroque caelato* = vasibus aureis ctt.)'.

Atque Ὁ ἰὸς αὐτῶν] *haec metallorum rubigo* i. e. (specie proxime praecedente pro toto genere) *universa ista divitiarum corruptio – Εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται*] *documento erit* — quod utrum **pro** aliquo an **contra** eum faciat, reliqua monstrare debent (vd. ad Mt. 8, 4). *A*) Documento erit *fragilitatis divitiarum*[273]) *hominumque ipsorum* [AGSTI[274])]; *B*) Tanquam *poena div.* vestram *improbitatem* (tanquam effectus causam efficientem) manifestam reddet [MR.[275]) GÖPF]; *C*) Tanquam apertum improbissimae *avaritiae documentum* vestram *impietatem culpamque κατα-μαρτυρήσει ὑμῶν, ἐλέγχων τὸ ἀμετάδοτον ὑμῶν* [OEC.; CALV. BMG.[276]) SML.[277]) HT]. *Καὶ φάγεται τ. σάρκας ὑμῶν*] *A*) *Moerore et penuriâ*, 'ita ut *σκελετὸν* efficiatur homo antea carnosus' [MR.[278])];

---

271) 'Theognis 451 de auro *τοῦ χροιῆς καθύπερθε μέλας οὐχ ἅπτεται ἰὸς οὐδ' εὐρώς, αἰεὶ δ' ἄνθος ἔχει καθαρόν*... Hierocl. in aur. carm. Pyth. *ὁ χρυσὸς μόνος τ. ἄλλων ἰὸν οὐ ποιῶν*... Sapph. *ὅτι Διὸς παῖς ὁ χρυσός. κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ ἰὸς δάπτει*.... Plin. HN. 33, 19. *Super cetera non rubigo ulla, non aerugo, non aliud ex ipso* [auro] *quod consumat bonitatem minuative pondus*...' (WTST). 272) 'Quum aurum nonnisi argento s. aere admixtum reperiatur ac veteres artem expurgandi vel omnino non calluerint vel non satis: haud mirum est aurum h. l. aerugine corruptum dici a J., licet purum aurum aerugine non afficiatur. Situ certe nitorem perdere potest ejusmodi aurum expositum. Ep. Jer. [Bar. 6] v. 24. *Τὸ χρυσίον, ὃ περίκειται εἰς κάλλος, ἐὰν μὴ τις ἐκμάξῃ τ. ἰὸν, οὐ μὴ στίλψωσιν*. Thren. 4, 1. *Πῶς ἀμαυρωθήσεται* (יוּעַם) *χρυσίον, ἀλλοιωθήσεται τὸ ἀργύριον τ. ἀγαθόν*; 273) '*Wird euch überzeugen, dass aller Reichth. vergängl. ist*' (Ex Hdb.) cll. Mt. 6, 19 al. 274) '*Wenn ihr nun sehet, wie d. Rost eure Kostbarkeiten auffrisst, so erinnert euch dabei, dass ihr selbst eben so gut wie eure Schätze verzehrt werden sollt*'. 275) 'Ubique idem significat quod: *erit vobis documento*. jam documento cujus rei? vestrorum scelerum et improbitatis vestrae. ille enim interitus opum ut poena hîc tractatur; omnis vero poena est mihi documento sceleris alicujus; non punirer nisi egissem sceleste. ergo: *interitus opum documentum scelerum vestrorum erit*'. 276) *E. Beweis sowohl eurer Lieblosigk. als eurer abgött. Anhänglichk. u. zugl. eurer dadurch bewiesenen Thorheit — u. zwar vor Gericht.* 277) 'Testimonium quasi perhibebit ap. Deum adv. vos'. 'Non poterunt impietatis suae memoriam et conscientiam fallere, quoties cogitabunt amissas istas divitias, accusabunt simul istam impietatem, quod injustis modis omnibus eas corraserint et quod meritâ poenâ hac carere non possint' 278) Auget cogitatione morbi; 'maxime (ait) h. l. ita capitur quoniam additur *ὡς πῦρ*, ut ignis s. ut equidem opinor, *febris*. nam febris edit carnes nostras, absumit succum et sanguinem, emaciat totum corpus. et quanq. febris est *πυρετὸς* vbo prpr., tamen adj. *πῦρ* est febris, aestus febrilis, ut ex VOSSII Lex. hippocr. multis exemplis disci

Er.[279]) Sml. Jasp.; 'moerore ac macie conficiemini partim propter dolorem amissarum divitiarum, partim conscientiâ injustitiae ac maleficiorum quibus illas paravistis' Ht]; *B*) *Poenis divv.*; 'bona ista vestra ... causa vobis erunt gravissimarum poenarum post tempus judicii' [Gt.; 'auri et argenti putredo quasi materia erit inflammandae irae Domini' Calv.; Pt.; '*d. Rost, der wider euch zeugt, wird euch Strafen herbeiführen die .. euch u. euer ewiges Wohl zerstören werden*' Grash. p. Gbs.; 'praeclare ὁ ἰὸς ipsos bonorum corrasores et cumulatores attingere et comedere dr. (cf. I, II), poenarum imago ipsis subeundarum' Schnk]. Utrobique Σάρκες] nec *A*) mera sunt circumlocutio hominis [Pt?], nec *B*) mera amplificatio imaginis [Gbs.: *gehört blos z. Ausschmückg - ihr Fleisch wie das Gold vom Roste*]; nec - quanquam Plurali nonnunquam sine peculiari vi hebr. בשר ap. Lxx redditur - hoc est momentum, quod s. *C*) ipsi crucientur (*persönl. auf e. schmerzhafte Weise — 'es wird nicht bei d. Strafe d. Verlustes bleiben, sond. e. Strafe der schmerzlichsten Empfindg dazu kommen'* Bmg), s. *D*) 'ejusmodi homines nihil sint nisi σάρξ' (Schnk); sed cogitandi sunt *E*) homines carnosi et bene pasti cll. v. 5 [Mr. Jasp. Pt.; Sch.[280]) cll. Job. 41, 15. מַפְלֵי בָשָׂר *palearia*, *Fleischwampen*]. Ὡς πῦρ] *Tanquam ignis*, *A*) *aestus morbi* [Mr. Ht. Jasp.; vd. not. 278]; *B*) *flamma crucians et perdens*. Quum ignis item dicatur φαγεῖν simulque poenam div. repraesentet: 'elegans (ut c. Pt^a loquar) vbis subest orationis figura. *aerugo* describitur quasi invadat membra divitum eaque quasi, ut metallum, arrodat atque consumat, et quidem - ut doloris crudelitatem ex aerugine corpus arrodente oriundam additâ novâ imagine depingeret - ὡς πῦρ, tanquam *flamma* membra quasi circumlabens carnemque lento dolore depascens, digna sunt quae cff. Jes. 10, 16 sq. 30, 27. 30. 33, 11. Jer. 5, 14. Ez. 15, 7. Am. 5, 6; sic et Hom. ignis dr. consumere carnem hum. *Il.* 23, 177-83.' — *Wir haben* (notat Gbs), *wie öfters bei J., e. nicht ganz ausgeführtes nur flüchtig hingeworfnes Bild.* — — Cumulum addit, sententiâ breviter et ἀσυνδέτως adjectâ

Ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις! Ἐν ἐσχ. ἡμ.] *extremis*

---

potest'. Sns.: '.. *emaciabit corpus vestrum febris ritu*: interitus opum angit animum; non possunt amplius laute vivere; angor ille animi tandem, ut est ap. Poetas, medullas edere solet; angor incipit succum omnem et carnem absumere; sic emaciatur ipsum etj. corpus'. — Hanc explicationem, quanquam longius petitam, quanquam linguae adeo lege destitutam (quod enim *aestum* febrilem, non ideo etj. *febrem* significat, potissimum nullâ additâ notatione), probavit Ht. Jacobo putans 'aliquid obversatum fuisse ejus morbi, qui Grr. ἐρυσίπελας, Latt. *ignis sacer* dr.' (cll. Virg. Ge. 3, 565 sq. *nec longo deinde moranti tempore contactos artus sacer ignis edebat*), non improbante Jasp. 279) 'Sero frustraque macerabit vos male servatae pecuniae poenitudo. duplicabit infelicitatem vestram, quod male parta male servastis'. 280) 'Σάρκες, non κρέατα' haec sunt bestiarum mactatarum, illae viventium. Σάρκες, non σῶμα' nam corpus etiam homo tenuis et egenus habet, non autem *repletum carne corpus*, ut Ovid. loquitur. Qui carnosi, παχεῖς, generatim divites esse videntur, εὐφραινόμενοι καθ' ἡμέραν λαμπρῶς Lc. 16, 19. Cum aerugo sit genus veneni, haud male sibi constat locutio tropica, per quam erodere carnes dr. quemadm. metalla'. Unde vertit: '.. *u. ätzen eure Fleischwampen*', quod in *Thh. Ann.* l. c. p. 435 defendit hisce: '*Es ist hier nicht v. allen u. jeden, die etwas Fleisch an d. Knochen haben, d. Rede, sond. v. Reichen, die bei den Grr.* παχεῖς, crassi, *genannt werden; die Armen* λεπτοὶ, tenues, דלים; *Ps.* 32, 3; דשני ארץ, πίονες γῆς, opulenti; *Deut.* 32, 15... *Ez.* 34, 20. *wo das fette Vieh, die Reichen; das magere, die Armen... Freilich, wo d. Reichth. in Gefahr kommt, od. d. übermässige Geiz in stete Aengstlichk. versetzt*, ἀγρυπνία πλούτου ἐκτήκει σάρκας. *Sir.* 34 [31] 1. *Doch sind es nicht* οἱ πλούσιοι, *sond.* οἱ βουλόμενοι πλουτεῖν, שקדי עשר, *v. denen Sir. spricht*'.

diebus. Post GT. pleriqve (ἐν pro εἰς): *in extremos dies*, qui sensus demum esse posset, ubi quod *in* extremos dies, fit simul extremis diebus. Inde Ἔσχαται ἡμμ.] *extremi dies*, nec cogitari possunt *vitae*, quos sibi promiserint (4, 13) quibusque opum coacervatione providere voluerint [WP. cll. Lc. 12, 19] - nisi velis c. MR. exponere: 'cumulastis opes sub finem vitae vestrae; *es wird bald mit euch gar vorbei sein, was helfts gesammelt zu haben?*'; s. cum SCH[10]: 'ἐν ἐσχ. ἡμμ. usque versamur qui nescimus τὸ τῆς αὔριον'.[281]) - nec *rerum humanarum* ('vel quod divites, quasi semper victuri essent, nunquam satiantur sed congerere satagunt quod *usque ad finem mundi* satis sit, vel quod iram ac maledictionem Dei coacervant *in extremum diem.* hoc secundum magis amplector' CALV): sed (ex usu constante Scriptorum ss.) *temporis antemessiani*, dies ultimi ante judicium aevumque messianum (אחרית הימים; cll. R. 2, 5. ἡμέρου ὀργῆς κ. δικαιοκρισίας τ. θέου). Hoc tempore aeonis judaici ultimo, si vel minime scirent et crederent, jam viventes, dici poterant Θησαυρίσαι] *A)* simpl.: *opes coacervasse*; *B)* transl.: *poenas cumulasse* (Prov. 1, 18. θησαυρίζειν ἑαυτῷ κακά. R. l. c. θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν); *C)* utrumque: '*Opes cumulastis magno vestro malo, imminente jam gravi divinā vindictā*' (HT). Nimirum *diserte* nonnisi prius expressum est: *Extrema tempora sunt quibus haec coacervastis, itaque propediem nullum amplius facere poteritis eorum usum, [quid quod*[282]) *ea calamitosis istis temporibus majori vos periculo exponent]* [LTH. MR. AGAM. PR.; '*die jetzige Ordnung der Dinge hört bald auf, e. neues Sein wird beginnen, u. in diesem fragt Niemand nach euren Schätzen; wehe euch, wenn ihr denn k. andern edlern Schätze d. Seele aufzuweisen habt*' GBS.; GRASH.; 'sqq.: vere evenit quod minor, jam enim sunt dies ultimi ctt.' SCHNK]. Alterum *cogitando* addatur oportet. Unde fuerunt qui, minus simpliciter, partim ὡς πῦρ cum sqq. copularent [SYR.[283]) et KNP]: *tanquam ignem* cruciantem et consumentem *opes istas congessistis* et quidem *ipsis extremis temporibus* i. e. coacervastis in summam vestram eamque proxime instantem perniciem; partim variis artificiis e vulgari copulatione arctiorem aliquem nexum notionum *cumulandi* et *ignis* extorquerent [LAT. UTERQ.[284]) OEC.[285]) THPH.[286]) AR. et AETH.[287]) GT.[288]) ROSENM.[289]); etj. SML.[290])

---

281) Addit: 'Eos autem intellexit ZWGL. dies, quos ipsi suo jumento advexerint'. 282) '*Ihr habt höchst thörigter Weise Schätze gesammelt auf e. Zeit od. zu e. Zeit, die sich gar nicht schickt, da sie euch gar nichts helfen sond. eure Noth u. Unglück vermehren werden, indem reiche Leute bei dgl. Trübsalen am übelsten daran sind*' (BMG). '*Um eures Reichth. willen werdet ihr selbst umkommen, wenn d. Feinde euch plündern werden, da die welche nichts haben, verschont bleiben*' (GÖPF). 283) Vertit: *Ignem accumulastis vobis in extremos dies*, quod WIN. Obss. p. 19. ita explicat: 'thesauri vestri in ignem vobis abibunt, *sie werden für euch zu e. Feuer* (*zu e. brennenden Flamme*) *werden*'. Addit: 'Ita non opus est ut c. SCH[10] legas πυρί'. Is vero haec adjecit: Πῦρ = 'ὀργή, κόλασις, eventura in ἔσχ. ἡμέραις. interserunt post ἐθησ. VULG. et OEC. in textu ὑμῖν ὀργήν, ex R. 2, 5. ego malim intelligere ἀδικίας κ. ἀνομίας, ὡς ξύλα, πυράν'. 284) '*Sicut ignis* VULG. retraxit ad φάγεται, sic et IT. facit; sed porro addit: thesaurizastis *et* in novissimis diebus, quasi legisset: ἐθησ. (τε) ἐν — Optime! sensu satis grandi' (SML). cf. not. 283. 285) 'Ita vult et jubet construi: ὁ πλοῦτος ὑμῶν, ὄν (sic vult *addi*, ὄν) (ὡς πῦρ) ἐθησ., καταφάγεται τ. σάρκας ὑμῶν. — et porro, in ultimis diebus εὑρήσετε τ. πλοῦτον ὑμῶν ὡς πῦρ ταμιευθέντα ὑμῖν εἰς ὄλεθρον' (SML). cf. not. 283. 286) 'Ὡς πῦρ ὃ ἐθησ. ἐν ἐσχ. ἡμέραις. τοῦτο πρὸς τὸ, ὁ πλοῦτος ὑμῖν, συνταχτέον, ἵνα ᾖ οὕτως. ὁ πλοῦτος ὑμῶν, ὃν ὡς πῦρ ἐθησ., καὶ ἐτρυφήσατε κλ. 287) Orationem ita explevernt: *sicut ignis quem cumulastis.* 288) 'Bona ista vestra tantam in copiam asservata, extra hominum usūs, ut saepe inutiliter pereant, causa vobis erunt gravissimarum poenar. post tempus judicii, plane quasi *ignem* in vestro malo *asservassetis*, ignis dr. carnes comedere ... et sub *ignis* nomine solet notari *ira div.* aut *ejus argumenta*'. 289) '*Solche Schätze sammelt ihr euch auf jenen Tag!*' 290) 'Talem thesaurum coacervastis in novissimos

qui ingeniose admodum vv. ὡς πῦρ in suspicionem *additionis*[291]) vocavit].

4-6. *Ecce merces operariorum qui demessuerunt campos vestros, detenta a vobis,* Dei *clamat* vindictam, *atque continua* horum *messorum vociferatio in* ejus *jam penetravit aures,* qui, *agminum dominus,* judex est tremendâ potentiâ instructus. *Vos* vero *ipsi luxuriastis in his terris et lasciviistis, pavistis animos vestros* ipso hoc ultimo vestrae *quasi mactationis tempore.* 'Nec contenti opprimere miseros istos et pauperes, *injusto judicio experiri solebatis contra justum* et innocentem; sic vel *occidere audebatis* eum, qui *ne restitit quidem vobis*' (SNL).

Divitiae vestrae sunt etiam injuste partae; et privatâ injuriâ (4) et etiam publicâ (6) extorsistis et coegistis; cui ipsorum nequitiae mirum quantum exaggerandae inservit interposita (5) descriptio vitae ipsorum dissolutissimae in ipso interitûs discrimine actae. 'Nos tantum illiberalem tenacitatem illis divitibus exprobrat, sed et injustitiam contra praecepta non Xti modo sed et legis per Mos. datae... Nimirum differebant mercedes operis rustici solvere, quo diutius pecuniae incubarent et eâ ad mercatum uterentur. Peccata autem tam aperte hum. societatem perturbantia drr. ad Deum clamare' (GT). — 'At vos nihil interim commovebat pauperum esurientium et sitientium calamitas. alienus sudor vos alebat. aliena fames ac sitis vos saginabat. illi ringebantur, illi algebant, illi fame sitique enecabantur. vos interim suaviter et in deliciis vitam transigebatis in terrâ, lasciviebatis et omni voluptatum genere pascebatis animos vestros... Neque contenti fraudasse pauperem, condemnastis et occidistis innocentem non reluctantem' (EB).

4. Ἀμᾶν] = sq. θερίζειν (altero a *colligendo,* altero ab *aestate* dicto) *metere* (קצר). Cujus vocis quanquam minus rectè sollicitetur explicatio, in tantum tamen extendenda est applicatio, ut sit *species operis rustici* pro *omni opere rustico,* idque pro *omni genere hominum mercenariorum,* quorum Μισθὸς ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν] *merces a vobis* - variis modis ac praesidiis[292]) - *detenta* Κράζει]

---

istos dies qui jam oriuntur'. 'SNS. est: O vos miseros! putastis vos satis securos operam dare colligendis opibus; sed collegistis vobis alium thesaurum, malorum, suppliciorum, quo jam potiemini, Dei justo judicio jam puniendi'. 291) 'Clara sunt additamenta ad h. sententiam, inde a longo tempore. nam in Cd. A(lex). repetitur hic: ὁ λὸς ὡς πῦρ, quae additio etiam in SYR. secundâ legitur, np. ex alexandrinis. jam SYR. translatio plane non habet ὡς atque jungit πῦρ c. ἔθησ., itaque [?] hic *nondum* in graeco fuit ὡς. jam si vel unus Cd. superesset, a quo πῦρ abesset, non dubitarem additum esse e Ps. 21, 9. *καταφάγεται αὐτοὺς πῦρ,* sicut VULG. AETH. addunt *iram* ad vb. *thesaurizastis,* ex R. 2, 5. Alii repetierant ὁ λὸς, quod superest in Alex., alii πῦρ, inde utrumque scripserunt, mutato ὁ λὸς in ὡς... Facillima fuisset intptatio, si legissent antiquitus ὡς πῦρ, nec [?] eo venire quidam potuissent, ut jungerent ὡς πῦρ c. vbo ἔθησ. Aerugo interni morbi more vorat; sic *famem* simul describeret; ignis autem picturam puto alienam'. 292) Vb. omnino est *privare,* quod ad *mercedem* relatum varios intervertendi et defraudandi modos complectitur, solutione s. *penitus non factâ,* s. *procrastinatâ* et *retardatâ,* s. *imminutâ* (*abgebrochen* LTH.; *abgedrückt* SCH.; *entzogen* STZ.; *vorenthalten* AGST). Praevb. ἀπὸ quanquam hujus Vbi vi ita a ὑπὸ distingui potest, ut alterum sit *de aliquo* s. *alicui* extortum, alterum *ab aliquo* (SCH. cll. Lc. 10, 42 al.) – ubi librariorum incuriâ corruptum atque c. paucis libris ὑπὸ legendum foret –: non tamen opus est. Pari jure cogitabitur fraudatio *ab ipsis profecta,* latiore copulatione adhibitâ, non (BNG) *euphoniae* causâ nec quod (WAHL) *ipsorum jussu* factum sit, sed quod *ab* ipsis fieret *variis modis,* non solum directe et immediate (ὑπὸ).

ipsa quasi *exclamat* sc. (ut sqq. et usus VTi זעק docent) ad *Deum* ad *vindictam* provocandum. Describitur summa peccati atrocitas, ubi si vel homines obmutescant et sileant, res ipsa clamet; ubi judex omnino vel justus saltem inter homines desit; ubi vindicta nonnisi a Deo proficisci queat justa, eaque non deesse possit. Eadem quae h. l. species habetur Job. 31, 38 sq.; rell. quae huc referuntur sunt caedes Abelis Gen. 4, 10; flagitia Sodomitarum 18, 20. 19, 13; oppressio Israelitar. Ex. 2, 23 sq. 3, 9. 22, 22 sq.. Exaggeratur vividiusque pingitur partim atrocitas partim vindicta. *Metunt Χώρας*] (non *ἀγρούς*, *agellos*, ut bene notavit SCH., sed) *integros campos*, *regiones*. Quod labor est *sudoris* plenus (ER); quod 'si vir humanus et aequus curam habet jumenti sui, ut loquitur Sal. Prov. 12, 10., haec prodigiosa saevitia est, quum homo erga hominem, cujus sudores in suum commodum exsugit, nullâ misericordiâ tangitur' (CALV); quod messores 'mercedem suam nonnisi gravissimo labore acquirunt, ob incommoda aestus solisque intemperiem' (ROSENM.; PT. GES.: - *in brennender Sonnengluth! - fast k. Lohn schwerer verdient!*; GRASH); quod 'crudelissimum est operarios mercede spoliare tum, cum agrorum reditûs convehuntur et coacervantur' (SCH)[293]; quod res est *jam in VTo*[294]) severe interdicta (GT): ea non certe vbis suis J. notavit; quod vero '*messores tantum* nominentur, quia major multitudo esset' (SML): ne res quidem commendat. — Non solum *clamant*, sed eorum *Boaí*] *clamores* queruli opemque implorantes - *Εἰς τὰ ὦτα τλ.*] *jam auditi*[295]) *sunt* idque *ab omnipotente*, itaque istae injuriae non inultae impunitaeque demittentur. *Κύριος σαβαώθ*] 'signif. *Deum siderum et angelorum* ac proinde *potentissimum*' (GT) - infinitis quasi copiis et exercitibus instructum (SML), dominum universi (MR) - quem h. l. de industriâ 'appellat, ad terrorem eorum qui pauperes putant nullum habere tutorem' (BD). Hebr. אֱלֹהֵי צְבָאוֹת ett. (vd. LXX.; *agminum* sc. coelestium, צְבָא הַשָּׁמַיִם) ita 'ap. LXX per Jes. saepissime [v. c. etj. R. 9, 29.

---

293) Cf. Deut. 25, 4. *Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.* cujus mandati Jos. Antt. 4, 8, 21 hanc reddit causam: *οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον εἴργειν τοὺς συνειργασμένους τοῦ καρποῦ κ. περὶ τ. γένεσιν αὐτοῦ πονήσαντας.* 294) Deut. 24, 14 sq. *Οὐκ ἀδικήσεις μισθὸν πένητος ... Αὐθημερὸν ἀποδώσεις τ. μισθὸν αὐτοῦ, οὐκ ἐπιδύσεται ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ ... καταβοήσεται κατὰ σοῦ πρὸς κύριον.* Lev. 19, 13. *Οὐκ ἀδικήσεις τὸν πλησίον ... οὐ μὴ κοιμηθήσεται ὁ μισθὸς τ. μισθωτοῦ σου παρὰ σοὶ ἕως πρωΐ.* Mal. 3, 5. *Προσάξω πρὸς ὑμᾶς ἐν κρίσει κ. ἔσομαι μαρτὺς ταχὺς ἐπὶ .... κ. ἐπὶ τ. ἀποστεροῦντας μισθὸν μισθωτοῦ τλ.* Tob. 4, 14. *Μισθὸς παντὸς ἀνθρώπου ὃς ἐὰν ἐργάσηται, παρὰ σοὶ μὴ αὐλισθήτω, ἀλλ' ἀπόδος αὐτῷ παρ' αὐτίκα.* Sir. 31, 21 sq. [34, 25 sq.] *Ἄρτος ἐπιδεομένων ζωὴ πτωχῶν, ὁ ἀποστερῶν αὐτὴν ἀνθρωπος αἱμάτων. Φονεύων τὸν πλησίον ὁ ἀραιρούμενος συμβίωσιν, κ. ἐχχέων αἷμα ὁ ἀποστερῶν μισθὸν μισθίου.* Add. (l. a SCHÖTG. observatum) Synops. Sohar. p. 100. n. 45. *Cum pauper opus aliquod servile peragit in domo quadam, halitus ab odore ipsius prodiens sub gravi illo labore ad noctem usque sursum ascendit. vae igitur illi patri familias, qui mercedem ejus retardat.* 295) 'Desumta est descriptio a rerum humanar. modulo; est autem maxime frugifera, plena solatio et animorum motibus et taediis superandis aptissima; licet homines sensim discerent, Deo nec auribus opus esse nec oculis aut manibus' (SML). Add. SCHNK. (qui postquam notavit: '*χράζει*, clamat ipsa materia peccati contra injustos; adm. poetice atque e sensu aevi incultioris sed jus fasque reverentis dictum', subjungit): 'Non tantum ap. Rabb. qui haud raro anthropomorphismos ultra justum modum extendebant, eadem *aurium Dei* mentio saepe occurrit (Pirke Ab. 2, 1. דע מה למעלה ממך עין רואה ואזן שומעת *Considera quid sit super te, oculus videns et auris audiens*), sed nostrâ quoque linguâ vulgari haec imago teritur, neque certe poesi ac rhetoricae religiosae detrahere hunc anthropomorphismum subtilitati cuidam Samaritanae permittemus. (*GRÄNEISEN üb. bildl. Darstellg d. Gotth.*)'.

e Jes. 1, 9], quater 1 Sam., semel ap. Zach.[c] (Sch); alibi redditur 'κύριος δυνάμεων, ut Ps. 24, 10, aut ὁ δεσπότης [σαβαώθ] ut Jes. 1, 24, aut [κύριος] παντοκράτωρ, ut 2 Sam. 5, 10' (Ht). Appellationem ipsam non solum haberi ubi 'bellum quasi inferre dr. impiis', recte notavit Pt..

5. Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τ. γῆς] Primarium momentum non facit appellatio *terrae* (Gss. et Graesh.: *Auf Erden - ab. auch nur hier!*), sed (recte notantibus jam En. et Sml[o]) oppositio *vitae ipsorum luxuriosae*. Hoc vero, quod dum alios premunt, ipsi quasi diffluunt, augetur gradatim eo, quod *terrena* et caduca sint quibus se totos dedant, quodque hoc faciant *imminente jam interitu*; aperte enim 'Ημέρα σφαγῆς] et componi debet cum ἡμέραις ἐσχάταις v. 3. et ad *interitum* referri, suppeditata quippe imagine *pascendi*: dies quasi *mactationis* i. e. excidii a Deo poenae loco immittendi, interpretante Oec[10] σφαγῆς ταῖς ῥωμαϊκαῖς χερσίν. Cf. Jer. 12, 3 Ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς (יום הרגה) αὐτῶν. 25, 34. Ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι ὑμῶν εἰς σφαγήν. Phil. in Flacc.: αἰτία μοι κ, ποτὰ καθάπερ τ. θρέμμασιν ἐπὶ σφαγὴν δίδοται. Add. Act. 8, 32 (cll. Jes. 53, 7) R. 8, 36 (cll. Ps. 44, 23). Τρυφᾶν] et Σπαταλᾶν] componuntur tanq. antecedd. et conseq.: *diffluere* et *dilapidare*, *luxuriare* et *lascivire*; unde alterum *deliciarum*, alterum *prodigentiae* recte dicetur, et Lex. Cyrilli: σπαταλᾷ· λίαν τρυφᾷ, ἀσώτως ζῇ. Comparant hebr. התרוצץ et התענג (vd. Lexx.). Ἐθρέψατε] *aluistis*, pavistis et quasi saginastis - Τὰς καρδίας ὑμῶν] '= ἑαυτούς, adjuncta quidem notione *voluptatis*. cf. Act. 14, 17 [ἐμπιμπλῶν τροφῆς κ. εὐφροσύνης τ. καρδίας ὑμῶν]. *Genio indulsistis*, *cutem*[296]) *curastis*' (Ht). Ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς] *A) Tanquam die mactationis* sc. victimarum ('Quia solebant in sacrificiis solemnibus liberalius vesci quam pro quotidiano more. dicit ergo divites totâ vitâ continuare festum, quia in continuis voluptatibus sint demersi' Calv.; Bz. Gt.; cll. 1 Sam. 9, 13. 16, 3. 11 al.) s. multorum pecorum ('Indulsistis lasciviae per convivia quotidiana, quae similia sunt conviviis in diebus festis' Mr) i. e. *tanquam die festo*. Sns.: Luxuria vestra quotidiana dies festos aequabat. Quanquam 'ἡμέρα σφαγῆς nusquam de *epuli* die occurrit' (Wf), stat tamen sententia, modo c Sml[o] alludi simul ad *interitum* statuas: 'Vixistis .. in epulis et convivlis, sicut illi solent qui aliquando mactant victimam; sed profecto hoc fato, ut vobis instet quasi dies mactationis'. Quanquam enim nec *sacrae* nedum *laetae* mactationis notio expressa est, ad *epuli* cogitationem ipsa jam *mactatio* ducebat (cll. Mt. 22, 2, 4), in qua absque disertiore notatione subsistere et poterat et debebat qui istam allusionem vellet. *B) Tanquam in diem mactationis s. caedis* 'h. e. judicii in eos exercendi, h. sns.: quod instat pecorum caedi destinatorum paverint se et saginaverint lurcones' (Wr. locutione elegantissimâ 'ex qua simul intelligere poterant homines ejusmodi, quam funesta fata sibi a summo numine immineant, dum laetando et luxuriando laetos sumunt dies'; Altm. Rosenm. Agsti Ht. Pt. Sch.; Schr. Jasp.: 'Deliciae et voluptates vestrae immodicae in ultimum desinent exitium, ut sagina pecudum in caedem. dirissima mala vobis mollissimo otio et foedissimâ luxuriâ diffluentibus imminent') cll. ll. Jer. et Phil. ll. Add. *Anth.* 1, 37, 2 (ap. Wtst): Πάντες τ. θανάτῳ τρυφώμεθα τ. τρεφόμεθα, ὡς ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἀλόγως. et Liv. 6, 17. *saginare plebem*, *populares suos*, *ut jugulentur*. Obest ἐν, pro quo (ut ll. ll.) esse deberet εἰς s. ἐπὶ

296) Np. vita delicata dum *illo* sentiatur perfruendo, *hac* externe etiam conspicua fit. Unde, fortasse ob σάρκας v. 3. et sq. σφαγήν, Syr. Barh. 1. Esthal. ita emenderunt, ut hi τὰς σάρκας scriberent, ille vero verteret: *nutrivistis corpora vestra*. Sch. (quanq. allatis Ht[i] vbis, tamen praeeunte Storr.): 'Καρδία, ait, = *stomachus*, per catachresin moris vulgaris, quemadm. ap. Grr. καρδιαλγία, Act. 14, 17'?! — 'Καρδία saepe est animi pars inferior, sedes τῶν πάθων Coh. 9, 3. Mt. 15, 19. Lc. 21, 34. Μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ κ. μέθῃ. cf. Col. 2, 23' (Schnk).

(vd. ad v. 3). *C) Tanquam die mactationis* i. e. 'ultimo (quasi die, quo mactandi et trucidandi eratis, vos saginastis' (MICH.; GES. GRASH. SCHNK). Incommoda videri potest sententia, nisi velis in usum vocare quod WF. in suam sententiam appellavit, quod 'Germani nostrates proverbialiter de vorace dicunt, vorare eum, quasi cras ex furcâ pendere debeat' (*Henkermahl*). Ad *pecorum* enim *saginam* facienda allusio homines poscere videtur qui *in diem* mactationis se quasi saginent, minime vero qui *hoc ipso die* id faciant. Verum res ipsa postulabat imaginem ita adstrictam: similes sunt pecudibus quae ipso adeo mactationis die se pascunt saginantque laetae ac securae; quae vero utrum sacrificationi destinatae sint[297]) necne, non in censum vocatur.

6. *Τὸν δίκαιον*] *A) Justum xατ' ἐξ., Xtum*, cujus hoc nomine insignis mortem Judaei procuraverant [OEC. THPH. BD. GT.; plures vd. ap. WF.] Act. 7, 52. *Τοῦ δικαίου οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται xὶ φονεῖς γεγένησθε.* add. 2, 23. 36. 3, 14 sq. 22, 14. 1 Cor. 2, 8. 1 Jo. 2, 1. 20. al. Quanquam ita omnibus et vcblis et vcblor. declinatibus sua vis constat, nec laborat argumenta tio (vd. infr. p. 256 sq.): tamen quae, quippe a gente per principes commissa, non inepte Palaestinensibus, singulatim Hierosolymitanis exprobrarentur (Mt. 23, 35. cll. Jo. 6, 32), ea minus cadebant in *exteros*, quibus haec scripta sunt. *B) Justum* et probum *quemque*, hac ipsâ de causâ vobis officientem et invisum - *Κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε*] *condemnastis, occidistis.* Praett. nec pro Praess. accipienda sunt nec (c. BENS) nimis premenda; constat sibi oratio (*μισθ. ἀπεστερημ.*!), ita tamen, ut describatur 'continua adhuc injuria, quod vel docere poterat illud Praes. *ἀντιτάσσ.*' (SML) q. d. 'satis longum per tempus impune *fecistis* [et etiamnunc *facitis*] quod lubuit'. Compositio utriusque vbi non tam explicatio est: *condemnastis capitis* (ut sane accidit in Xto), quam gradatio: *ad mortem usque litibus persequimini* (cll. 4, 2. 2, 6; add. Sir. 31, 21 sq. [vd. not. 291] et Sap. 2, 20. *Θανάτῳ ἀσχήμονι καταδικάσωμεν αὐτόν* [*πένητα δίκαιον* v. 10]; contulerunt porro Sallust. in Cat. 33. *Neque cuiquam nostrum licuit, more majorum, lege uti, neque amisso patrimonio liberum corpus habere: tanta saevitia foeneratorum atque praetoris fuit*). Rem fortasse non tam ipsi fecerint, quam per alios. 'Per Hebraismum (ait SCH) saepenumero Vbum, quod simpliciter transitivum est ratione Objecti, etiam Subjecti ratione transitivam significationem sumit. ita *φον.* non occidere, sed condemnandum et *occidendum curare, efficere ut judices vel metu coacti vel pecuniis corrupti id faciant.* haud improbabile tamen est, judicum quoque et magistratuum honores occupatos tenuisse istos, quos J. hac oratione perstringit'. — Quae ita notatur divitum et potentium erga pauperes atque inopes atrocitas, haud parum augetur appositis *Οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν*] *A) Pass.: Neque vobis resistitur* (*atque resistebatur*) - *AA) a Deo* [SCHÖTG.

297) '*Alle Pflege eures Körpers hilft euch nichts, denn d. Zeit wo ihr es thut, ist . . d. Tag eures traurigen Untergangs selbst . . u. mit diesem hört euer üppiges Leben auf... So halten wir uns genau an d. Bdtg der einzelnen Worte, finden ab. dessenungeachtet* [?] *e. Vergleichg der V. 4 erwähnten ἐσχ. ἡμ. mit dem Tage, wo die Opferthiere geschlachtet, geopfert werden, u. e. Anspielg auf diesen letztern*' (GES). 'Alludit ad diem ante festum paschatos mactandis victimis destinatam' (SCHNK). — Verum quid tandem similitudinis intercedat inter Judaeorum victimarumque caedem, nisi fortasse ipsi dicentur alienam culpam luisse? — Ceterum comparationem (*ὡς*) non habent A LAT. UTERQ. COPT. probante SML.; minus commode nisi cum cd. A(lex). legas: *ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς.*

MEYER]; *BB*) *ab homine ullo s. nullius sentiente u. vindictam a vobis sumere audente* [JASP. SCHT]; *CC*) *a probo isto* — paucis: Nihil (obstabat atque) obstat. *B*) Med.: *AA*) *Nonne* (Dominus) *resistit vobis*? omnino resistit! me putetis unquam accidere posse, ut nefandum vestrum flagitium impune sinat abire [BENG]. Non quidem opus fuerit, Subjectum disertius notare; *opponit sese* is, cujus hoc est, *cujus hoc esse modo dixi* (4, 6. cll. Prov. 3, 34. 1 Ptr. 5, 5), ad cujus agminum domini aures de vobis querelae pervenerunt! Nec fortasse Praes. obest; se opponit, *non potest non se opponere*. Magis offendit interrogatio, qua (si vel quodammodo defendendâ fine praecedentis castigationis 4, 12) simplicitatem certe intptationis impediri, docet conjectura BENTLEJI: *Ὁ κύριος ἀντιτάσσεται ὑμῖν*! de qua BENG.: 'Ingenio plaudo, cui haec debetur conjectura, nec ei quidquam deesse sentio nisi patris alicujus aut Cd. vetusti album calculum'. Certe conspicua est sententiae nervositate et vi poeticâ, repetito etjam τ. κυρίου nomine v. 7 haud parum auctâ. Nec igitur (c. BNG) *hariolatio* dici poterit, nisi quatenus sine omni librorum praesidio inde ducta est quod pro *ΟΚΣ* (*ὁ κύριος*) facile a librario arripi potuit *ΟΥΚ*; nec ejus auctor *ingenii prosaici* c. GBS[298]) incusari, nisi quatenus vim poeticam vulgaris lectionis haud senserit. *BB*) Illi vero, in quos saevitis, *non opponunt se*, resistendi quippe non solum facultate sed etiam voluntate destituti. SCH.: *'Is autem vobis resistere et injuriam propellere non potest.* HT. Immo *non vult*, ex illo praecepto [Mt. 5, 39 sqq.]: *μὴ ἀντιστῆναι τ. πονηρῷ*. Nam vim vi propulsare, adversus magistratus et judices legitimâ potestate abutentes et forensi viâ grassantes plebem suâ de causâ sollicitare, optimus quisque magis adhuc religioni habebit, quam dolo effugere, ut ita loquar, justitiam injustissimam'. — 'Sine Copula et Pron. ponderose additur (2, 13); Praes. rem ante oculos ponit' (SCHNK) simulque ad sqq. trahit: *itaque vos etiam*, *fratres* (nolite *ἀντιτάσσεσθαι* imo) *μακροθυμήσατε τλ.* Addit vero hoc Praedicatum, 'ut indignum hoc facinus tanto magis in oculos incurrat. qui enim hominem innocentem ac praeterea patientem injuriarum, quibus fortasse resistere poterat, opprimit, duplici flagitio est obnoxius' (WF). Nec alienum est, quod simul admoneat, 'eo magis paratam promtamque fore vindictam Dei, quum nulla sit pauperi ab hominibus defensio' (CALV). — Quibus Xtus est ille *δίκαιος*, variis usi sunt artificiis. 'Hebraeo more Vb. pro Part.: *eum qui vobis nihil obstabat.* est *λιτότης*. nam contra plurimum proderat' (GT). OEC.: *Ἀναντιῤῥήτως τὸ, ἐφονεύσατε τ. δίκαιον, ἐπὶ τὸν Χρ. ἀναφέρεται* – quem *τὸν μόνον δίκαιον* interemerunt *οὐκ ἐρίζοντα οὐδὲ κραυγάζοντα – τῇ μέντοι ἐπιφορᾷ τῆ, οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν, ἐκοίνωσε τ. λόγον κ. πρὸς τ. ἄλλους τοὺς τὰ ὅμοια παρὰ τ. Ἰουδαίων παθόντας. ἴσως δὲ καὶ προφητικῶς τὸ περὶ ἑαυτὸν ὑπεμφαίνει πάθος.* Add. BENG.: 'Denotat quemlibet justum, maxime vero Xtum ipsum; et deinceps J. haec scribentem, ab Hebraeis Justum cognominatum, cujus supplicium hic divinitus praesignificetur'.

— BD. pluresque Pontificiorum vv. *ὡς ἐν ἡμ. σφαγῆς* ad sqq. traxerunt. Qua interpunctione probatâ haec iniri posset enarratio: *in ipso quasi conspectu caedis vestrae caedem istam commisistis immanem vobisque perniciosissimam, Jesu Messiae; hic nonne sese vobis opponere debebit*? *itaque* (v. 7) *vos, fratres, usque ad hanc Domini praesentiam patientes estote.* Ita bene procederet

---

298) *Nur e. pros. Gemüth .. konnte hier .. die gewöhnl. Lesart für falsch erklären'* ctt. Add. HERD.: '*An d. schönen Orte schnitzelt jedes Kunstmesser vergebens. Der Ap. ist auf d. Gipfel d. Affects e. Rede, die v. V.* 1 *offenbar gestiegen ist — d. Affect macht jedesmal gewärtig: da also hier das treffende Praes.: da steht er noch gleichsam der getödete u. nicht widerstehende Gerechte — u. sieht da fällt d. Vorhang: harret, meine Brüder! wartet. — Welcher Dichter, welcher Redner hat nicht ähnl. schöne Stellen? u. Euer blödes Auge schabt sie weg*?' (quae in quantum etj. in Bentl. conjecturam cadant, quisque videt).

argumentatio; flagitium, quod reliquis omnibus majus est, cumulum adderet castigationi gravissimum; efficeretur porro orationis concinnitas haud spernenda, singulatim vbis v. 3. ὡς πῦρ etiam ad sqq. revocatis: *ignem quasi vobis studiose admodum congessistis; mactationis quasi die mactastis.* Paucis isti et *opum* et *flagitiorum* cumulationi vos dedistis *instante jam judicio!*

7-9. *Patienter igitur,* quum haecce sit divitum vos opprimentium ratio, vos, *fratres, expectate praesentiam Domini* propediem futuram. *Ecce* v. c. *agricola* nec dubitat nec fatigatur *expectare e terrâ carum* laboris sui *fructum* non illico conspiciendum, *patienter ei intentus, interim dum* frugibus foecundandis *accipiat* pluviam *primam et serotinam.* Ita *etiam vos* laborum in terris exantlandorum fructum multo majorem et certiorem *patienter expectate,* atque *robur animis vestris* inde *assumite quod praesentia Domini* jam *appropinquavit. Minime* vero *quiritetis* animo inimico ultionisque cupido *adversus* istos populares *vestros, fratres, ne in judicium* poenamque *incurratis*; *ecce* enim nimia ejusmodi impatientia nec necessaria est nec periculi expers, quia *judex ad fores* jam *constitit.*

A castigandis, qui alios opprimerent, oratio convertitur ad oppressos cum solatio erigendos tum a nimiâ vindictaeque cupidiore impatientiâ avocandos: homines quos 'non raro quaedam impatientia atque indignatio tentabat, ut fere circumspicerent, utrum permanendum sit in xt. hac scholâ, an vero redeundum ad illam vitae luxuriam. Admonet igitur, utne a Deo, quasi nimis tardo vindice xt. religionis, avertantur' (SML). Exempla provocat et commune agricolarum et singulare prophetarum et Jobi. '*Plötzl. brach d. Ap. V. 6 ab. Er lässet, wie* HERDER *unübertreffl. sagt, statt d. Schwertes, den Vorhang sinken, u. streichelt sie nach der heftigsten mit d. sanftesten Stelle ein zur Ruhe, zum Schweigen, Dulden, Harren, selbst Nichtseufzen — —, denn e. höhrer Richter sei da. — So wie ab. s. Wehe üb. die Reichen e. erschütternde Weissagg war, so ruft er nun den v. ihnen bedrängten hartgeprüften Brüdern ... am Schlusse s. Briefes noch e. herzinnigen erquickenden Trost zu u. lässet am Horizonte ihres nachtumhüllten Himmels e. mildschimmernde Morgenröthe aufgehen. Er sucht ab. den Trost in d. Natur u. in d. Schr.*' (GBS). *Διαβαλὼν τὴν τ. ἰουδαϊκῶν ἀρχόντων σπατάλην καὶ τὸ πρὸς τοὺς πένητας αὐτῶν σκληρὸν κ. ἀπάνθρωπον, μεταβαίνει κ. ἐπὶ τοὺς πιστοὺς καί φησι· μὴ ταῦτα ὁρῶντες, ἀδελφοὶ, σκανδαλίζεσθε μηδὲ ἀθυμεῖτε, ὡς ἢ μὴ ἐκδικήσεως ἀποκειμένης, ἢ ἀποκειμένης μὲν, βραδυνούσης δέ. ἔστι γὰρ ἐκδίκησις καὶ κατὰ πόδας* (OEC). Copulatio per *Οὖν*] simplicius videtur ad universam praecedentem disputationem bipartitam referri (*quae quum ita sint*, improbatione poenâque div. praesentissimâ haud carentia) quam ad proxime praecedentia (*itaque vos* etiam nolite, ita oppressi, vos opponere, sed *patienter ferte* ctt.).

7. *Μακροθυμεῖ*] *longo quasi animo est* s. *animum quasi prolongat* et prorogat, qui *patienter expectat seque cohibet* quominus *a*) *animum despondeat*[299]) (Hebr. 6, 15 al.), singulatimque - quum *θυμὸς* de irato potissimum animo frequentetur - quominus *b*) *iram exerat* (cll. hebr. ארך et האריך אף). Patienter ferre jubentur

299) OEC.: *Φασὶ δέ τινες τ. πατέρων κ. τοῦτο, ὡς μακροθυμίαν μὲν ἐνταῦθα τὴν πρὸς ἀλλήλους φησίν, ὑπομονὴν δὲ τὴν πρὸς τοὺς ἔξω. μακροθυμεῖ γάρ τις πρὸς ἐκείνους, οὓς δυνατὸν καὶ ἀμύνασθαι, ὑπομένει δὲ οὓς οὐ δύναται ἀμύνασθαι. διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν θεοῦ οὐδέποτε ὑπομονὴ λέγεται ἀλλὰ μακροθυμία, ἐπ' ἀνθρώπων δὲ ὑπομονή.*

mala, quae multa, singulatim ab istis divitibus idque magnam partem ob nomen Xto datum, incumbebant, *Ἕως τ. παρουσίας τ. κυρίου*] in spem rerum meliorem *praesentiâ Domini* ratam faciendam. *Τὸν κύριον*] nemo (recte notante AGGEO) h. nexu *Xtum* cogitasset, nisi alia ll. NTi eo avocassent; tantopere appellatio *Domini* in totâ disputatione sibi constat, ut ad lectores a cogitatione *Dei* avocandos disertiore notatione opus fuisse videatur (cf. 4, 10 cll. 7; 15. 5, 4. 10. 11). Vba nonnisi de *judicio* loquuntur, idque *propediem* habendum sistunt; in qua mentio *Dei* facta non excludit cogitationem *Messiae judicis*: est *Dei* qui *Messia adventante* invisibili modo *praesens* est. Ita principalis conformatio sententiae habet ap. Mal. 3, 1 ubi: *Mittam*, inquit Deus, *legatum meum, qui viam paret coram facie mea* (לפני), *atque extemplo veniet Dominus, legatus foederis* ett.; cujus conformationis sunt etiam vestigia, si non Tit. 2, 13 (ubi ἐπιφανείας relatio ad Deum grammaticę vix laborat, cll. 2 Ptr. 1, 1), certe Lc. 1, 17. ubi *αὐτὸς*, quem praecedat Baptista, est *κύριος*, *κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν* (15. 16. 17. cll. 8. 9. 25). Accuratior definitio, singulatim utrum judex oculis conspiciendus venturus sit necne, pro systematis necessitatumque diversitate aut ex Xti de hac re sententiâ (de qua tamen item ambigitur), aut ex illorum temporum opinionibus, aut ex experientiâ rationisque lege petetur. Vd. ad Mt. 24. 25 (locum multis modis c. nostro[300]) convenientem); add. 1 Th. 4, 13 sqq. 2 Th. 2, 1 sqq. H. l. quum nec *A*) in universum dicere *tempus vindictae div.* [*'D. Zeit der Vergeltung (wo Gott die ungerechten Menschen bestrafen wird) naht mit starken Schritten - es sind die ἔσχαται ἡμέραι (V. 3) - nun wirds bald anders!'* AGGEO] sufficiat, nec *B*) ad *postremam liberationem die instaurationis rerum omnium* protrudere [CALV] patiatur consilium scriptoris: appellare placuit *judicium* a. *C*) *de Judaeis* (in ipso urbis civitatisque interitu) [OEC. (cll. Jo. 21, 22. Mal. 3, 1. 2) THPH. BD. MR], a. *D*) *de genere hum.* (die novissimo, quem proxime instare sibi persuaserint) [GT. PT. HT. GUS. recentiorumque plerique], a. *E*) *de quovis homine* (in ipso vitae fine) [EST. CORN. A LAP. aliique Pontificior.].

Παρουσία Κυρ. videtur hic significare et judicium Xti in gentem jud... et simul judicium ejusdem in hum. genus universum, quae propinquis inter se temporum spatiis fore juncta, Xtiani veteres suspicabantur, ideo quod *nihil certi de ea re didicissent et semper jussi essent intenti esse in ultimum illum diem*, qui bonos ab omni malorum vexatione erat liberaturus' (GT). — 'Patientes estote per totam vitam usque ad mortem et judicium tum particulare, tum universale: hoc enim alibi passim vocatur adventus Domini' (CORN. A LAP.). — 'Ut Deus quasi longius abesse dr. si maleficia hominum per aliquod tempus impune perpetrari et boni a malis opprimi videntur: sic *advenire* dr. Deus, quando justa poena malis infertur. *Adventus Xti* similiter *novo sensu, καὶ' ἀλήθειαν*, saepius nominatur in libris NTi contra omnem spem et expectationem vanorum Judd... Fatemur sensim demum falsas aut incertas ideas de *adventu Xti*, etj. inter Xtt. correctas fuisse; corrigi enim alio modo quam liberaliter et *ἠθικῶς* non poterant; sed admixti errores hujus generis non corrumpebant internam hominis virtutem, quam ex novâ doctrinâ amplexi erant; alieni, etiam in calamitatibus, a voluptatum pristinâ consuetudine; sicut describit 1 Ptr. 4, hos Xtt. *κοινωνοῦντας τοῖς*

---

300) *Jesus sagt 'Mt. 24, 9. τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλῖψιν κ. ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς ff. u. V. 13 ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Aehnliches sagt Jac. v. den δικαίοις V. 6 u. ermuntert sie nun V. 7 geduldig auszuharren (er braucht selbst d. Wort ὑπομένειν V. 11) bis zur παρουσία τ. κυρίου. Jes. sagt ferner Mt. 24, 33 οὕτω κ. ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις (sc. ὁ υἱὸς τ. ἀνθρώπου, vgl. V. 30). So sagt auch Jac. V. 9. ἰδοὺ ὁ κριτὴς πρὸ τ. θυρῶν ἕστηκεν* (GUS).

τοῦ Χρ. παθήμασι v. 13, Dei spiritu quotidie de verâ felicitate certiores v. 14' (SML. qui ad v. 8 addit: '*Tempore non minus opus est ad seminandas ideas illarumque incrementum, quam in orbe terrarum physico ... Sine aberratione quadam nemo conscientiam exercere discit.* Ipsa autem res, παρ. κυρ., non omnis jam terminata de. istâ clade Judd.; itaque et παρ. *perpetuam, continuam* Xtiani informare potuerunt suo jure'). — 'Παρ. non est adventus qui semel fiet in hujus coeli ac terrae novissimâ die universoque interitu. *Adventus Domini non ultimum illum duntaxat significat in voluminibus SS., sed quandoque Dominus venit liberaturus suos, punitum impios. de die et adventu Domini satis diximus in Jesaiae aliisque locis.* ZWGL. ad h. l. Adventus ad credentes, quo gratiae et beneficentiae exhibitio notatur, Ex. 20, 24. Jo. 14, 23. Est et adventus Dei ad judicandum et puniendum, Jes. 3, 13. 14 al. Joel. 2, 11 al. Utrumque in adventu Domini ut plurimum, imo semper confluit, quoniam pii non aliter ex angustiis eripi et in vitâ tutâ securâque constituti suis virtutibus ac laudibus praemiisque div. perfrui possunt, quin tyranni et hostes veritatis coerceantur ac deleantur. Dum τ. πτώχοῖς τῷ πνεύματι ἡ βασιλεία τ. οὐρανῶν, exclusi erunt superbi; dum οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τ. γῆν ac multâ pace perfruentur, nusquam erit impius, ejusque locum si contemplere, nullus extabit... Dum illis continget *χάρισμα θεοῦ*, vita aeterna, in hos *ὀψώνια ἁμαρτίας* redundabunt, *θάνατος*. Quo tempore illi metent vitam aeternam de subacto mentis arvo, isti de sulcis carnis quos exercuerunt *φθορὰν* reportabunt. Hic adventus Domini totus ac plenus nunquam longius abest quam *meta vitae* ejusque laborum, licet, dum in hac vitâ sumus, haud raro et hominibus et populis, modo his modo illis, praesens vel auxilium Dei vel ultio incidat atque ab ingeniis tam piis quam prudentibus praesentiri et praenosci queat, sicut a Xto et App. illa dies Domini, qua cum *excidio Hierosolymorum ac jud. hierarchiae* religio Xti laetissima incrementa caperet ejusque cultores intrepidi, ex hostium acerbissimorum manu liberati, pro suâ persuasione Deum pie justeque venerari possent toto vitae suae spatio. Lc. 1, 74' (SCH).

Exemplum sumite ab *agricolâ*. Is ἸΕκδέχεται τ. τίμιον καρπόν] *caras, almas fruges*; 'frugem qua maxime alimur. ejus enim frugis magnus semper honos et ap. Judd. et ap. Xtt.; Text. de coronâ: *Calicis aut panis etiam nostri alicui quid decuti in terram anxie patiuntur*' (GT); add. quod laborem large compenset oli. Ps. 126, 6 (BMG). — *Patienter sperans et expectans* Ἐπ' αὐτῷ] *super frugibus* i. e. quoad fruges, quibus spes quasi *intenta* et *nixa* — Ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον κ. ὄψιμον] *primores imbres* (ut loquitur Varro) *et serotinas aquas* (ut est ap. Plin. HN. 17, 2). Non sunt *Morgen- u. Abendregen* (LTH) sed *Herbst- u. Frühlingsregen.* Pluvia *prima* est *autumnalis*, ineunte anno (a medio Octobri ad medium Decembrem) cadens; *serotina* est *verna*, turgescente et maturescente segete (mensibus Martio et Apr.) cupide expectata, quippe fertilitatem decernens nec tamen pariter certa[301]). E duplici hac pluviâ in Palaestina omnis pendet agriculturae successus, alterâ (statim post messem cadente terramque rigando ad sementem praeparante) *semen*, alterâ (ante messem cadente) *spicas* foecundante (*Früh- u. Spatregen* – *'zum Wurzeln u. Körnen'* SCH). Unde singulatim in descriptione et promissione fertilitatis juxtâ appellari solent, ut Deut. 11, 14. Jer. 5, 24. Joel. 2, 23. Zach. 10, 1. et (ap. LXX)

301) '*Mit dem sogen. Spatregen hat es die Bewandniss, dass es um d. Zeit, wenn d. grösste Hitze ist, manches Jahr nur etliche Stunden, od. e. halben Tag, od. wenn es viel, 2 bis 3 Tage hintereinander regnet.' Er ist demnach 'ganz unterschieden v. d. Regen in d. Regenzeit u. nützt hauptsächl. dem stehenden Getraide' (das 'nichts weiter nöthig hat, als noch zuvor e. solchen guten Trunk, um die Körner völliger u. derber zu machen u. zu zeitigen'). 'Sobald in d. Regenzeit' [nach d. Herbst-Nachtgleiche, da die Juden ihr bürgerl. Jahr beginnen] 'es tüchtig zu regnen anfängt u. dadurch der Acker erweicht u. zum Umpflügen bequem gemacht wird, so geschwind ist der Landmann ans Werk u. säet s. Samen.*' (KORTE ap. ROSENM. *Hdb. d. bibl. Alterthumsk.* II, 1, p. 229 sq.).

Hos. 6, 3. Nomina hebrr. יוֹרֶה s. מוֹרֶה et מַלְקוֹשׁ **alii explent** *pluvia* (מָטָר) *jaciens* **i. e.** *rigans* **(cll. Hos. 6, 3.** יבוא כגשם לנו כמלקוש יורה ארץ**), alii** *pluvia* (מָטָר) *jacientis s. jactûs* **(seminationis) et** *pluvia collectionis* **(messis). Ad** *Λάβῃ*] **cogitari potest et** *γεωργὸς* **(c. Ma) et** *καρπὸς* **(c. plerisque), sensu haud diverso: dum enim** *ipse* **accipit pluviam, accipit** *frugibus*, **accipiunt igitur** *fruges*. — — **Tertium comparationis est** *spes aequo semper animo servata*; **non statim fructum expectat poscitve, sed demum 'omnibus ad eum pariendum et maturandum confectis' (Sch).** *Spes alit agricolas, spes sulcis condit aratis | semina quae magno foenore reddat ager* **(Tib. 2, 7, 3).** *Ὁ τ. γεωργῶν ἡδονὴν ἔχει βίος, ταῖς ἐλπίσιν τ' ἀλγεινὰ παραμυθούμενος* **(Menand. ap. Stob.). Est autem agricolarum appellatio aptissima, partim ex frequentatissimâ** *agriculturae* **singulatimque** *serendi* **et** *metendi* **translatione (1 Cor. 3, 6 sqq. 9, 10; Gal. 5, 7 sqq.), partim ex laboris rustici singulari ratione (***wo 'viele saure Mühe u. Arbeit auf blose Hoffng u. Erwartg künftiger Vortheile nach Verfliessg e. geraumen Zwischenzeit ganz unleugbar ist'* **Bmg). Quod denique** *pluviarum* **praecipue, nec vero** *messis fructuumque* **accipiendi mentionem fecit (vd. infr. lect. var.), id 'melius exprimit, non frangi longi temporis taedio agricolas, quin sustineant moram' (Calv).**

'Exemplum agricolae vobis propono; - sumus enim et nos agricolae *in agro Dei* -; scitis labores et sudores ejus qui terram colit; nec tamen is postulat ut spei suae nec periculum nec tempus intercedat' (Sml). — 'Si ille pro terrae fructu, quem expectat et temporalem sperat provenire, tam patienter laborat, quanto magis vos pro coelestis fructu mercedis, quem perpetuo possidere valeatis, omnia nunc adversa sustinere debetis?' (Bd). — 'Quum hic bonâ spe fructûs temporarii diuturnos toleret labores, neque postulet ut protinus appareat quod seminavit: quanto magis aequum est, vos ob immortalitatis fructum hujus vitae incommoda patienter ferre, praesertim cum vestra merces in tuto sit, modo vos interim bonam sementem feceritis?' (En). — 'Eandem similitudinem breviter attingit P. 2 Tm. 2, 6. quum dicit laborare agricolam oportere, prius quam fructus colligat; sed expressior est J. oratio. *Diuturnam* enim agricolae patientiam commemorat, qui postquam semen terrae mandavit, *secure* vel saltem *patienter* expectat, dum adveniat tempus messis, nec moleste fert quod non statim terra maturum fructum reddat. unde colligit, non debere nos ultra modum anxios esse, si nunc laborandum sit ac serendum, donec appareat *tanquam messis* dies Domini' (Calv). — '*Wie d. Ackersmann mit Gelassenheit d. Regen erwartet, u. das Zutrauen zu Gott hat, er werde s. Arbeit nicht unvergolten lassen: so glaubet auch ihr, dass euch euer Heiland helfen und gewiss erretten werde, hoffet darauf mit stillem Geiste*' (Göpf). — '*So unbesonnen u. thöricht e. Ackermann handeln würde, der sich dabei ängsten, quälen, murren, mivergnügt sein, ja sich darüber erzürnen u. klagen wollte, dass. s. Frucht nicht des andern Tags gleich erschiene; ja so nützl. dieser Versug der Sache selbst ist: eben so verhalte eichs mit ihrer nöthigen Langmuth u. Abwartg göttl. Hilfe bei anhaltenden Leiden*' (Bmg). — — Add. Sir. 6, 19. *Ὡς ὁ ἀροτριῶν κ. ὁ σπείρων πρόσελθε τ. σοφίᾳ, κ. ἀνάμενε τ. ἀγαθοὺς καρποὺς αὐτῆς τλ.*

Lect. var.. Substantivum *ὑετὸν* non videtur ab ipso J. scriptum fuisse. Abest a B Arth. Arm. It. (harl.) et Vulg., qui prorsus omittunt, et ab It. (corb.) Copt. Syr. p. in m. Antioch. Homil. 110. et Cassiod., qui *fructum* addunt (Adjectiva nim. ad praeced. *καρπὸν* referentes). Quod vero et Vss. satis antiquae (ut Syr.) et Cdd. plerique omnes adjecerunt *pluviam*, id notissimus usus loquendi SSae sponte fere subministraverit - 'Nonnulli (ait Beng.) *καρπὸν* subaudiunt, speciose sed non e stilo Scripturae' - praesertim quum v. 17 sq. mentio fiat *ὑετοῦ* ab Elia impetrati. Jam quaeritur, utrum vocem hisce momentis in suspicionem *additamenti* vocatam (probb. Mill. Mich. Sml. Rosenm. Lachm) satis tueatur, quod omissio (notante Bmg[10]) 'ex difficultate et ignoratione phraseos' probabiliter derivetur, quia omnis auctoritas 'ad Vss. recidit, easque interpretum quibus ob aliam coeli et regionis temperiem pluviae prioris et serotinae indoles incognita' fuerit. Certe *necessitatem* non *pluvias* sed *fructûs* appellandi satis refutat, 'quod majorem patientiam requirit expectatio pluviae incertae, quae

Dei beneficio debetur nullâque industriâ et operâ nostrâ obtinetur, praestolatione temporis necessarii ad effectum laboris nostri fructuumque, si ab hoc beneficio discesseris, certorum et indubiorum'; nec igitur opus est ut vulgatae (c. STORRIO) succurras eo, quod ἐκδέχεσθαι ex notissimo usu (v. c. Sir. 6, 33) vertas *accipere, consequi*. Quod si vero *fructûs* dictos statuere placeat ('dum accipiat pro temporis opportunitate fructuum unum genus post alterum' SML): poteris c. BD. applicare: 'Accipietis temporalem fructum, vitam videlicet animae post mortem. accipietis et serotinum, carnis incorruptionem in judicio. vel certe *temporaneum* in *operibus justitiae*, *serotinum* in *retributione laborum*, juxta illud Ap. (R. 6, 22): *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam*'. — — Minoris momenti est quod 'ἐπ' αὐτῷ omitt. ARM. ARETH., ἐπ' αὐτὸν leg. 25. 40. 57. 66 a pr. m. 98 al. 25. MT. a. al. 9. Ed. THPH., ἐπ' αὐτῆς 43. — ἄν omitt. AG 40. 73. al. 15. MT. g. ω. Ed. SYR. p. (sed habet in m.) SLAV. ORC. in text. THPH., οὖ 68; MT. praefert ἐπ' αὐτὸν, quia ἐπ' αὐτῷ ut elegantius ex correctione ortum videatur. Ceterum nec οὗ nec ἄν admittit, cum Cd. antiquissimus g. neutrum habeat. Reliquorum Cdd. dissensus correctionem ipsi prodere videtur; quam tamen in *tot* Cdd. lectionem ἄν tuentibus vix admittendam putaverim' (PT).

8. *Στηρίξατε τ. καρδίας ὑμῶν*] 'vosmet ipsos *obfirmate*: חזקו לבבכם ויאמץ Ps. 31, 25. *Durate et rebus vosmet servate secundis*' (GT) ut 1 Th. 3, 13; nolite desperare, ἐκκακεῖν (Gal. 6, 9): *ὑπομονῆς ἔχετε χρείαν, ἵνα .. κομίσησθε τ. ἐπαγγελίαν* (Hebr. 10, 36). Utrum (c. MICH. et SML.°) translatum putes ab iis *qui cibo et potu reficiuntur*, an (c. HT. PT°) in etymologiâ (*stabiliendi* vel *fulciendi*, a στάω) subsistas, non attinet. 'Colligendum est robur ad durandum; colligi autem melius non potest, quam *ex spe et quasi intuitu propinqui adventûs Domini*' (CALV) — adventûs qui Ἤγγικε] *jam appropinquavit* ideoque *adest*. cf. de formulâ Mt. 3, 2. 4, 17. 26, 45 ctt.; de re Phil. 4, 5. Ὁ κύριος ἐγγύς. Hebr. 10, 25. *βλέπετε ἐγγίζουσαν τ. ἡμέραν*. — Longius petita sunt BMG[II]: 1) *τὰς καρδ. ὑμ. entw.: euch selbst, weil andrer Zureden nicht ausreicht, od.: eure Neigg, weil mehr am Willen gearbeitet werden müsse als am Verstande, obwohl vermöge des V. eine Befestigg des W. zu erwirken*; 2) στηρίξ. *weil er ihnen e. Anfang zutraut, der ab. e. Vermehrg bedürfe, die jedoch nur v. ihnen selbst geschehen könne — e. Fortsetzg der Uebg, dah. der Aorist*!

9. *Μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων*] *ne ingemiscite contra vos invicem*. Στενάζειν est injuriam accipientium, non inferentium (q. d.: 'gebt einander k. Veranlassg zum Seufzen' AGSTI); inde nec *A*) de *invidiâ* accipiendum alienis bonis *ingemiscente* [GT. cll. 4, 2], nec *B*) de *contentionibus* et dissidiis doctorum [SML. cll. 4, 11], sed *C*) 'de *impatientiâ* e vexationibus atque oppressionibus divitum' (HT). Ea autem cogitanda, non *AA*) *querimonia pectore clausa* [BZ. EST]; hanc enim abesse non inique solum sed etiam male posceres; nec *BB*) *impatientia mutuis lamentationibus augenda* [PT]; obest κατ' ἀλλήλ. quod gratis sumitur 'J. graeci idiomatis minus gnarum vel pro ἐν ἀλλ. sumsisse, vel .. ad significandum mutuum damnum .. sic expressisse'; sed *CC*) *querimonia acerba* cum *ultionis div. provocatione malorumque imprecatione* conjuncta [CALV. BMG. MR. STZ. HT. SCH. GBS. GBASH], qua eo facilius ad peccationem abripi poterant, quo magis sibi viderentur Dei propugnare causam in semet ipsis violatam. Ista querimonia non solum dici poterat *στεναγμός*, *gemitus* - qualia non solum de tacite apud se ingemiscentibus drr.[302]) - sed fiebat etiam *Κατ' ἀλλήλων*] *contra se invicem*: nam oppressi et opprimentes ejusdem erant populi. SNS.: 'Ne a divitibus oppressi nimis impatienter id ferte, sed div. opem tran-

302) Notavit HT. Virg. Geo. 4, 35. Aen. 2, 73. Job. 24, 12 LXX; add. WTST.: 'Aen. 7, 15. gemitus iraeque leonum. Serv. Gemitus irascentium leonum ἓν διὰ δυοῖν. et in Aen. 3, 39. potest enim esse irascentis'.

ciatim dictis, idque ita ut a *μακροθυμίᾳ* prophetarum ipsum vb. *ὑπομένειν* traducat ad *ὑπομονήν* Jobi: minus commoda videtur sententia generalis. Et si vel commodior esset, non tamen (SCHNK. minus fortasse intellecto WIN. *Gr.* 289) posceret vulg. *ὑπομένοντας* pro *ὑπομείναντας* (A 40. 69. 73. al. 5. SYR. VULG. corb.; probb. GRIESB. et LACHM). SNR. sibi constat: '*Labore et aerumnis defunctos prophetas nemo nunc dubitat beatos praedicare. at vos quoque, dummodo expectetis* (*v.* 7 *sq.*), *ita defungemini malis, ut de bonum ea vertisse nemo non agnaturus similiterque, ut a vobis in antecessum fieri velim* (1, 2), *pro laetitiae materia habiturus sit*' (STORR). 'Solemus beatos et praestantes homines nominare; conscientiae vox consentit in eorum laudem; ergo et imitandi a nobis sunt' (SML). Non minus illustris vobisque e SSâ nota [304]) solatioque apta est [*Ὑπομονὴ Ἰώβ*] *perseverantia* (non solum *perpessio* STORR) Job. 1, 21 sq. - 'amissis liberis ac bonis, torto per gravissimos dolores corpore, amicis eum calumniantibus' (GT); de vcb. vd. ad 1, 3 [p. 11]; - *atque Τὸ τέλος κυρίου*] *finis, quem a Domino* [305]) *habuit*, felix. 'est hic Gen. causae: *vidistis*, inquit, i. e. legendo cognovistis *quem exitum ei Deus dederit*: bonam ac firmam valetudinem, plurimos ac florentes liberos, famam et honores et divitias.' Qui de *exitu glorioso* explicant quem *Xtus* habuerit [AGSTIN. [306]) BD. EST. WTST. LÖSN.] quemque plures fortasse lectorum *viderint* (*τὴν ἔξοδον αὐτοῦ* Lc. 9, 31), exemplo veteri potissimo addunt novissimum idque omnium quae Xtianis proponi possint principale, locique argumento in tantum defenduntur, ut SCHNK [307]) necessaria visa sit excusatio exempli Jesu transmissi; verum impediuntur nexu proximorum: *Ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ κύριος* [308]) *κ. οἰκτίρμων*] Haec enim aliena sunt, s. explices: *Xtus pro misericordiâ et benignitate sua mortem subiit, s.*: *Deus misericordiam hanc Xto praestitit;* contra 'bene procurrit sententia: *u. freilich ist der Herr mitleidig u. barmherzig*, fecit etiam fatis Jobi miseris exoptatum finem' (MR) eundemque etiam vobis faciet ('*er wird*

---

304) 'De vb. *ἠκούσ.* cf. RAPH. e Polyb. et Hdt. itemque KYPK., de *eld.* BENGELIUM et supr. 2, 22. 24' (STORR). Add. Hebr. 3, 19. Gal. 3, 1. 305) 'Ita P. 2 Cor. 11, 26 pericula, quae religionis causa obierit, commemorans *κινδύνους ποταμῶν, κινδύνους λῃστῶν* refert i. e. *pericula a fluminibus et a latronibus sibi objecta*, quibus statim subjungit *κινδύνους ἐκ γένους, κινδύνους ἐξ ἐθνῶν* ctt. Sim. Thuc. 3, 40 *τ. κίνδυνον* dicit *τ. ὑπολειπομένου ἐχθροῦ* i. e. *periculum ab hoste relicto imminens*. Sallust. in *Hist. fragmentis* Ed. CORT. *Id bellum excitabat metus Pompeji victoris* ctt. i. e. metus quem Pomp. victor incusserat [cll. *φόβῳ τ. Ἰουδαίων* Jo. 7, 13 al.]. Cic. *Off.* 1, 16. *Vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem* i. e. ad eum modum quem Ennius praescribit. Nihil ergo causae erat, cur MR. hanc constructionem ab optimis scriptoribus toties frequentatam [quamvis ipse probans tamen] duriorem diceret' (HT). Add. *ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς* doctorum (Hebr. 13, 7) et סוֹף יהוה *finis quem Deus fecit* (ap. SCHÖTG). — Commentum est e commento Grammaticorum hebrr. ductum, esse *exitum Domini* i. e. *magnificum*. 306) V. c. *de grat. NTi* 10. '*J*... dispensationem VTi novique distinguens: sustinentiam, inquit, Jobi audistis et finem Domini vidistis ... tanquam diceret: Mala temporalia sicut Job sustinete, sed pro hac sustinentiâ non temporalia bona sperate, quae illi aucta redierunt, sed aeterna potius quae in Xto processerunt'. 307) 'Si causam quaeras, cur JXti exemplum, atrocissimas calamitates patienter et sine gemitu tolerantis, noster non adhibuerit, nihil habeo quod respondeam nisi, Jacobo Xti dignitatem div. et mess. potius quam humanae virtutis excellentiam ante oculos fuisse versatam (2, 1. 5, 7-9) illumque, ut in aliis rebus, sic in hac quoque visu mere theocratico aut, si mavis, judaico nondum fuisse progressum ad sententiae xt. plenitudinem, aut tales habuisse lectores qui plenae veritati de Messiae persona, humanae virtutis exemplo, audiendae nondum essent pares, id quod egregie Ptr. Jacobi adumbrationem secutus supplevit 1 Ptr. 2, 23 sq.'. Add. Hebr. 12, 2. 308) Cum vi videtur repetitum, nec c. pluribus libris delendum.

mithin auch euch nicht mehr ü. nicht länger leiden lassen, als nothw. ist zu eurem Heil' GRASH) — qui sane, quemadm. in Jobo (vd. infr. CALV), ita etiam in vobis haud pauca deprehendet judicis severitatem minime ferentia. *Πολύσπλαγχνος*] *ἁπλγ.* idque expressum ex formulis hebrr. רב חסד et גדל חסד (quas LXX aequipollente vc. *πολυέλεος* reddiderunt Ps. 145, 8 ctt.) et = *εὔσπλαγχνος* [309]) Eph. 4, 32. 1 Ptr. 3, 8. et *Οἰκτίρμων*] חנון *misericors; τὰ σπλάγχνα* (רחמים, *praecordia*) enim ut *animi* omnino, Philem. 7. 20 [*τὰ σπλάγχνα ἀναπαύεται*] . . . sic *misericordiae* inprimis sedes putabantur' (PT). Nota est hujus potissimum notionis ap. scriptores sacros exaggeratio [ut Ps. l. c. *οἰκτίρμων κ. ἐλεήμων ὁ κύριος, μακρόθυμος κ. πολυέλεος*]; non igitur admodum attinet accuratius distinguere; usus tamen *σπλάγχνα* videtur magis ad antecedens retulisse (cll. *σπλ. ἐλέους* Lc. 1, 78. *σπλ. οἰκτιρμῶν* Col. 3, 12). Eo redeunt 1) LTR[1]: '*barmherzig u. e. Erbarmer*'; 2) GT[II]: 'prius ad *affectum* referri videtur ... alterum ad *actûs* affectui congruentes'; 3) HT[1]: 'hoc (*οἰκτ.*) ipsum per se misericordiae sensum, illud (*πολύσπ.*) conjunctum cum eo animi motum ['intimum vel amoris vel commiserationis affectum quo animus commovetur'] significat' (probatâ versione BAHRDTII: '*Gott ist e. erbarmender u. e. zärtlich liebender Gott*'); 4) SCH[II]: '*οἰκτ.* per se misericordiam, *πολύσπ.* causam ejus denotat, paternam Dei affectionem' [310]).

'Non destituerat Dominus athletam suum, sed objectis tot malis testatam ac spectatam esse voluit illius patientiam. sed misericors dominus ac naturâ propensus ad clementiam, alienam malitiam nobis vertit in cumulum lucrumque felicitatis' (ER). 'Nemo . . tam duris ac tam variis aerumnis unquam fuit obrutus; emersit tamen ex tam profundâ abysso. quisquis ergo imitabitur ej. patientiam, non dubium est quin manum Dei similiter sensurus sit quae tandem eum liberet... Quaeritur tamen, cur patientiam Jobi tantopere commendet Ap., quum tamen coeco impetu abreptus *multa impatientiae signa* edat. respondeo, etiam si vel interdum carnis infirmitate labascat vel secum tumultuetur, semper tamen huc redire, ut se totum Deo permittat seque ipsi frenandum ac regendum offerat. quare utcunque desit aliquid ejus patientiae, non immerito tamen laudatur. *Finem Domini.* Hoc vb. significat, a *fine* semper aestimandas esse afflictiones. initio enim videtur procul abesse Deus; interea licentiose grassatur Satan in hac perturbatione; suggerit nobis caro, nos desertos a Deo esse ac proditos: *longius* ergo extendere intuitum nostrum oportet, quia *prope* nihil lucis apparet. Porro finem *Domini* dixit, quia ejus est prosperum successum rebus adversis dare; si nos officium nostrum praestemus obedienter sustinendo, ipse partibus suis vicissim minime deerit. Tantum nos in finem spes dirigat, Deus ipse vicissim se *plus quam misericordem* illic ostendet, quantumvis rigidus et austerus videatur quamdiu affligit' (CALV). *Gewählt weil am ausführlichsten, nach Beschaffenh., Verlauf u. Erfolg, aufgezeichnet; die meiste u. stärkste Reizg enthalte der herrl. Ausgang, die gött. Genehmhaltg mit Uebersehg der mit untergelaufenen Gebrechen; alles sei e. weises Werk d. Vorsehg* (BNG). — Add. Sir. 2, 10 sq.: *Ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς κ. ἴδετε, τίς ἐνεπίστευσε κυρίῳ κ. κατησχύνθη; ἢ τίς ἐνέμεινε τ. φόβῳ αὐτοῦ κ. ἐγκατελείφθη; ἢ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτὸν κ. ὑπερεῖδεν αὐτόν; Διότι οἰκτίρμων κ. ἐλεήμων ὁ κύριος, κ. ἀφήσειν ἁμαρτίας κ. σώζει ἐν καιρῷ θλίψεως.*

309) Quod fortasse margini adscriptum occasionem dedit lectioni *πολυεύσπλαγχνος* (25. 40. 57 a pr. m. 66 a pr. m. 69 al. 12 ctt. prob. MILL., non prorsus improb. GRIESB.). 310) '*Ἄσπλαγχνος* timidus et abjectus. Soph. Aj. 472. *κατὰ φύσιν ἄσπλαγχνος.* Sap. 10, 5. *ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρός.* *Σπλαγχνίζομαι* et *σπλάγχνα*, רחמים, viscera, quae sedes putabantur affectionis praecipuae qua parentes in filios vel etj. consanguinei inter sese tanguntur: idem fere quod *στοργή*. Ap. Grr. et Latt. filii parentum *σπλάγχνα*, viscera, vocantur; *cor* dicunt amatissimum quemque hominum, cui si quid accidat boni, tacitum nobis pertentant gaudia pectus; si contra, intestinorum quaedam tormina sentimus.'

VII) 5, 12 — 20.

*Subjungit, prout finem scriptioni facturo sese obtrudebant, cohortationes miscellas**) *singulis quibusdam abusibus singulatim oppositas. Primum juriurandi abusui ita occurrit, ut id omnino adhibere vetet* 12. *Deinde precationem proponit infelici felicique pariter necessariam* 13. *singulatim in aegrotis more antiquo, modo cum medicinae usu et poenitentiâ conjungatur, saluberrime adhibendam* 14 - 16. *illustratâ ejus efficaciâ exemplo Eliae.* 17. 18. *Denique, cui ipse totam Ep. dicaverat, correctionem fratrum brevi collaudatione commendat* 19. 20.

12. *Prae reliquis vero, fratres mei, nolite jurare, neque per coelum neque per terram neque ullo alio jurejurando*; simpliciter potius affirmandum negandumque est ita ut *affirmatio sit rerum vere affirmandarum, negatio rerum vere negandarum; utne in judicium* poenamque *incurratis.*

Jurandi impugnat non solum abusum, licentiam et calumniam [AGSTIN. CALV. GT. MICH. SML. STORR. ROSENM. MR. STR. SCHNL.; AMMON.[311])], sed omnem usum, civile etiam et legitimum jusjurandum [post plures Patrum[312]) recentiores pleríque; CHRYS. HIER. OEC. BD. ER. NITZSCH AGSTI PT. HT. SCH. GBS. GRASH]. Monstrant et apposita atque opposita, et ll. parallela ac momenta historica. Appellat quidem duo exempla *Μήτε τ. οὐρανὸν μήτε τ. γῆν*] partim *abusui* prae reliquis inservientia, partim reliquas formulas quasi complectentia (שמים וארץ = *rerum universitas*). Tamen ne omnes tantum jurandi ambages et artes, quibus se praestandi officio subtrahere homines laborant, excludere voluisse videretur, sed *omnes* etiam *jurandi modos* et undecunque petitos et qualescunque conformatione ac origine, addit *Μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον*] *neque aliud ullum jus-*

---

*) Quanquam sententiarum connexio non prorsus desideretur, non tamen arctius nec inter se nec cum antecedd. cohaerent. Longius petita sunt, quod 1) SML. opinatur *execrationes et juramenta* spectari 'quibus *adv. Romanos* solebant multi abuti', singulatim *conjurationem et sodalitia jurejurando firmantes*; quodque 2) BD. al. existimant, cum disputatione adv. *abusum linguae* (cp. 3) haec arcte cohaerere, ut np. partim doceatur *quid non dicendum*, partim *quid dicendum sit* (ut 'orare et psallere Domino quoties aliquibus pulsamur adversis; item confiteri alterutrum peccata nostra, et orare pro invicem, ut salvemur, pro sanitate proximorum, non solum temporali sed potius aeternâ, quantam possumus impendere curam'). — Simplicius WTST.: 'Poterit fortasse, inquit, in hanc rem aliquid compendii afferri ex istâ qualicunque verborum, ut mihi sonare videntur, paraphrasi: Ponite vobis ante oculos veterum prophetarum et piorum exempla. Si quid mali patimini, eorum sequimini patientiam. si illud assequi non potestis, at illud saltem, quod nisi negligentissimi esse velitis, facillime caveri potest, ante omnia cavete, ne doloris nimium impatientes — *temere jurando* aliquid faciatis xt. nomine indignum et in Dei majestatem contumeliosum. Quin continete vosmet — intra debitos modestiae fines, nec coelum terrae miscete, nec omnia clamoribus et jurationibus implete, sed tranquillo animo si quid affirmandum sit affirmate, si quid negandum nude et simpliciter negate. At si vos porro stimulet — acrior animi impetus, non ferentis se intra pectoris angustias concludi sed aliqua exire gestientis, vestrae erit prudentiae animi illum ardorem in honorem Dei convertere. Qua tandem arte, quaeritis? dicam. *angitur animi quis vestrum?* non ex impatientiâ prorumpat statim in juramenta et blasphemias, quod irâ aestuantibus proclive est, sed *oret potius et precetur Deum*, ut, quoad illa mala auferantur, det sibi patientiam.' 311) *Hdb. d. xstl. Sittenl.* II, 1, 91 (cll. 75: '*Mit Recht glaubten die Juden zu Jesu Zeiten, dass zw. diesen Betheurgen u. den Versichrgen bei Gott e. Unterschied sei.*' contra diserte pronunciante Jesu ll. cc.). 312) Loca collegit SUIC. in *Thes. eccles.* II, 513 sq.

jurandum; certe si (c. BMG. STORR. MR) restringas: sc. *tale, ex hoc genere* (per ullas aliàs res - coelo et terrâ jam comprehensas), verba reclamant. Praecivit Xtus, non solum malas jurandi artes castigans (Mt. 23, 16-22) sed omne jusjurandum ἁπλῶς ac sine ullâ exceptione improbans (Mt. 5, 33-37): *Λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως.* — Opponit *Ἤτω ὑμῶν τὸ ναὶ, ναί τλ.*] Plus dicit quam Xti: *Ἔστω ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναί, οὒ οὔ.* Hic dum *simplici utendum esse affirmatione* dicit, eam *veram esse debere* ponit. Ista vero vba, *veritatem* diserte flagitantia, *simplicitatem affirmandi* e nexu involvunt: *sermo vester affirmans sit affirmatio* (non solum mera sed etiam) *vera*, aliena (non solum ab obtestatione omnia adjurante sed etiam) a *fraude*. Quanquam enim in eandem cum illis sententiam expleri possunt: *Euer Ja sei (bles) ja* [STORR. AGSTI HT. JASP. al.; quo etiam redit LTH[1]: '*Es sei ab. euer Wort: Ja, das ja ist*' ctt.], id tamen aliqua notatione egebat, qua non opus erat in alterâ expletione: *Euer Ja sei (wirklich) ja*! 'Artic. (ait HT) priori cum *ναὶ* tum *οὒ* addjtus demonstrat non hanc esse meram repetitionem, sed prius *ναὶ* significare rem affirmandam, posterius ipsam affirmationem, itemque prius *οὒ* rem negandam, posterius ipsam negationem'; sensumque bene expressit MR.: '*Nolite quempiam fallere dictis vestris; ita ne opus quidem erit jurejurando, multoque minus calumniâ jurandi.*' TIPH.: *Ἀντὶ τοῦ, ἡ κατάθεσις* (affirmatio) *ὑμῶν βεβαία κ. ἐπὶ βεβαίου, κ. ἡ ἀπαγόρευσις* (negatio) *ὑμῶν ὡςαύτως· ἄλλως· ἔστω, φησίν, ἡ τ. βίου ὑμῶν μαρτυρία βεβαιοτέρα ὅρκου. εἰ δέ τις ἀναιδὴς κ. δυσωπούμενος ὑμῶν τ. βίῳ τολμᾷ ὑμῖν ἐπαγαγεῖν ὅρκον, ἔστω ὑμῖν τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ οὒ οὔ ἀντὶ τ. ὅρκου.* Quod si vero nova cohortatio ita diserte additur: *ne mentiamini*, ideoque *Αἰ] fortasse* (c. SCHNK) non tam: *sondern*, quam: *aber, vielmehr*, vertendum sit: stat quod istis 'jurandi formulis non alias lege sancitas aut abusui minus obnoxias, sed nudas affirmandi et negandi formulas opponit' (PT); nec si comminatio *Ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε*] *ne in poenas incurratis*, proxime refertur ad *laedendam veritatem*, alienum est comparare Xti: *τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τ. πονηροῦ ἐστίν·* ecce enim ipsam causam, cur *sub judicium quasi cadant eique obnoxia sint!* certe de poenis humanis judiciorum civilium non cogitavit Ap., quanquam 'juramento se obstringere temere, pro aliis, affert utique periculum *κρίσεως*, quia multi sponsorem facile deserunt' alterique causam 'vel ad judicem civilem' deferent (SML. cll. Sir. 29, 19. *Ἁμαρτωλὸς ἐμπεσὼν εἰς ἐγγύην κ. διώκων ἐργολαβείας ἐμπεσεῖται εἰς κρίσεις.* et 1 Cor. 6, 1 sqq. Xtianos a *κριτηρίοις* paganorum abesse debere; consenserunt MR.: 'ne implicemini causis forensibus ... vult enim vitam eorum sic serenam praestare'. et AGSTI: '*J. schneidet s. Lesern d. Gelegenh. zu Processen ab, er erschwert sie ihnen, ja er macht sie ihnen beinah unmöglich, wenn er ihnen d. Eid - das Ende alles Haders - schlechthin verbietet*').

Πρὸ πάντων] '*πρὸ aestimationem* h. l. significat, non temporis est [q. d. *antequam* iste exitus v. 11. continget] aut loci' (SCH); 'tanto gravius abusus jurandi interdicitur, quanto tritior erat inter Xtianos e Judaeis, praecipue inter eos qui 4, 13. mercaturae operam dabant, quantoque pejus peccatur illa dicendi levitate in Deum, quam accusationibus illis v. 9. injuriâ affectorum adversus homines' (SCHNK). Est autem ipsa omnisque juratio *abusus* aliquis legumlatoribus ac magistratibus necessitate (i. e. hominum perversitate cll. Mt. 19, 8) extortus; quem integrum nostro l. impugnari, inde etiam haud parum commendatur, quod jam *Essenorum* disciplina, fortasse ab Ap. non prorsus aliena [vd. Prolegg. not. *l*], repudiavit. Add. quod 'Philo jusjurandum non *fidei* sed *infidelitatis* esse signum contendit (de decal. p. 756 C, *ὁ ὀμνὺς εἰς ἀπιστίαν ὑπάνοσῖται*) quare illo abstinere optimum judicat (ib. *κάλλιστον δὴ κ. βιωφελέστατον κ. ἁρμοττον λογικῇ φύσει, τὸ*

ανώμοτον οὕτως ἀληθεύειν ἑψ' ἑκάστου δεδιδαγμένη ὡς τ. λόγους ὅρκους εἶναι νομίζεσθαι).' cll. de legg. specialll. p. 770. *οὐ γὰρ πίστεως ἡ πολυορκία τεκμήριον ἀλλ' ἀπιστίας ἔστι παρὰ τοῖς εὐφρονοῦσιν.*

In fraudis suspicionem incurrit, quisquis jurat; additamentum est malae notae, quippe e fidei defectu profectum. Satius est eo veritatis eniti atque emergere, ut ne opus quidem habeas jurejurando; abhorret jurandi usus a plenâ ac perfectâ regni mess. formâ; concedi salvâ conscientiae xtianae lege potest judici ad veritatem explorandam exigenti; debet adeo, quum - utut summo tuo jure nimiae, quae fere invaluit, in judiciis jurandi levitati te objicies - alienissimum tamen periculosissimumque sit in talibus ad majorem Dei auctoritatem[313]) **provocare; magistratus tamen veriore quam severiore jure hunc omnem usum familiis certe gratificabuntur ab eo sese abstinendi officium publice professis, quales Xtianorum plures extitisse constat.**

'Fuit hoc (ait CALV) commune vitium omnibus fere saeculis, leviter et inconsiderate jurare; nam, quae nostra est malignitas, non reputamus quam atrox sit crimen, abuti Dei nomine. verum quia Dominus interim severe nominis sui reverentiam nobis commendat: varia subterfugia excogitant homines, ut jurare impune liceat. fingunt igitur nihil mali esse, modo non palam interpositum sit Dei nomen; atque hoc vetus commentum fuit. ita Judaei quum per coelum et terram jurarent, non putabant se Dei nomine abuti quod subticebant. atque tum ingeniosi esse homines volunt, ut fucum faciant Deo, nihil quam frivolis cavillationibus se ipsos deludunt.' — Verum n. l. nonnisi '*jurandi licentiam*' atque 'puerilem eorum astutiam reprehendi, qui impune jurare se putabant, modo (non expresso Dei nomine) *circumirent per ambages*': hoc neque 1) 'clare sonant vba: *neque per coelum, neque per terram;* nam si de substantiâ esset quaestio, quorsum attinebat formulas istas notare?'; neque 2) decernit 'legis praeceptum: Non accipies nomen Dei tui frustra: unde constat, justam ac legitimam esse aliquam nominis Dei usurpationem'. Non magis sufficit GT[II] adstrictio: *μὴ ὀμνύετε* 'np. *promittendo* aliquid de re incertâ', imo: 'quoâ vbo promittitis, id facto explete' ctt.; neque adstrictio MR[I]: aliud ullum jusjur. sc. *tale*, inde satis defenditur, quod ista exempla 'ipse Xtus intptatus est de *calumniâ jurandi* et propterea interdicit' ll. cc. quodque Judaeis usitata erant 'ad calumniam jurandi', J. vero Judaeis scribebat. Nec denique multum effeceris, siquidem (v. c. cum BNG[10]) praeter legem mos. provocaveris ad *Deum ipsum jurantem* (Hebr. 6, 17. Jes. 45, 23 sq. al.) *Paulumque* (*ὁ θεὸς οἶδεν*! 2 Cor. 11, 11; *μαρτὺς ὁ θεός* 1, 23. Phil. 1, 8. R. 1, 9): namque etiam de his valent quibus *obtestationem coeli et terrae* (Deut. 30, 19. 31, 28 al.) ipse BNG. tuetur: '*als welches nur e. sinnl. Ausdruck u. Zeichen e. grossen Gemüthsbewegg, Betheurg. u. Versichrg ist.*' Prorsus vero temere Xti ipsius exemplum e Mt. 26, 63 elici posse opinati sunt. Plura vd. ad Mt. 5, 33 sqq. — Rectius habent quae CALV. addit: 'Optimum vitio quod reprehendit corrigendo remedium affert, ut veritati et constantiae in omnibus suis dictis assuescant. unde enim pravus mos jurandi, nisi quia tanta est hominum vanitas ut simpliciter loquentibus non credatur? nam si fidem in vbis suis, ut decet, colerent, non opus esset tot superfluis juramentis. quia igitur hominum perfidia vel levitas fons est, unde jurandi corruptela oritur: ut posterius vitium tollat J., tollendum esse prius docet. nam sanandi ratio a causâ incipere debet.' 'Affinis est (ait ER) pejerandi periculo, quisquis assuescit jurare. ..quisquis audebit mentiri injuratus, idem etiam juratus audebit si libeat. porro qui bonus est, fidet etiam injurato, qui malus, diffidet etiam jurato. inter vos autem, evglicâ simplicitate praeditos, nec diffidentiae locus est nec fallendi studio.' Add. AGSTI: '*Der wahrheitsliebende geradherzige biedre J. geht, wie sein ihm ähnl. Lehrer, ganz darauf aus, den Menschen e. rein moral. Gesinng einzuflössen, sie zur strengsten Wahrheitsliebe u. gewissenhaftesten Aufrichtigk. zu führen. Es scheint ihm e. Vergehen gg d. Menschh., e. Versündigg gg d. Chth. zu sein, wenn bei d. Verehrern Jesu die grosse Tgd der Wahrheitsl. u.*

313) OEC.: *Ἀλλ' ἐρεῖ τις, εἰ βιάζεταί τις ὀμνῦναι, τί ποιητέον; ἐροῦμεν ὅτι ὁ φόβος τ. θεοῦ ἰσχυρότερος ἔσται τῆς τοῦ βιαζομένου ἀνάγκης.*

Aufrichtigk. noch in Zweifel soll gezogen werden. Die Zumuthg des Eides ab. musste ihm, bei s. strengen Grdsätzen, als e. Zweifel gg d. Aufrichtigk. erscheinen – e. solcher Zweifel soll ab. bei d. Xten gar nicht denkbar sein – er verbietet also das Schwören schlechthin. Auf e. ähnl. Weise erklärt sich auch KANT *gg d. Eid:* „*Das Erpressgsmittel der Wahrh. in äussern Aussagen, der Eid* (tortura spiritualis), *wird vor e. menschl. Gerichtshofe nicht blos für erlaubt sond. auch f. unentbehrl. gehalten: e. trauriger Beweis v. d. geringen Achtg der Menschen für d. Wahrh., selbst im Tempel der öffentl. Gerechtigk., wo die blosse Idee v. ihr schon für sich d. grösste Achtg einflössen sollte!*“ *S. den Aufs.: üb. das Mislingen aller philos. Versuche in d. Theodicee. Berl. Monatsschr.* 18 *Bd.* 8 *St.* (*Kl. Schriften S.* 233).‘ Ulterius progrediuntur qui (ut PT) ‘omne jusjurandum, quatenus Dei vindicis evocationem involvit, naturâ suâ ad ritum superstitiosum et in Deum hominesque contumeliosum redire‘ contendunt. — — Vd. potiss. (praeter b. NITZSCHII Commentat. VI. *de judicandis morum praeceptis in NTo a communi omnium hominum ac temporum usu alienis*) POTTI orationem *de jurisjur. naturâ morali formâque legitimâ* (rep. in Ejusd. *Sylloge commentt. thk.* Vol. V, p. 341 sqq.), eorumque qui contra disputarunt: AMMONIUM *Hdb. d. xstl. Sittenl.* II, 1 [Lps. 1826] p. 72 sqq.

Lect. var. Pro ὑπὸ κρίσιν [AB 8. 25 all. SYR. ERP. COPT. ARETH. VULG. corb. ctt] habetur εἰς κρίσιν [43. 95. SLAV. I] et εἰς ὑπόκρισιν [G 17 ex emend. 19. 40. 57. 65. (c. al. 5) 66 a pr. m. 73 ex em. 98. al. 34. MT. a. g. al. 15. Ed. (etj. ST. 3) AR. pol. ARM. SLAV. (exc. 1) ANTIOCH. OEC. THPH. probb. LTH. GT. WTST. multisque aliis]. Sensus foret: *ne simulando et dissimulando assuefiatis* [314]) *s. ne crebro jurantes simulationis et dissimulationis vel odeo* (GT) *mendacii suspicionem excitetis.* ‘Facile (ait ESCHM. probb. recentioribus plerisque) fieri potuit ut haec duo, ὑπὸ κρίσιν, in unam dictionem connexa sint, ὑπόκρισιν ... quia vero .. phrasin justam non praestat, facile inventus est qui τὸ εἰς insereret .. praesertim quum haec sensum exhibeant optimum per se, licet Ap. aliud voluerit. .. hoc maxime agit, ut ad studium bonorum operum cum aliis argumentis tum etiam *metu judicii div.* nos adducat, sicut paulo ante v. 9.‘ Est enim ‘ὑπὸ κρίσιν πίπτειν = Jo. 5, 24 εἰς κρίσιν ἔρχεσθαι, in judicium venire, *sontem ac reum fieri*, ἔνοχον τῇ κρίσει γίνεσθαι Mt. 5, 21. nam qui simplice vel affirmatione vel negatione non steterit, haud minus ap. Deum est in culpa levitatis et falsitatis quam si jusjur. horrendum violasset‘ (SCH). — Ceterum ex n. l. etiam Matthaei vba plerumque definitius a Patribus exhiberi, nemo mirabitur, nec igitur varietatem lect. dicet. Ita CLEM. Hom. 3, 55. *Τοῖς δὲ νομίζουσιν, ὡς αἱ γραφαὶ διδάσκουσιν, ὅτι ὁ θεὸς ὀμνύει, ἔφη* (ὁ Κρ.) *ἔστω ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, τὸ οὒ οὔ· τὸ γὰρ περισσὸν τούτων ἐκ τ. πονηροῦ ἐστίν.* Constitt. app. 5, 12. *Εἶναι δὲ τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ, τοῖς πιστοῖς παρεγγυᾷ καὶ τὸ τούτων περισσὸν τ. πονηροῦ εἶναι λέγει.* JUVENC. Hist. ev. 1, 546 (ed. GEBS. Jen. 1827): *Est, est, sufficiat; quod non est, dicite non est.* — Add. 2 Cor. 1, 17 sq. (doctrinam suam non fuisse ναὶ καὶ οὔ, quae sibi haud constaret adeove repugnaret) et CLEM. Strom. *Τ*, p. 308 (*Neque jurat – gnosticus – ut qui in affirmatione ita, in negatione non usurpare constituerit. — Oportet enim eum habere, ut ego quidem existimo, ap. exteros vitam fide dignam, ut ne postuletur ab eo jusjurandum: ap. se ipsum autem et qui cum ipso versantur, εὐγνωμοσύνην, quae est voluntaria justitia*). — — De form. ἤτω vd. WIN. Gr. 78. et de vbb. ὀμνῦναι et נִשְׁבַּע constructionibus Lexx..

13-16. Si *quis vestrum* calamitatibus afflictus *male patitur, imploret* ad liberationem confirmationemve suam Dei auxilium; si felici fortunâ utens *hilari est animo*, item ad moderandam hilaritatem ad Deum se convertat grato animo *celebrandum*. Singulatim si *quis vestrum aegrotat, advocari jubeat praesides coetûs, atque* hi, imbecillitati sese precando erigendi succurrentes, *preces super eum faciant, oleo* etiam *infuso*, verum non sine *auxilii div. imploratione et fiducid. Atque ista* praesidum aegrotique *precatio, fidenter facta sanitatem afferet laboranti*

---

314) OEC.: *Τὴν ὑπόκρισιν ἤτοι τ. κατάχρισιν λέγει, ἥτις ἐπακολουθεῖ τοῖς ἀφειδῶς ὀμνύουσι κ. διὰ τ. συνηθείας τ. ὅρκων ἐπὶ τὸ ἐπιορκεῖν ἐκφερομένους.*

erigetque ipsum de lecto, si conducat, *Deus; si vel peccata commiserit* illo morbo punita, *veniam* liberationemque *consequetur*. Quod ut contingere queat, *ingenue confiteamini vobis invicem delicta vestra*, ut possitis *mutuas facere preces ad recuperandam valetudinem*. *Multum* enim ap. Deum *valet imploratio probi efficax* et intenta.

13. 'Ad utramque fortunam aequo et constanti simus animo[315]), ne adversa deprimant aut laeta insolentes reddant' (ZWGL). Utriusque rei optimum praesidium appellat precationem. *Κακοπαθεῖν*] sine causâ restrinxerunt *A*) ad *corporis imbecillitatem* [AGSTI *ἀσθενείᾳ* ad morbos diuturniores adstrictâ; SCHT], *B*) ad *animi aegritudinem* [BZ. SML. ROSENM. HT] ob opp. *εὐθυμεῖν* (quod tamen effectus pro causâ esse potest ell. Act. 27, 36), addito ob sq. *ἀσθενεῖν* respectu ad *morborum* genera daemoniis tribui solita, animum potissimum afficientia; accipienda sunt vba *C*) de *calamitoso et prospero rerum statu* in universum, ita ut 'oratio quae v. 13 ex omni parte dimensa comparet, qualis sententiis quas vocamus inesse solet, v. 14 sqq. in alia ex aliis consilia demonstranda argumentisque confirmanda diffluat' (PT), transitu facto a generatim dictis ad singularem e *morbis* potissimum *κακοπάθειαν* uberius tractandam. *Προςευχέσθω*] non animum despondeat, 'non fremat in Deum (1, 13 sqq.) nec contra oppressores (5, 9), sed *Dei* misericordis (5, 11) *opem imploret*, eamque inprimis sapientiam petat (1, 5) qua mala patienter ferre et laetabilem exitum praestolari (5, 7 sqq.) doceat' (STORR). *Ψαλλέτω*] 'non tradat se laetitiae immodicae et in intemperantem bonorum usum effusae, sed *hymnis celebret benignum largitorem*' (PT). cll. Eph. 5, 18 sq. add. Coh. 7, 14 et (de curis precando ad Deum rejiciendis) 1 Ptr. 5, 7. Phil. 4, 6. Exempla habentur (Xti et P.) Mt. 26, 39. Act. 21, 5. Utrum vero protasin ad apodosin referas [c. KNP. PT. SCH. GBS. GRASH.] tanquam simplicem positionem (*Es leidet jemand; er bete!* — '*v. e. Falle den man sich als wirkl. verggwärtigt*' WIN. *Gr.* 234), an [c. CALV. WF. WTST. LACHM.] tanquam interrogationem (*Leidet vielleicht jemand? er bete!*), non attinet: sensus sibi constat qui per *εἰ* s. *ἐὰν* expleri potuisset (*Leidet jemand, gesetzt es l. j.* ctt.). Ejusdem sensûs verum ex alio paululum genere est l. 3, 13 (q. vd.).

'Significat, nullum esse tempus quo non ad se Deus nos invitet. nam afflictiones ad precandum stimulare nos debent, res prosperae laudandi Dei materiam suppeditant. Atqui ea est hominum pravitas, ut laetari nequeant quin Dei obliviscantur, afflicti vero dejiciant animos et desperatione opprimantur. Tenenda igitur haec moderatio, ut laetitia, quae Dei oblivionem inducere solet, nos ad praedicandam Dei bonitatem invitet, tristitia autem nos ad precandum erudiat. nam *psallendi* vbum profano vel effreni gaudio opposuit, quo exultant qui rebus prosperis ad Deum, ut par est, non ducuntur' (CALV).

14 - 16. Est locus fluctuatione plenus, et ex vbor. ambiguitate et intptum culpâ. 1) *Ἀσθενεῖν* - utut appellatione si non *aliorum* qui ad precandum advocentur, certe *olei* quod adhibeatur, ad *infirmitatem corporis* refertur - quaeritur tamen, praeterquam quod *a*) ad *moribundos* restringere placuit [SELDEN], *b*) annon simul involvat *animi abjectionem* ex morbo et per se et tanquam poenâ peccati (v. 15) oriundam, morbique *c*) informandi sint *θεήλατοι*, a Deo extraordinario modo immissi [WERENFELS. GÖPF.*)]. Inde 2) *Ἰᾶσθαι*

---

315) Comparant Hor. Od. 2, 3. *Aequam memento rebus in arduis* ' *servare mentem, non secus in bonis,* ' *ab insolenti temperatam* ' *laetitid.* et 2, 10. *Rebus angustis animosus atque* ' *fortis appare! sapienter idem* ' *contrahes vento nimium secundo* ' *turgida vela!* *) '*Die ganze St. handelt v. ausserord. Kranken, näml. v. solchen, die damals um gewisser Uebertretgen willen v. Gott mit ausserord. Krankhten bestraft wurden.*' *Sie sollten diejj. Aeltesten zu sich*

(v. 16) non solum *a*) sensu primo et pr. acceptum est [SAL. *) MR. STORR. SCHT. HT. SCH.], sed etiam *b*) sns. transl. de *emendatione* ['ut vos lapsos Deus a peccatis repurget' GT; CPZ. PETZOLD 316) GBS. †) GRASH], quid quod *c*) utroque conjuncto, de *liberatione ab omnibus et animi et corporis malis* ['imagine ex anteced. sententiâ retentâ' SCHNK ††); *mit Fleiss so allg. Ausdrücke, die*

---

kommen lassen, 'die denj. Wundergl. hatten, dass sie wussten, wenn sie Gott um d. Gesundh. des Andern anriefen, G. ihr Gebet erhören' würde. Ihnen die Sünden zu bekennen, war die Bedingg. 'Das Gebet des Gl. V. 15 *ist das G. welches geschieht, weil Gott den Betenden durch e. unmittelb. u. innerl. Offbrg überzeugt hat, dass jetzt nicht nur e. Wunder nöthig sei, sond. dass auch G. auf d. Bitte dess, der diese Gewissh. hatte, s. Allmacht offenbaren würde. S. MOSCHE's Bibelfreund.'*

*) 'Nulla consuetudo jud. continuetur.' Qui (v. 13) *melancholiâ* laborat, 'non adhibeat formulas et ceremonias pristinas': *ipse oret*, nec *aliis imponat* nec *differat in conventum*. Correptus (v. 14) *corporis morbo*, non amplius *Judaeos exorcistas* advocet, sed *presbyteros* qui item *preces fundant* et *ungant*, sed *ritu plane st. — jussu et auctoritate Xti.* Quod tamen non *legis auctoritatem* habebat. namque jud. consuetudinem tantum paululum corrigit, apud P. 1 Cor. 12, 9 de *χαρίσματι ἰαμάτων* nec presbyterorum nec olei fit mentio, ap. Mc. 16, 18 App. tantum manus imponere jubentur. 'Ap. Judd. *oleum porro* poterat adhiberi, boni ominis causâ, recuperandae valetudini suo modo profuturum; ap. alios, qui ejus consuetudinem adhuc ignorabant, non opus fuit.' 'Ista institutio videtur mihi destinata esse avertendis superstitionibus s. judd. s. ethnicis; administratio autem ipsa suberat judicio et arbitrio illorum, penes quos fuit haec provincia publica in societate.' — Quomodo effectum sibi informaverit, vd. infr. not. 324.

316) *De mutuâ peccator. confessione Jac.* 5, 16. Lips. s. a.

†) 'Man wird (*zu Presbytern*) *solche gewählt haben, die auch . . genaue Kenntniss d. Lehre hatten, u. sie besassen wohl auch gewöhnlich : . . die χαρίσματα ἰαμάτων . . u. waren so am besten im Stande, durch e. der xtl. Lehre angemessenes Gebet u. durch die Gabe der Heilkunst den Kranken zu trösten u. wenn es irgend möglich war wieder herzustellen.*' 'Sie mögen in Beziehg auf ihn, auf Grund des Verhältnisses des Herrn zu ihnen, u. was sie nach demselben erwarten u. hoffen können, (ὡς χρισταχνοί . .), ihn mit Oel salbend, beten.' 'Dieses (unter Theilnahme des Kranken) *mit xtl. Gesinng, mit xtl. Vorsätzen u. Entschlüssen vollbrachte Gebet*' wird ihn '*beseligen . . . üb. s. Krankh. Trost zu Thl werden*' lassen (vgl. 1, 21. u. 2, 15 wo σώζ. 'selbst mit πίστ. wie hier verbunden ist'). 'Nur *Misverstand* (*heilen, wieder aufkommen lassen* — 'welche Bdtgen hier nun u. nimmermehr statt finden u. statt finden können') konnte die hier befindl. schönen sittl. Vorschriften so mishandeln, dass man dem, der sie aufstellte, dem Gebete Erfolge zuschreiben liess, die den natürl. Gang d. Dinge aufhalten sollten. Nein daran dachte d. Ap., bei dem e. *sittlich vernünftige Ansicht*' ('dass es Kräfte zum Guten bereite u. aneigne') 'so vorherrscht, u. sich *nicht die geringste Spur v. d. Wundern Jesu od. der Xsten vorfindet, gewiss nicht.*' 'Bei e. reinem Gemüthe u. frommen Entschlüssen habt ihr *Grund genug zu hoffen, dass ihr . . . v. euren Sünden gebessert werden u. Vergebg derselben erlangen werdet.*' — Apparet 1) saltus a Presbyterorum facultate etiam corpus sanandi ad merae animi sanationis promissionem; 2) nimia exaggeratio sententiae quae de precum efficaciâ sola sit bene morata rationique conveniens: si vel miraculosi quid noluerit admittere, non tamen negligere debebat et necessitudinem inter psychica et physica omnino, et fiduciam singulatim corporis etiam sanitatem a Deo sperandi. Ita non miraberis, quod *a*) in eodem sententiae ambitu de aegroto loquitur '*dessen Krankh. e. Folge s. Vergehgen war*', et delictis '*welche man als die Ursache d. Krankh. betrachtete*' (p. 406); quod *b*) exemplum Eliae (p. 411) dicit '*nicht beweisend genug*', *wohl nicht so gewaltsam abgewogen*, quia nim. '*das thätige Eingreifen, was J. v. dem Betenden verlangt*' excludat (imo quia ab effectu precationis mere externo incommodum est argumentari ad effectum mere internum!). — Eadem nonnisi brevivit GRASH.

††) 'Consulto noster Presbyteros jubet advocari, etsi alia quoque et privata ecclesiae membra illo charismate gaudebant. noluit enim tumultuario charismatum usu (1 Cor. 12, 1 sqq.) ordinem jam promiscuo docendi pruritu (3, 1) labefactatum magis turbasi. haud igitur novum quasi remedium docuisse sed remedii semper unitati rectum usum commendasse putandus est.' 'Conjunctae pre-

geistl. Hülfe nicht auszuschliessen BMG]. Fuerunt adeo qui *d*) ad meram *condonationem* restringerent, rati - singulatim ob vcb. *ἀλλήλ.* - universalem eamque novam cohortationem h. v. contineri [CPZ. ita vertens: 'Si quis offendit *alterum* aut injuriam fecit, candide fateatur et se male fecisse doleat ac veniam *petat.* petentem recipiat alter in gratiam et condonet offensa']. Similiter AGSTI, connectens quidem cum antecedd. verum quod 3) *Ἁμεθήσεται* peccatum, quo fortasse morbum sibi contraxerit, restringens *a*) ad *remissionem ecclesiasticam* (*solcher 'Vergehen u. Verbrechen, wodurch d. Kranke den Unwillen d. Gemeinde auf sich geladen u. sich zu e. unwürd. Mitgliede derselben gemacht hat'*). Reliquis modo *b*) *remissio theologica,* fide in meritum Xti, cogitari visa est [GRASH], modo *c*) *remissio* 'qualem *Judaei* illo tempore intellexerunt h. e. poenae singularis remotio' (MR. ut 'fortasse' cogitandi sint 'qui inprimis gravi morbo decumbebant qualem dicerent omnes poenam peccati esse'; GT. SML. STORR). Quarum quum prima prorsus illata sit, duae vero reliquae tanquam antecedens et conseq. necessario cohaereant: majoris momenti est, utrum morbi, qui peccatorum poenae sint, informentur naturales poenae [SCHNK] necne [vd. 1) *c*)]. Nexum vero 4) *Κἂν ἁμμ. τλ.* alii constituerunt: *atque si* [GBS. GRASH. SCHNK], alii: *adeo si* [BMG. ROSENM. SCH]. Deinde ista fluctuatio invasit etiam 5) *Σώζειν* et 6) *Ἐγείρειν* (v. 15): *sanatio et excitatio a*) *corporis decumbentis* [etj. GT. WP. ROSENM], *b*) *animi dejecti* peccatisque corrupti [SCHLEUSN. GBS. GRASH], *c*) *utriusque* [vd. 2) *c*)]. Porro 7) *Ἔλαιον* in hac re adhibendum ambigitur utrum sit *a*) nonnisi *ritus a Judd. traductus* [SML. HT]; an *b*) *medicamentum* [SCHÖTG. BMG. STZ. SCHNK] quod *s. ac*) panchrestum [*Universalmittel*] habuerit, *s. bb*) speciem pro genere [PT] unumve pro variis [SCH] dixerit, quippe in *membrorum* singulatim morbis *corporis*que infirmitate efficax [GBS. GRASH]; an *c*) *symbolum*, cujus accessio nonnisi externus esset ritus effectui efficacius commonstrando et insinuando inserviens [CALV. MR. 317) GÖPF], adhibitus 'quia oleum ap. Hebrr. div. gratiam significabat, ut et manuum impositio, quae et ipsa circa aegrotos adhiberi solebat' (GT), ut constaret ap. Xtianos praesentiorem medicinam afferre quam ap. Judaeos vel paganos [WP], ut ex ipsâ varietate circumstantium rerum intelligeretur non esse causam efficientem [STORR], ut simul fortasse Judaeorum remediis magicis incantationibusque opponeretur [LIGHTF. SAUBERT]. Ad *symbolum* autem informandum et animi hum. ad miracula proclivitas et hoc singulatim adduxit, quod (v. 15) effectus alio refertur quam ad unctionem. Nimirum quod 8) *Ἐν τ. ὀνόματι κυρίου* fieret, non solum *a*) alii (quemadm. ex parte etiam v. 15) modo ad *Deum* modo ad *Xtum* [SYR. (cll. not. 2) ER. GT. BMG. SML. STORR. SCHT. GBS. cll. Jo. 14, 13. 16, 23; SCHNK] revocarunt, atque *b*) fluctuarunt explicando: *aa*) *cum imploratione, bb*) *ex auctoritate s. instituto* [GT. SML], *cc*) *fiducid auxilii* (Domino freti MR; AGSTI cll.

---

ces tum ipsius aegroti tum *πρεσβυτέρων* . . . sunt intelligendae, eaeque *salvum* reddunt', primum 'restituendâ valetudine', tum 'altiori animi restitutione.' 'Utraque satis diserte describitur vbis sqq. . . . Dominus eum e lecto quasi eriget . . . Minime igitur magice vel precibus vel unctionibus aegroti sanantur, sed vi Xti divinâ precibus fide plenis excitatâ, cujus efficaciae corpora aegrotantium oleo quasi paria reddantur.' *Κἂν ἁμμ. τλ.* 'restringatur necesse est, quum omnes *πολλὰ πταίειν* auctor jam monuerit (3, 2): si peccata commiserit quae, velut naturalem ut dicunt poenam, istum morbum secum haberent.' 317) 'Quemadm. effundebatur in aegrotum oleum, ita hac effusione ut symbolo significabatur, effundi veluti sic in eum istam valetudinem, adjuvante et moderante ita Deo; inprimis quum illa unctio fuerit Judaeis in multis actio symbolum quoddam continens, veluti tum cum regem aut pontificem summum ungebant, ubi tamen eodem modo declarabant, sic effundi in eum dotes muneri idoneas, uti symboli causa oleum in ejus caput effunderetur.' Ad dona ecclesiae primae *extraordinaria et miraculosa* refert, quia 'res dr. fieri per homines certos, presbyteros ecclesiae, non per hominem ullum quemlibet, a quo tamen, si hic describeretur usus aliquis medicamenti quocum preces hominum fuerint conjunctae, administrari potuisset', et quia '*χάρισμα* sanandi, idque non omnibus promiscue sed certis quibusdam tributum', 1 Cor. 12, 9 dr. fieri 'per eandem effectionem div. per quam loquantur linguas peregrinas et alia ejusmodi fieri ab illis soleant.' Nec tamen negat, 'fortasse Deum hoc ipso adminiculo olei usum fuisse, ut simul conferret aliquid ad homini restituendam sanitatem, uti div. providentia in multis, quae miraculo et peculiari effectioni tribuuntur, usa est quibusdam mediis efficiendae rei.'

יהוה בשם 1 Sam. 17, 45; STORR. PT. SCH), *dd*) *respectu Domini* [GBS. ὄνομα dicens ex hebr. '*den Inbegr. der Eigschaften u. Verhältnisse Jemandes*'], *ee*) *respectu suae c. Dom. necessitudinis, non praetermissâ invocatione* [ut ἐν quasi sit instrumenti. SCHNK]; sed etiam *c*) modo ad ἀλείψ. retulerunt [GT. BMG. MR. PT. SCH], modo 9) ad *Προσευξάσθ.* – ut ista interposita sint 'quasi descriptio usitatae ceremoniae' (SML; GÖPF. AGSTI SCHT. GRASH). Cogitarunt de *precatione* quae *s. a*) pro *valetudine*, *s. b*) pro *salute animi* fieret — et quidem 10) a *Πρεσβυτέροις s. a*) *omnibus*, toto collegio, ecclesiae quasi senatu, *s. b*) *uno alterove* [AGSTN. PT., SCH], *s. c*) *singulis* [WF; *ohne partheiische Wahl, einer so gut, als der andre.* BMG; locutio 'infinitae est, ut non *universi* cujusque ecclesiae doctores intelligendi sint sed vel unus sufficiat' STORR] — atque iis quidem *s. a*) tanquam *praesidibus*, ut ordine omnia agerentur [SCHNK], *s. b*) tanquam viris *peritis* negotiorum vitae, doctrinae xt. [GBS], fortasse etiam artis medicae [STZ. PT], *s. c*) tanquam viris *piis* ideoque χαρίσματος ἰαμάτων singulari gradu compotibus (1 Corr. 12, 9. cll. prophetis VTi aliisque Dei familiaritate dignatis) [CALV. GÖPF. STORR. SCHNK]. Denique 11) ipsa Δέησις ἐνεργουμένη, quae tanta ἰσχύει, varie informatur: *a*) *preces effectae*, *s. aa*) *agitante SpSo* [BHNS. MICH], *s. bb*) *animo promto et benevolo* [SCHLEUSN. cll. Hes[11] glossâ: ἐνεργεῖν· ἑτοίμως πράττειν], *s. cc*) *multo labore* – (*operosae* JASP; *energisch, mit rechtem Ernst vollzogen* SCHNK; eodem redeunt quae sensum magis tenent: *assidua* VULG; *frequens* corb.; *seriae* ERSCHM. post LTH.: *wenns ernstlich ist; strenuae* MR; *ardentes* WF. HT. PT. all.) – singulatim etiam aliorum (?): *adjutae a deprecatoribus* [SCH. cll. Mt. 18, 19 sq.]; *b*) *preces efficientes*[318]), *aa*) *efficaces* [BZ], *bb*) quae valeant *operantes* i. e. *quae operentur* [SEIL.: *sind v. grosser Wirkg;* STORR. PT. (ex Graecismo! sententiâ posthac repudiatâ) cll. SYR. qui omisit], *cc*) *vim exerentes per fiduciam* [CPR. cll. Gal. 5, 6], *dd*) *cum fide miraculosâ conjunctae* (cll. χαρίσματι ἰαμ. quod est inter ἐνεργήματα πνεύματος), *ee*) *intentae*, *non languidae* [GT], *ff*) *operum effectrices* [GBS.: *Kräfte zum Guten bereitend u. aneignend*], *gg*) quae quasi *in actu* sunt, non in universum sed pro certis missae quibus ita succurramus, ubi igitur 'nobis necessitas aliqua objicitur quae serium orandi affectum excitet' (CALV). Ἐνεργεῖται (nit OEC. c. THPH) ἡ τ. δικαίου εὐχὴ, ὅταν κ. ὁ ὑπὲρ οὗ εὔχεται συμπράττῃ διὰ καλοήθειας πνευματικῆς τῷ εὐχομένῳ. ἂν γὰρ ἕτερον ὑπὲρ ἡμῶν εὐχομένων σπαράλας ἡμεῖς σχολάζωμεν κ. ἀνέσεσι κ. ἐκδεδιητημένῳ βίῳ, ἐκλύομεν διὰ τούτου τὸ σύντονον τ. εὐχῆς τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀγωνιζομένου. — — Universa autem expositio ambigitur utrum sit *a*) *praecipientis* [WF], an tantummodo *b*) *permittentis* [SERVET. ap. WF; PT], accommodate *s. aa*) ad judaicam superstitionem novo aliquo ceremoniarum modo, qui tamen nec communis esset nec perpetuus, felicius corrigendam [SML. ROSENM.[319])], *s. bb*) ad universam, quae tum fuit, nostris temporibus minime praescribenda, imperfectiorem medicinam [GBS]; utrum promittatur *a*) quod *fieri debeat*, *s. omnino*, *s. ubi tales preces suscipiendas esse Presbyteri statuerint* [SML. GÖPF; sim. jam CALV[o] verisimile fuit, non 'promiscue adhibitum fuisse oleum, sed tantum ubi certa spes erat profectûs', ut unà cum *virtute* acceperint *discretionem*, 'ne symbolum abusu profanarent'], an – ex populari dicendi genere, re ipsâ clamante – *b*) quod *sperare liceat* [PT. AGSTI[320]) STZ. HT], singulatim imbecillo in precandi societatem abrepto et erecto [GT. SML. SCH. GBS. GRASH. SCHNK], ubi salubrem eventum 'alii Deo, alii his orantibus etiam illorumque nuncupatis votis et precibus tribuunt, alii in ipso aegroto effectum, non ὅλως miraculosum, sed et quasi physicum, licet minus notum informant' (SML). — Add. quod in n. l. adeo,

318) Sine causâ in suspicionem Pleonasmi vocarunt ARROWSMITH (ap. WF) et MR; non superfluum esse jam CALV. viderat, recteque WF. notavit ἰσχ. ad *Deum*, ἐνέργ. ad *precantem* spectare. 319) '*Im MLde wo das Oel weit besser u. edler ist, als in unsern Gden, wird es öfters als Arznei gebraucht; dah. war es auch unter d. Juden sehr gewöhnlich, dass man die Kranken damit salbte. D. Ap. erlaubt diesen Gebr. vielleicht auch aus Herablassg gg d. jüdisch-gebornen Xten, befiehlt aber damit keineswegs, dass er beibehalten werden solle.*' 320) Addit tamen: '*Indess mögen die Vorsteherinnen der damal. Zeit dem Gebet doch e. bes. Kraft u. Wirkg zugeschr. haben, u. d. Vf. mag selbst nicht frei v. diesem Gl. gewesen sein.*'

dogmaticis de causis, inventae sunt *Unctio extrema* [321]) et *Confessio sacramentalis* [322]).

14. Ἀσθενεῖ] *infirmus est* valetudine, *aegrotat* (חלה). PHAV.: ἀσθενῶ· ἀῤῥωστῶ, νοσῶ, κάμνω (cujus vocis significatus *laborandi* transfertur ad aegrotos *morbo quasi laborantes*, et ad mortuos *laborem quasi emensos*: HES.: κάμνει· νοσεῖ. SUID.: κάμνειν καὶ ἐπὶ τοῦ νοσεῖν λέγεται. Hom. Od. 11, 475 sq. Ἔνθα τε νεκροὶ | ἀφραδέες ναίουσι, βροτῶν εἴδωλα καμόντων). Πρεσβύτεροι τ. ἐκκλησ.] 'Presbyteri s. *seniores* praesides vel inspectores erant coetuum xtt. et quasi *senatus ecclesiasticus*, cui potius regimen ecclesiae quam doctrina erat commissa, quamvis et docere interdum atque refellere falsos doctores pars muneris ipsorum erat. It. de his classica sunt Tit. 1, 5 sqq. 1 Ptr. 5, 1 sqq. Pluralis autem num. hic vel pauces vel singulos quoque significare potest, ut Mt. 27, 44 cll. Lc. 23, 39' (HT) add. WIN. *Gr.* 149; 'alias ἐπίσκοποι, προεστῶτες, ποιμένες, προϊστάμενοι dicti (1 Tim. 3, 2. 5, 17. Eph. 4, 11. 1 Th. 5, 12. R. 12, 8), similes *Archisynagogis* Judaeorum (פרנסים), ii erant in singulis ecclesiis Xtiani, quorum curâ atque auctoritate, s. sit illa e senectute s. doctrinâ s. aliunde oriunda, cuncta quae tam ad institutionem quam potissimum ad externam ecclesiarum disciplinam spectabant, ex apostolorum mandato dirigebantur atque disponebantur vd. VITRINGA de Syn. vet. 2, 11. p. 595' (PT).

Preces faciant Ἐπ' αὐτόν] *super eum*, si non *inclinantes* (SCHNK) s. *manibus super eum extensis* s. impositis (quod tamen cur repudietur, causa deest), certe precibus super eum dirigendis: quas *pro ipso* (GT), *pro salute ejus* (PT) fore, ex rei demum naturâ accedit. Alienum est vertere: *über ihm*, s. adeo (c. GES): 'wie es seinem Zustde angemessen ist, ihn belehren u. trösten kann' (ut simul significetur 'dass beim Gebete d. Zustd. des Kranken hptsächl. berücksichtigt werden solle'); item quod SCH. dixit ellipt. pro προσεύχεσθαι τ. χεῖρας ἐπιθέντας ἐπ' αὐτόν, ut Act. 9, 17 al. Ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τ. ὀνόματι τ. κυρίου] corpus *oleo*, animum *respectu Dei* corroborantes et erigentes. Plus inest quam fieri *ex auctoritate* s. *mandato Domini*, np. fieri etiam cum *nominis* s. numinis div. externâ aliquâ agnitione, *invocatione*. SUS. eo redit, naturalia, singulatim externa praesidia neque negligenda esse neque unice aestimanda; utendum medicaminibus sed non absque fiduciâ in Deo collocatâ (*es solle d. gehörige Gebr. der*

---

321) 'Nobis (ait CALV) certamen non est, an unctio aliquando fuerit sacramentum' (id enim concedit) 'sed an nobis data fuerit, ut hodie quoque ap. nos sit in usu. hoc posterius negamus, quia constat rem signatam pridem desiisse.' Unde concludit, 'non veros esse imitatores, sed *simias* esse apostolorum, qui unctionem inter sacramenta hodie reponant, nisi effectum simul restituant quem ante annos MCCC Deus mundo abstulit.' — Vident lectores (notat SHL) 'adjumentum *sanitatis* hic commemorari, non praesidium et adjumentum *pacatius moriendi*' – s. (ut MR. loquitur) 'non de unctione hominis morituri ad afferendam ei *sanctitatem* sermo est, sed de dote qua *sanitas* restituebatur.' 322) 'Mira (ait CALV) papistarum vel stultitia vel improbitas, qui susurratoriam suam confessionem hoc testimonio adstruere conantur. nam ex vbis J. inferre promtum esset, solos sacrificos debere confiteri. quando enim *mutua* hic vel *reciproca* (ut crassius loquar) confessio exigitur, non alii certe jubentur confiteri peccata sua, quam qui vicissim ad audiendam alterius confessionem sunt idonei; atqui hoc soli sacrifici sibi vindicant: ergo ad eos solos ableganda est confessio.' — 'Vah! (exclamat Bz) nulla sacerdotalis absolutionis mentio est!' asperior visus SHL': 'Utilissimum esse potuit ministri sacri aut doctoris hoc familiare quasi colloquium; si superstitio accessit aut malignitas, abjiciatur haec sine odio justae utilitatis. Ingens illa multitudo Xtianor. variis et diversis exercitiis adjumentisque sacris uti potest; *quae omnia sine virtute utentium tam facile contemnuntur, quam cum animorum justo proposito recte laudantur.*'

nat. Anpeinnittel. nicht beiseitgesetzt, sond. mit d. Gebet verbunden u. dadurch geheiligt werden BMG).

'Oleorum in regionibus istis, oleis nostris longe generosiorum, in morbis curandis usus satis constat. Herodem e. c. teste Jos. dbj. 1 ult. medici morbo laborantem ἔλαίῳ θερμῷ ἀναθάλψαι jusserunt. nec non Proculus Xt., observante GT^lo, Severum Imp. per oleum aliquando curavit; testem habet Tertullianum ad Scapulam. Discipuli quoque Xti oleo affuso miraculosas patrasse feruntur sanationes Mc. 6, 13. Quid quod peregrini ampullam olearíam secum gestare solebant, ad vires reficiendas. ut ex parabola de Samaritano [Lc. 10, 34] videre licet' (PT). Add. haec: 'Observatu dignum est, Adrianum Imp. in Ep. ad Servianum Consulem datâ et ap. Vopisc. in *Saturnino* legendâ haec habere; *Nemo illic Archisynagogus Judaeorum, nemo Samarites, nemo Xtianorum presbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes.* ubi *Xtianor. presb.* nonnullis respondere visus est *aliptae* i. e. unctori. vd. quae de h. l. post SALM. et CASAUB. ad Vopisc. in Scriptoribus Hist. aug. commentati sunt LE MOYNE ad Varia S. p. 38. et VITRING. l. c. p. 415 sqq.' (WF). Graecorum huc pertinent ἰατραλείπται. vd. CELLAR. de orig. et antiq. medic. §. 6 (Dissertt. acadd. cur. WALCH. p. 253). 'Ap. vett. pleraque medicamentorum externa fuerunt; ap. Hebrr. nobilissimum balsamus' (SCH). '*Besonders war d. Balsam v. Gilead als äusseres Heilmittel (zum Einreiben u. Erweichen) beliebt. Jer.* 8, 22. 46, 11. *So empfehlen auch d. griech. u. röm. Aerzte Umschläge v. Wein u. Oel od. Essig u. Oel.* Galen. de comp. medic. 2. Plin. HN. 31, 47. Colum. 7, 5, 18' (GBS). Phil. de Somn. 1116. καὶ γὰρ λεαίνει κ. κάματον σώματος λύει κ. εὐσαρκίαν ποιεῖ κἂν εἴ τι κεχαλασμένον εἴη σφίγγει πυκνόιητι κ. οὐδενὸς ἧττον ἑτέρου ῥώμην κ. εὐτονίαν ἐντίθησι. Scheviith 8. *Qui capite dolet aut quem invasit scabies, ungat oleo.* Babyl. Joma f. 77, 2. *Traditio Rabbinorum: Prohibitum est (in jejuniis) . . . ungere partem corporis aeque ac totum corpus. at vero si aegrotet aut si capite exoriatur scabies, ungat pro more.* Plura vd. ap. WTST. GT. et LIGHTF. ad Mc. 6, 13. et quos excitavit WF.

15. Ἡ εὐχὴ τ. πίστεως] *precatio haec ex fide et cum fide facta* – αἰτούντων ἐν πίστει, μηδὲν διακρινομένων (ut est 1, 6 [p. 21]), ap. presbyterorum et (intercedente atque incendente eorum fiduciâ et auctoritate) aegroti. Σώσει] *a morbo liberabit* – non suâ sed divinâ vi: namque *Deus eum* Ἐγερεῖ] *eriget* de lecto, graviter decumbentem[323]). 'Non haec sine conditione intelligenda esse, et iutptes monent et res ipsa clamat. si enim certus et constans talium precum fuisset eventus, *nemo unquam mortuus esset.* itaque bene GT. sensum ita explet: *Nisi np. aliter ei expediat ad salutem aeternam*' (HT). Frustra sunt qui de effectûs modo – miraculoso? eoque s. *immediato*? s. *mediis* externis internisve adjuto? – decernere audent. Recte SML. notat, ipsum aegrotum ignarum fuisse, *quantum sanationi inesset miraculosi aut ex ordine naturali*; itemque firmum est, neque a Xti neque ab App. sanationibus *genus psychicum*[324]) – in quo

323) Est usus loquendi notissimus: *darniederliegen – wiederaufkommen, wiederaufkommen lassen.* Ita Mt. 8, 14. βεβλημένη κ. πυρέσσουσα. cll. Mc. 1, 30. κατέκειτο πυρέσσουσα. Mt. 9, 2. ἐπὶ κλίνης βεβλημ. cll. Ap. 2, 22. βάλλω ἐπὶ κλίνην. Ita הֵימִיר Ex. 21, 21. (si vel de Mc. 1, 31 ubi ἤγειρεν αὐτὴν THPH. explicat ἴατο αὐτήν, et de hebr. דקירם dubitatio restet). Add. Hdti: *Αὐτὸς ἐκ τῆς νόσου ἀνέστη.* et Latt. *surgere.* — Quod σώζ. attinet, non solum הושיע habetur de Hiskia divinitus convalescente Jes. 38, 20. sed etiam 'constat *medicos* ap. GT. σωτῆρας dictos esse, et σωστρον prpr. esse *pretium quod medico pro restitutâ valetudine datur*, quamquam deinde ad *cujuscunque rei conservatae praemium* transfertur. Xen. Mem. 2, 10, 1' (PT). 324) 'Haud injuriâ (ait SCH) TERT. *medicinam* dicit *philosophiae sororem*, ut ad quam magis animae ratio pertinere videatur per corporis curam. Quod cum ita sit, medicina *soror* etiam *theologiae* putari debet. Plurimum profecto refert ad valetudinem corporis restituendam, quod aegrotus tranquillo et quieto animo sit *fidemque sribeat*

summa vis est *auctoritatis*, externae dignitatis internaeque praestantiae - prorsus alienum fuisse (quod singulari Excursu *de miraculis Jesu* plenius excutietur). — Peccatis certe non impeditur. *Κἂν*

---

medico et multo magis Deo, qui medici manu ipsum sanatum velit, *si modo satius ipsi sit vivere quam mori*. Hac fide autem carebit *conscientia peccatorum anxia et sollicita*, dum homines injurias et fraudes ab ipso admissas jure conqueruntur. Cum hominibus igitur reconciliari atque in gratiam redire, ac tum demum salutem a Deo expetere, ipsa ratio dictat. *Animis autem ita curatis felicius multo curabuntur corpora*. Praeterea medicina duplex est, *materialis* et *psychica*; quumque materialis et corporalis ap. veteres multo imperfectior esset quam hodie, *psychicam videntur magis coluisse et calluisse quam medici recentiores*. Psychica medicina vero multos gravesque morbos vincere potest nullis fere materialibus medicamentis utens. Hujus medicinae peritissimum fuisse *Xtum* atque *Apostolos* ab ipso institutos, haud improbabile nobis quidem est, quem BASIL. Seleuciensis eleganter vocat *ἰατρὸν ἀφαρμάκευτον*. Hinc rectissime instituta fuit in ecclesiis xtt. aegrotorum cura per pastores' ('ne ad medicos vel judaicae vel ethn. superstitionis confugerent, magicis artibus et incantationibus utentes, adeoque angelos aut daemones auxilio vocantes') 'non moribundorum, sed ut primum quemque morbus corripuerat; culpandique sunt ii, quorum per negligentiam vel inscitiam hic mos in desuetudinem venit, ac probi omnino pastoris est redintegrare tam salutare officium. Ap. nos suus cuique coetui medicus est, ubs quo pauperes gratis curantur. Utinam pastores non cunctentur suis visitationibus, quidquid animos juvat, adjungere materialibus remediis.' — In quantum veterem jud. morem [cf. p. 271 not.*] s. interno aliquo impetu s. de industriâ tenuerint, difficile est dictu; quemadm., quales potissimum morbi iique quanam effectuum miraculosorum et naturalium necessitudine sanati sint *χαρίσματι ἰαμάτων* xtiano, ignoratur. Certe nec ad Presbyteros erat adstrictum, nec Apostoli ad id singulatim a Xto edocti. Res erat naturalibus suis modis non *discendo*, sed *interna vi et usu* capessenda. Morborum vero a Xto sanatorum fuisse quos *Domini* (*externa internaque*) *auctoritas* tollere valeret: non facile videbis negantem nisi fortasse dogmaticum hominem. — 'De donis miraculosis (ait SNL) difficiles praeceptiones non amo. *χάρισμα* ego non ignoro tribui SpSo auctori, sed non invenio immediata esse haec dona s. *χαρίσματα* . . . Nec effectus *χαρίσματος ἰαμάτων* fuit perpetuus, aliter nemo unquam mortuus fuisset.' 'De his rebus (addit) vix locum hodie habet historica vera observatio et descriptio; recte agunt qui Dei vim immediatam, hoc illo modo, ista dona miraculosa effecisse statuunt; non impii sunt qui rebus his etiam tantum ordinis physici interfuisse statuunt, quantum locum habere salvâ re ipsâ potuit. xtianae historiae antiquissimae pars est, utcunque explicetur.' De effectu hic promisso ipso haec notat: 'Sanandi vis a me non tribuitur his ministris aut ceremoniae, sed soli Deo cujus benignitatem aegrotus jam ipse sperare et experiri audet, ipse ignarus quantum insit rei miraculosi aut ex ordine naturali. Sufficit *πίστει* et precibus tribui' ('minime exclusâ operatione Dei, per quam et orantes illi sciant, Deum hoc velle jam efficere, et aegrotus ad spem ipse inclinetur quae salubrem motum nervis aut fluidis nobilioribus restituat') 'at haec commotio animi sanctior saepe conjuncta fuit cum restitutione valetudinis, praecipue si languor corporis ex animi moerore et tristitiâ ortus et auctus esset.' Subjungit: "Ἐπ' αὐτ. videtur involvere impositionem manuum, quae sacra ceremonia et ipsa non caruit quodam effectu in aegroto, qui non fuit mere naturalis, pro indole animi ipsius, qua profecto adjunctâ opus fuit; invito enim, non optanti et desideranti, obtrudi non potuit.' 'Memini satis luculentum ejus rei exemplum locum habuisse Arnstadii, cum unicus filius, depositus jam et relictus a medicis, precibus parentis qui genubus flexis per horas aliquot lectulo adjacebat, ipse quasi commotus, jam vivere auderet. Nec contemno varias narrationes, e. c. de LUTHERO qui MELANCHTHONIS gravem morbum precando expugnasse dr.; similia exempla vetustiora non rara sunt; sed *nostri temporis frigus* solet ista omnia parvi pendere, quia *miraculorum descriptiones parum castas* quidam composuerant.' — N. l. etiam opinionem de morbis peccatorum poenis (vd. not. 326) in usum vocat STZ.: *Der Kranke 'konnte auch um so ehr geheilt werden, nachdem man ihn überzeugt hatte, dass s. Krankh. nicht als Strafe nothw. fortdauern müsse.'*

ἁμαρτίας ἦ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ] sc. *hoc ipsum, τὸ πεποιηκέναι* [325]). 'Non est hoc additum duntaxat augendi causâ, ac si dixisset *majus aliquid* Deum aegroto daturum quam *corporis sanitatem*' (CALV); sns.: *Si vel peccatis* [326]) *sibi contraxerit*, (veniam peccatorum consequi atque) *sanari poterit. Κἂν*] *zeigt an, dass solcher Fall wohl vorkomme, ab. doch nicht allezeit stattfinden müsse, folgl. nicht immer d. Schluss v. schweren Unfällen auf ausserordentl. Versündiggen gelte, wohl ab. auch auf ihn diese Zusage sich erstrecke* (BNG).

16. Qua in re summi est momenti Ἐξομολογεῖσθε τλ.] *Peccatorum confessio.* Partim externâ confessione interna poenitentia haud parum juvatur; impedit ista quominus haec celerius cesset emendationisque existat negligentior; *magis sibi cavet enixiusque laborat* qui alios vitae melius instituendae provocavit testes. Partim alii juvantur, ut eo felicius alteri succurrant, facilius et interius animum percellentes et moventes laborantis; 'efficacius orat ecclesia pro peccatis sibi cognitis, adhibens simul idonea remedia [327]) malo, ne in id recidatur' (GT). Ἐξομολογεῖσθαι] 'non nudam sed cum verâ poenitentiâ conjunctam patefactionem peccatorum' (PETZOLD) designat - 'ingenuam et ex animo profectam confessionem, qua quemadm. res se habeat, sine dolo declaratur' (*offen heraus sagen* - non igitur exhauriunt hebrr. הוֹדִיעַ et הוֹרָה). CHRYS. ἐξομολόγησις dr. *propriorum peccatorum damnatio* (τ. οἰκείων ἁμαρτημάτων κατάγνωσις). Ἀλλήλοις] quia omnes in pari culpâ ac periculo. addit ne s. Presbyteri hac *confitendi necessitate*, s. alii *istâ advocatione* excludi viderentur. '*Pott u. A.* (ait GBS) *behpten zu viel, wenn sie ἀλληλ. blos auf d. Presbb. beziehen, denn d. Ap. wollte durch dies Gebot, das für Alle galt, das Band des Vertr. u. d. Liebe nur um so fester um die Xsten schlingen. Und das Ideal e. xstl. Gemeinsch., wie könnte es schöner gedacht werden u. vollendeter, als wenn d. Geist des Vertr. u. der L. in Allen so weht, dass keiner dem Andern etwas verbirgt u. Alle für d. ggseit. Besserg mitwirken?*' Addit etiam Ea[um] angustius accipere *de quotidianis offensis Xtianor. inter ipsos quas continuo velit reconciliari.* Quod drr. ita Ἰᾶσθαι] *sanari*, referri posset ad liberationem *a peccatis*, quia simpl. jubentur ἐξομ. τὰ παραπτώματα atque εὔχεσθαι ὑπὲρ ἀλλήλ. — ita ut transitus

---

325) Neque igitur emendatione ἀφεθήσονται opus est, neque exemplis etiam praeter Neutra Pluralibus addi Vb. sing.. 326) 'Morbum (ait MR), graviorem praesertim, habebant pro singulari poenâ facinorum aut facinoris unius insignis et pravioris, quod passim ex Evv. passim etiam e VTo intelligitur. ergo cum morbus, poena singularis peccati gravioris, erat sublatus, sequebatur inde remissum esse peccatum homini; poena sublata remissio intelligitur, unde etiam Mt. 9 in. in paralytico sanando Xtus omnem rem ita tractat, ut sanare sit peccatum condonare homini.' Add. Nedarim f. 41, 1. *Nullus aegrotus a morbo sanatur, donec ipsi omnia peccata remissa sint.* Quae peccata quo graviora essent, eo graviores opinabantur morbos, et vicissim. 'Antiquissimus est (monet SML) hic religionis sensus.. (Gen. 20, 7. Deut. 28. 15. 21. 22. Ps. 38, 9. 107, 17. 18; 2 Chr. 7, 13 sq. Jes. 33, 24; Ps. 103, 3. Job. 33, 15 sqq.; Jes. 53, 4. 5).. Hunc Hebraismum jure nostro distinguimus a diligentiori rerum moralium disciplinâ, quae jam nostra esse debet.' 'Sicut (addit) peritioribus medicis hodie utuntur corporis corrigendi causâ, ita notiones castiores informant de aberrationibus moralibus.' — Quid illi sensui et sententiae *veri falsive* insit, Xtus ipse praeivit Jo. 9, 2 sq. (ad q. l. vd.); add. Jo. 5, 14. 1 Cor. 11, 30. 327) Quid quod STZ.: '*Der Patient*, inquit, *der es sich bewusst, selbst an s. Krankh. Schuld zu sein, sollte den Aeltesten, s. Aerzten, die Ursache s. Uebels ohne falsche Schaam aufrichtig entdecken, weil sie sonst unmögl. die rechten Mittel zu s. Heilg entdecken u. auch Gott nicht mit Freudigk. den Segen ihrer Bemühgen empfehlen könnten, wenn sie in Ansehg s. Krankh. nicht einmal helle sähen.*'

factus videri queat a corpore (v. 15) ad (v. 16) animum ejusque quasi morbos[328]) — nisi arctius copulare juberent praecedentis disputationis notiones repetitae, *παραπτώματα* quae per *ἁμαρτίας*, *δέησις* quae per *εὐχὴν* ad corporis morbos redeunt. *Precatio Ἐνεργουμένη*] (intrinsecus) *efficax*, intenta, ardens (= *προσευχὴ ἐκτενής* Act. 12, 5. cll. Lc. 22, 44) - siquidem est *Δικαίου*] s. *δικαίων hominum vere piorum*, si vel non a peccatis prorsus liberorum[329]), *Πολὺ ἰσχύει*] (externo) *successu haud caret*, Deo admittente (Jo. 9, 31. cll. vs. gr. ap. Gr. *Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός*).

'Locum communem in memoriam revocat; qui enim ex Judaeis erant, ex libris hebrr. multa exempla rei jam didicerant' (Sml); etiam exteros constat magnam vim precibus, singulatim piorum, tribuisse. Res verissima est (cf. p. 29) quanquam nimis humano et corporeo modo plerumque informata, cujus tamen informationis non tam qualitas momentum facit quam origo, animi affectio quae demum noxlis abusibus se dare potest (cf. p. 42). Unde pari jure (Vajikra Rabba sect. 10 f. 153, 4) R. Jehuda: *Poenitentia potest aliquid sed preces possunt omnia*. vicissimque R. Jehoschua: *Poenitentia potest omnia sed preces possunt aliquid*. Add. Baba Bathra f. 11, 6, 1. *Quicunque habet aegrotum intra domum suam, eat ad sapientem et petat ut pro eo imploret Dei misericordiam*. et gnom.: Precatio sine attentione est sicut corpus sine anima (תפלה בלי כוונה כגוף בלי נשמה). Plura habent Buxtf. Lex. talm. p. 1745 et Suic. Thes. eccles. I, p. 1274. — — Jam ap. Judaeos (sit Schnk) confessio inter initia virtutis censetur, nec immerito... Psalmi referti sunt confessionibus, et posterior adhuc theologia sublimior confessores laudibus celebrat. Phil. *leg alleg*. 55 ubi Judas tanquam *τύπος* confitentium sistitur; *de somn*. 1136 ubi insipientiae, *ἀρνήσεις*, opponitur *ὁμολογία*, *ib*. 1139 *βιάσεται τὸ μὲν πρῶτον ἐξαγορεῦσαι τὸ ἁμάρτημα, τὸ δ' ὅτι κακίσαι ἑαυτόν*. cf. 4 Esdr. 8. *nemo est de confitentibus qui non deliquit*. De confessione sacerdotali (*ἀλλήλοις*!) nemo ingenuus cogitabit; sed de confessione explicita revera loquitur Ap., quae quantum valeat ad emendandum animum, quis est qui negabit? Nemo certe Xtianus, quum Plato quoque eos qui deliquerint ultro ad judicem ire jubeat, ut illius ope, poenâ sc. idoneâ, grandi malo quod peccatis inest liberentur.' 'Confessio ipsa, et humilis et fraterni animi testis, multum facit ad vitam emendandam et vinculum inprimis mutuae caritatis, quo omnis lex absolvitur, arctius jungit (cf. opp. 4, 12 *χρίνειν*).' Addit l. Arrian. *Exp. Al*. 7, 29 (ab Albertio enotatum): *Unicam peccati medicinam esse censeo, ὁμολογεῖν τε ἁμαρτόντα*, peccata confiteri, *manifestumque poenitentiae documentum edere. nam qui injuriam accepit, non ita graviter laesum se judicat, si is qui laesit perperam se fecisse fateatur: et bona ejicui spes fit, se non amplius injuriâ affectum iri, si eum qui affecit poenitentiam facti sui prae se ferre appareat*.

Ceterum arctam c. antecedd. connexionem tuetur etj. copulatio v. 16[a] per *Οὖν* (AB 33 in m. 36. 69. 73. al. 4. Mt. 9. Ed. Syr. p. Copt. Slav. ms. et ed. Vulg), quod h. l. rectius (c. Lachm) servabis quam (c. Griesb. Gbs) additum dices. Convenire v. c. etiam Justinian. negavit, 'ut *sacramentalem* confessionem hîc eo facilius invenire posset' (Sml). — Totum l. *ἀλείψ. - ἰαθῆτε* 'manus haud nimium religiosae additamentum esse censet Bahrdtius. pro qua opinione, praeter internam loci rationem, illud fortasse afferri possit, quod quae praecedunt, cum ils quae sequuntur, tam apte cohaerent, ut quae inter illa sunt interjecta, sine ullo sensûs detrimento abesse possint. verum hoc tanti non est, ut

328) '*Bekennet einander eure Vergehgen u. bittet für euer wechselseit. Wohl. Sehr viel vermag das Gebet eines Rechtschaffnen*' (Rosenm), '*Gestehet einander eure Vergehgen u. bittet für einander, damit ihr davon geheilt werdet*' ctt. (Agsti). — Ita *ἰᾶσθαι* Mt. 13, 15 Jo. 12, 40 Act. 28, 27 e Jes. 6, 10 (רפא) et 1 Ptr. 2, 14 e Jes. 53, 5 Add. Sir. 28, 3. et Epict. sentent. ex Stob. n. 86 p. 132 ed. Reland.: *Ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. τοῦ γὰρ ζῆν κακῶς τὸ τεθνάναι χρεῖσσον*. 329) 'Non est homo qui nihil unquam peccavit, sed qui veniam impetravit peccatorum, cum confessione et deprecatione, tum reparatione damni, quod alteri dederit quantum possit. — *Qui ex fide innocentiae studet justus dr. in SSa*. Zwgl.' (Sch).

sine Cdd. diversitate aliquid movere liceat' (HT). Illud aliter visum est SCHL quia Apostoli fuerit, 'non sine ullâ conditione veniam peccatorum spondere.'

— L. p. Sir. 38, 1 - 15. *Τίμα ἰατρὸν ... κ. γὰρ αὐτὸν ἔκτισε· κύριος. Παρὰ γὰρ ὑψίστου ἐστὶν ἴασις ... 4. Κύριος ἔκτισεν ἐκ γῆς φάρμακα, κ. ἀνὴρ φρόνιμος οὐ προσοχθιεῖ αὐτοῖς. 9. Τέκνον, ἐν ἀρρωστήμασί σου μὴ παραβλέπε, ἀλλ' εὖξαι κυρίῳ κ. αὐτὸς ἰάσεταί σε. 10. Ἀπόστησον πλημμέλειαν κ. εὔθυνον χεῖρας, κ. ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καθάρισον καρδίαν. 13. Ἔστι καιρὸς, ὅτε κ. ἐν χερσὶν αὐτῶν (ἰατρῶν) εὐοδία. 14. Καὶ γὰρ αὐτοὶ κυρίου δεηθήσονται, ἵνα εὐοδώσῃ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν κ. ἴασιν χάριν ἐμβιώσεως. 15. Ὁ ἁμαρτάνων ἔναντι τ. ποιήσαντος αὐτὸν, ἐμπέσοι εἰς χεῖρας ἰατροῦ.*

17. 18. Ita v. c. *Elias, qui* utut vates, *homo* tamen *erat* fragilis *non minus* naturae *quam nos, intentâ* aliquando *precatione, ut ne plueret*, hunc nactus est successum, ut *pluvia cessaret super terra per triennium et semestre. alterâque* etiam *precatione* effecit, ut et *coelum pluviam largiretur et terra fruges solitas* rursus *germinaret.*

Illustrat et confirmat precationis vim item (ut v. 10) VTi exemplo, Eliae. *Ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν] similia nobis patiens.* Quum *παθεῖν* a corpore demum traducatur ad animum, angustius est *A)* GRS[1]: '*Gleiche Empfindgen u. Leidenschaften habend.*' Hoc certe scriptori non poterat obversari: '*Um wie viel mehr wird d. Gebet eines Gerechten, u. zwar eine ἐνεργ. s. Erfolg haben!*' Namque in Elia nec *justi* nec *enixe precantis* laus dubia erat. Add. Act. 14, 15 ubi (quemadm. Ptr. 10, 26: *Κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι*) Barn. et P. se dicunt *ὁμοιοπαθεῖς* Lystrensibus *ἀνθρώπους* et tamen *εὐαγγελιζομένους ἀπὸ τούτων τ. ματαίων ἐπιστρέφειν τιν.* Item angustius *B)* SCHNK[1]: '*eadem perpessus ac nos.*' quod si enim *κακοπαθεῖς* (v. 10) volebat *exemplo erigere mos proponendo, malis perpetiendis insignibus haud dissimili*, et a vcbl. medio (*ὁμοιοπ.*) abstinendum erat et *ὑμῖν* dicendum. Recte *C)* HT (c. plerisque omnibus): '*Homo perinde ut nos*' ('similis nobis origine carnis, passibilis ut nos et mentis fragilitate et carnis' BD; '*so gut e. schwacher Mensch wie wir - k. überirdisches Wesen*' AGSTI) — qui igitur jure imitandus[330]) proponitur, qui effectum largitus ipseque adeptus non suâ aliquâ vi miraculosâ, sed eo quod *Προσευχῇ προσηύξατο*] non tam (magis gr.) *prece sud impetravit*, quam (magis hebr.) '*intente oravit*, *ἐνεργῶς*. nam Vbis addita Vbalia ap. Hebrr. vehementiam significant' (GT). Cf. Hebraeor. Inf. abs. et WIN. *Gr.* 390 (ubi etj. e Grr. talia enotata sunt). *Τοῦ μὴ βρέξαι] ut ne plueret.* Nihili est (c. SCHNK) distinguere, non simpl. Obj. notari (E. rogasse *τὸ μὴ βρ.*) sed finem (E. rogasse *damit es nicht regnete*). Namque 1) hocce precationis Obj. quid tandem a fine differt? et si vel differret, 2) quid convenientius notioni Genitivi inest in notione *finis s. consilii*? Formularum, quibus Vbo finito additur Inf. Genitivo, tanta est, ap. nostros singulatim, varietas (vd. modo WIN. *Gr.* 268 - 71!), ut subtilitatis esse videatur non minus operosae quam cassae, ex istis Vbis ipsis eorumque notionibus, formis, copulationibus Genitivi aliquam necessitudinem monstrare velle. Est de-

330) 'Si (ait CALV) exauditus fuit Elias, nos quoque rite precando exaudiemur. nam quum sit commune orandi praeceptum et communis promissio: sequitur effectum quoque fore communem. Nè quis autem objiceret, *longe nos distare a gradu Eliae*, eum collocat in nostro ordine, quum dicit *hominem* fuisse mortalem et *iisdem nobiscum passionibus obnoxium*. nam ideo minus proficimus ex sanctorum exemplis, quia ipsos fingimus semideos vel heroas, quibus peculiare fuerit cum Deo commercium: ita ex eo quod exauditi sunt nihil fiduciae concipimus' [cf. Anton. 6, 9. et ad fr. J. GATAK]. Addit adv. Papistas: 'Sic colligunt: Quia ille obtinuit quod petebat, quamdiu vixit in mundo: nunc optimus erit post mortem nobis patronus. Haec argutia SpSo incognita fuit. nam ex adverso ratiocinatur J.: quia tantum valuerunt eorum preces, debere nos similiter eorum exemplo hodie orare, idque nos non frustra facturos.'

finitior aliqua notatio Objecti, qualis opus videri poterat perspicuitatis, facilitatis similiumve causâ, et quam ipsam prae reliquis usurpandam Hellenistis insinuaverit Hebraeor. Inf. c. ל ita reddi solitus. Certe ad Objj. Vbis addenda quemadm. praeter Accus. ita etj. praeter Inf. varios dicendi modos obtinere, in promtu est[331]). Sufficit igitur notasse, etj. Genitivo Objectum exprimi posse (ut ἀκούειν τινὸς et τινά, quatenus auditio non minus recte *ab Obj. existere* quam *ad id tendere* dici potest), Obj. autem ipsum pro rerum vborum varietate *varie informari* (tanquam causam, effectum, finem cit.).

Οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τ. γῆς] s. *decem tribuum*, Eliae quippe patriae [GT. WF. STZ], s. *Palaestinae* [BMG. AGSTI SCHT], s. *totius orbis* [LTH. quo sane hebrr. ducunt: 17, 7. בארץ cll. 18, 1. על פני האדמה]. *Ἐνιαυτοὺς τρεῖς κ. μῆνας ἕξ*] Consentiunt Xtus (Lc. 4, 25. *Ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία κ. μῆνας ἕξ*) et Judaei (ut Jalkut Schimoni ad 1 Rgg. 16. f. 32. ap. SURENHUS. in *βίβλῳ καταλλ.* p. 681) — quanquam 1 Rgg. 18, 1 nonnisi *annus tertius* commemoratur. Componunt s. (c. MR. AGSTIO) ita, ut dicant *numerum rotundum*; s. (c. GT. ad Lc.) ita, 'ut mandatum acceperit Elias fine anni tertii sed quod exequendum fuerit post semestre tempus'; s. (c. BENS) ita, ut accuratior serioris traditionis computatio, quam nostri secuti sint, ducatur a tempore, non *pluviae primum cessantis*, sed *ultimum ante siccitatem cadentis*, quae dimidio fere anno distare in promtu est (vd. ad v. 7). Duplex E. precatio e conjecturâ fluxit et per se facili[332]) et insuper subministratâ formulis עמד לפני יי et גהר ארצה ושובם 17, 1 (cll. 18, 15. Jer. 18, 20 al.) nec non כי אם לפי דברי פניו בין ברכיו 18, 42. Contra duplex quae diserte commemoratur precatio divinitus audita (*pueri vitae restituendi* 17, 21 sq. *ignisque solenni sacrificio concedendi* 18, 37 sq.) a nostro transmissa est. *Καὶ ὁ οὐρ. ... καὶ ἡ γῆ ...*] *zeigt den unmittelb. Erfolg, folgl. auch die reichl. Hinlänglichk. d. Regens an* (BMG). *Βλαστάνειν*] pr. intrans. de *herbis arboribusque pullulantibus* s. *germinantibus* ipsis, h. l. trans. *pullulantia* s. *germinantia proferre* [quod si placet hiphil. dicas et הודשיא[333]) comparas]. *T. καρπὸν αὐτῆς*] *fruges suas*, solitas, coeli solique siccitate hucusque impeditas.

— *Exemplum* ipsum utrum *a majore ad minus* an *a minore ad majus* valeat, ambigunt. Illud informarunt v. c. ER.: 'Si precibus unius pii coelum obtemperat, velut incantatum, mirum est, si Deus, ad ignoscendum facillimus, placatur precibus multorum?' et SML.: 'Facile patet, longe grandiorem fuisse auctoritatem quae coeli et aeris imperium tantum per temporis intervallum exerceret.' Huc post GES. (vd. p. 279) inclinat v. c. SCHNK.: — 'quanto magis sperandum, et aegrotorum restitutionem et animi a vitiis sanationem iisdem (precibus) posse impetrari.' Utut est, recte SML.: 'Miror quosdam eruditos viros hîc eo venisse, ut scriberent, nisi preces inspiratae intelligantur, ingenti hiatu laborare argumentum Ap. ab effectu precum propheticarum Eliae ad effectum quarumvis precum traductum. *vel istud ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν ostendit, J. minime respexisse ad aliquem statum qui ὁμοιοπάθειαν luculenter tollat.*' et JASP.: 'In-

331) *Βρέξαι, τὸ βρέξαι, εἰς τὸ βρ., τοῦ βρ.* (ut R. 1, 24 ubi *εἰς ἀκαθαρσίαν* et *τοῦ ἀτιμάζεσθαι* conjungere c. WIN. 270. in *impuritatem dehonestandi*, certe a simplicitate commendationem non habet, quae potius utrumque, juxta positum, a Vbo *παρέδωκε* suspensum statuere suadet), *τῷ βρ.* (ut 2 Th. 3, 2. 3), *ὥστε βρέξαι* (nt Luc. 4, 29), *ὅπως s. ἵνα βρέξῃ*. Affert SCH. Jes. 5, 6. *Ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν* (*ἀμπελῶνα*) *ὑετόν*. 332) 'In Scr. tantum habetur, praedictam ab Elia *ἀνομβρίαν* et deinde imbrem. sed traditio addit, factum hoc ad ipsius preces, et est id per se credibile. nam et cultus Baalis passim receptus viro pleno ardoris pro Deo - talem enim eum fuisse tota ostendit historia - extorsit poenae postulationem, et contra populo ad meliora mutato facile et ipse ad mitiora se vertit' (GT). Add. 4 Esdr. 7. *Oravit Elias pro iis qui pluviam acciperent.* 333) Ut Gen. 1, 11 ubi LXX.: *ἡ γῆ βλαστησάτω βοτάνην χόρτου*. add. Deut. 11, 17 *δώσει τ. καρπὸν αὐτῆς*.

servit argumento, efficaciam precum divin... Nec Eutt. σώσει et
non 'definit an naturali vel miraculoso m...
n. l. non necessario miraculosa sanatio cog...
STORR.: 'Nos qui spiritûs dona accepimus, ...a ejus qui
minora ut ii qui gaudebant dono ἰαμάτων (v. 1... 334) Ro-
Elias quoque *homo* erat, *similis nostri*, et 281 ...SCH. GBS.
tulit (v. 17) *et abstulit* (v. 18).' Add. not. 330. ...oque tem-
tum non temere J. addiderit, cujus non facile loc... ba facere,
exornanda Prophetae actione, et apparet et docet el... tur salus
στη Ἠλίας προφήτης ὡς πῦρ κ. ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λα... vel haud
ξάσθης Ἠλία ἐν τ. θαυμασίοις σου; κ. τίς ὅμοιός ...
Ceterum exemplia imbrium qui inter Judd. Arabes et p... mi et
eliciti sint collegerunt ELSN. WTST. et quos (etiam de Xti... mi-
nus datum fuisse historiae eccl. documenta majori fide testen...

19. 20. *Carissimi*, ut rem paucis absolvam, ...xt. caritatis est communibus precibus sublevare m... ris alieni [v. 15. 16], quanto magis par est ut anim... borantibus subveniamus?' (ER). Itaque *si quis vest.* quasi *veritatis* doctrinae vitaeque *se abduci patiatur, atque quis* alienus a conviciandi et damnandi libidine [4, 11] *eum* ad desertam veritatem *revocet*: is *persuasum sibi habeat*, talem hominem, *qui peccatorem a* perversâ *in quam aberravit viâ* ad meliorem frugem *revocaverit, salvum esse praestiturum* immortalem *animum ab interitu, atque* ita *multitudinem* adeo *peccatorum quasi obliteraturum*, quorum np. per novam virtutem ab ipso insinuatam venia isti converso divinitus contingat.

'Subjectum ipsum (ait MA) descriptione non eget. *Aberrat aliquis a vero;* paulo post πλάνη ὁδοῦ error viae s. *falsa via* nominatur. Sive igitur homo ille intelligatur qui *veram religionem* deseruit, ad Judaismum rediit a Xtianismo [SML], s. ullus alius *homo flagitiosus* qui in ullâ re *a verâ viâ* aberravit, id non videtur momenti magni esse ad sensum loci mutandum' [singulatim quum fere mundi voluptatumque nimio amore ad illum defectum permoverentur, quumque (recte notante SML) judd. praesertim impostores ad morum vitaeque corruptionem traducere, Ptr. Jud. Jo. luculenter querantur]. 'Qui autem hominem talem reduxerit in viam, is *mentem ejus servabit*, eripiet perniciei. Superest: *obteget peccatorum multitudinem.* Obtegere peccata est: facere ut in oblivionem veniant, planius: *condonare peccata.* Notum id est ex hebr. sermone, ubi Deus obtegit peccata cum condonat, ut est Ps. 32 in.. Et hic usus loquendi non videtur deserendus esse. Itaque n. l. homo ille ... *condonat, remittit illi peccata?* Non videtur ita esse. Restat igitur illud: homo ille *facit ut peccata in oblivionem veniant, ut peccata remittantur illi homini.* Atque id est verissimum in ipsâ etj. re: *fit mihi causa et auctor, ut rursus habeam Deum propitium, quoniam per hunc hominem in viam veram reductus sum.*' Nim. 1) *Πλανηθῆναι*] - de quo vd. ad 1. 16 (p. 49) - cave ne cum SCH. premas: 'non est volentis, scientis ac prudentis: transversum agi, in errorem *induci*'; utut *inducens* aliqua causa abesse nequit, momentum tamen facit quod *aberravit* et *deflexit*, uno vbo, quod extitit ἁμαρτωλός (v. 20). Res vero ipsa 'contingere potuit non uni, praecipue per tot impostores et falsos doctores qui saepe auctoritatem App. mentiebantur' (SML). — 2) *Ἀλήθεια*] non hic sola *doctrinae falsitas* spectatur sed etj. *vitae perversitas*' (HT. cll. v. 20 et Jo. 3, 20 sq. ubi ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθ. opp. τῷ φαύλα πράττοντι). *Viam* veritatis vocat illam *vitae* rationem, quam praescribit Ev. quod eminenter *veritas* dr.' (GT. cll. singulatim 1, 18). — 3) *Ἐπιστρέψαι*] h. l. non intrans. (ut fere ap. nostros) sed trans.:

convertere in melius, ad meliorem frugem revocare - *Ἐκ πλάνης ὁδοῦ*] *'vom Irrwege* i. e. *a scelestâ vivendi ratione'* (PT), ex notissimâ comparatione *vitae cum viâ*. In promtu est, non adm. attinere utrum informes *erroris viam* [SCHT] an (ut est ap. Liv. 24, 17. et n. l. simplicius habet ob additum *αὐτοῦ*) *errorem viae*. Antonin. dixit *μεταδιδάσκειν τὸν πεπλανημένον*, 9, 24 (ad q. l. et ad 8, 59 vd. GATAK.). **Ceterum repetit idque auctius, quo gravius notaret memoriaeque infigeret.** — 4) *Γινωσκέτω*] *noscat* et, quod consequens est, *agnoscat*, attendat; *'es mag ihm als e. gewisse, ermuthigende Versichrg dienen'* (GES) - *'commendat . . fratrum correctionem ab effectu, ut majore studio in eam intenti simus'* (CALV), Alienae sunt conjecturae *a)* CALV. et SCHL legendum esse *γινώσκετε*, *b)* STORRII: *'ad γινωσκέτω supple ὁ γινώσκων*, ut sns. sit: *sciatur.'* — 5) *Σώσει ψυχήν*] vd. ad 1, 21 (p. 69). add. Lys. Orat. 5. p. 74. *Ἀνδοκίδης δὴ ἔχει τὰ μήνυτρα ἅπερ, ἡμῶν σώσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, ἑτέρων διὰ ταῦτα ἀποθανόντων*. Eurip. Orest. 627. *ἦν ψυχὴν ἐμὴν σώσῃς*. quibus ll. WE. addit: 'hoc tamen inter SS. et externos illos est discrimen, ut quemadm. hi per *ψυχὴν* vitam *naturalem* tantum intelligunt, ita illi ad *beatiorem* et futuram respiciant. h. sns. J. h. l. adlibuisse per se patet.' tamen fuerunt qui de *aegroto sanitati restituendo* cogitarent! Add. BMC: *'nicht eigl. werkender Weise, als die eigl., vielweniger einzige Ursache, sond. als e. v. Gott gebrauchtes Werkzeug.'* — 6) *Ἐκ θανάτου*] vd. ad 1, 15 (p. 46); 'vitiositate tandem mors animorum conficitur' (SCH). — 7) *Καλύψει*] *obteget* quasi ipse, faciet ut quasi *obtegatur coram Deo* i. e. *ut a Deo condonetur* (e notâ Hebrr. translatione; vd. R. 4, 7 e Ps. 32, 1. 2. et Lexx. hebrr. s. vv. כִּסָּה atque כֹּפֶר et עָבַר). Elevant contra usum loquendi et absque causâ, qui *peccatorum quasi condonationem coram et ab hominibus* informant [334]). — 8) *Πλῆθος ἁμαρτιῶν*] non solum *unum alterumve peccatum*, sed eorum adeo *multitudinem*. Noli cogitare *A) Peccata adhuc patranda* [GÖPF. JASP]: 'cavebit iste, ne plura peccata quasi in lucem prodeant, i. e. ne alter plura peccata committat' (PT. qui hanc r. *omni quidem exemplorum auctoritate destitutam*, tamen *cum loci contextu satis congruam* pronunciat; nim. egregie friget: *liberabit animum e peccatorum anteriorum quasi morte, atque igitur multa futura impediet*!). Imo *peccata jam patrata*; verum non *B) Peccata ejus qui alterum convertit* [CASSIOD. BD. [335]) ER. ADRICAS [336]) AGST. (vd. not. 334) RHUSS [337])]. Non inepta quidem est oppositio: *alterius salutem procurans suam sibi parat*; favent finitima effata, ut 1 Ptr. 4, 8 [ubi nexus docet, non cogitari *peccata aliorum tegenda* cll. Prov. 10, 12 [*]) 1 Cor. 13, 7] et Joma f. 87, 1 (vd. not. 339); nec fluctuatione caret GES: *'Welcher nützl. Grdsatz wäre das, dass man sich durch Besorg der Sünder e. Stufe im Himmel erwerbe? kann man denn nicht andre bessern wollen u. doch selbst zu sündigen fortfahren?'* Verum *ψυχὴ* (si vel non addatur c. AB multisque all., c. VSS. VULG. SYR. utr. all., prob. etj. LACHM. *αὐτοῦ*) atque *ἁμαρτίας*, absque omni notatione appellatae, a lectore, qui nihil praejudicati afferret, non pote-

---

334) *'Man wird s. eignen Vergehgen nicht gedenken, da er e. so gutes Werk gethan hat'* (AGST). *'Dadurch, dass man ihn bessert, bringt man s. vergangenen Fehler gleichs. in Vergessenh., man bewirkt es, dass sie mit d. Mantel d. Liebe bedeckt, d. h. ihm verziehen werden'* (STZ). Add. SCHL.: *'Np. intelligitur, istum hominem jam redire in viam; ipsum poeniteré: igitur jus fas est presbyteros talem libenter et mitissime recipere in societatem, nec peccata illa sine utilitate in lucem publicam protrahere'* (cll. 1 Ptr. 4, 8) . . . *'ejusque etiam multa peccata, amoris qui ex correctione nascitur fido adjumento, subducat aliorum notitiae et censurae quorum jam nihil interest.'* 335) *'Nec praetereundum, quod haec errantis conversio non solum loquendo sed plerumque etiam bene agendo perficitur. nam si quis etiam linguâ tacente proximis exempla bonae actionis ostendit eosque ad imitanda, quae neglexerant, eleemosynae vel hospitalitatis vel aliarum opera virtutum convertit: officium profecto doctoris exequitur ac pro ejus, quem correxit, salvatione fratris certam a pio judice mercedem consequitur.'* 336) *Commentat. in Jac.* 5, 19. 20. (Neost. 1790) p. 10. 337) *Ephemeridd. exegett. theoll.* fasc. 2. (Gies 1824) p. 84. *) 'Alludit (sit CALV) potius ad dictum Sal., quam pro testimonio citet. . . . ac si diceret: Sal. hunc caritatis fructum praedicat, *quod tegat peccata* (nam qui oderunt, libidine sese mutuo infamandi ardent; qui amant, libenter inter se condonant multa: caritas ergo peccata sepelit ap. ho-

rant nisi ad ἁμαρτωλὸν: modo commemoratum referri. Nec Futt. σώσει et καλύψει, nec (Reuss) πλῆθος ἁμτμ. impediunt cogitare C) *Peccata ejus qui convertitur* [Oec.[338]) Gt. Wp. Wtst. Bmg. Stl. (vd. not. 334) Rosenm. Storr. Mr. Stz. (vd. eandem not.) Pt. Ht. Schт. Sch. Grs. Grash. Schnk.[339])]. Omnis enim sententia conditioni futuroque tempori est assignata, de *omnibus* autem peccatis diserte vba facere, abundantia foret frigida. *Res*, inquit, *gravissima est; agitur salus aeterna*[340]) *animi aeterni; atque ea ita impetrari potest, si vel haud exiguâ peccatorum copiâ in discrimen vocatâ videatur.*

Apertus est nexus. 'Mutua illa fratrum caritas, qua pro malis et animi et corporis medicinam a communi Domino invicem petere jubentur, sese haud minus exerat curiosâ errantes in justum tramitem reducendi sedulitate' (Schnk. post Agsti. Pt. all.). Ita autem efficacius fiuit quam salutationibus[341]). Senserunt Zwgl.: '*Insigni doctrinâ veluti colophone Epistolam absolvit.*' et Herd.: '*Der Beschluss, die stärkste Versichrg, ist wie e. Siegel aufs Testament.*' Explicatius Heis. (191): 'Unde orsa est, in eodem paene J. terminatur Ep.; dehortata principio fuit ab apostasiâ, dehortatur nunc etiam in fine... *Epiphonema*, quo eleganter ac pathetice orationem claudi rhetorum praecepta tradunt, postrema exhibent vba ... Et quam, amabo, sunt illa nervis ac robore plena!' et Grs.: '*In m. ganzen Br., m. Brüder, wollte der Ap. sagen, habe ich gestrebt, euch, wo ihr vom Pfade d. wahren Rel. abgewichen waret, auf denselb. zurückzuführen; das war d. Zweck aller m. Ermahngen; u. so rufe ich denn auch z. Schlusse euch allen zu, dass euch nichts mehr am Herzen liegen müsse, als Irrende auf d. Pfad der Wahrh. zurückzuführen. So sage denn Niemand ferner* [ut v. c. fecit Rauch.; vd. Prolegg.], *der Br. ermangle e. gehörigen Schlusses.*'

---

mines); atqui nulla melior aut *magis salutaris tegendi ratio*, quam ubi *in totum coram Deo abolentur*. hoc autem fit quum peccator nostrâ admonitione reducitur in viam: ergo huc praecipue et magis sedulo incumbendum est.' 338) Γινωσκέτω (ait) ὅτι διαχοητέον τῇ τοῦ πλησίον σωτηρίᾳ. 339) 'Justâ de causâ indistinctius loquitur Ap.; non enim possumus non realem *vitiorum* sanationem intelligere quam ille servando alterum perficit; fontem multimodae perversitatis destruet, ne *alter peccare pergat* impedit. Quid quod de *ipsius* quoque τ. ἐπιστρέψαντος peccatis intelligere licet sententiam! in ipsius quoque profectum redundabit alterius emendatio a se inchoata. id quoque in animo habuisse nostrum, concludimus e tritâ Judd. sententia: Jom. f. 87, 1. *Quicunque multos ad justitiam adduxit, per ejus manus non perpetratur peccatum.* quod dictum in Pirke Ab. ita audit: כל המזכה את הרבים אין חטא על ידו ... Prorsus consentit B. l. dictum 1 Ptr. 4, 8. ἡ ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν (ubi fortasse praestat legere *καλύπτει*) caritas mutua et remittendorum et impediendorum reprimendorumque peccatorum causa ac mater est. — Ad egregiam h sententiam conferre juvabit dictum Xti Mt. 18, 15. *Ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε ἔλεγξὸν αὐτὸν — ἐὰν σοῦ ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τ. ἀδελφόν σου.*' — — Simil. etiam Grash. fluctuaverat. 340) 'Si enim magnae mercedis est a morte eripere carnem quandoque morituram, quanti est meriti a morte animam liberare in coelesti patriâ sine fine victuram' (Bd. e Greg.). Add. Er.: 'Neque enim magnum est, hoc impetrare precibus, ut huic aut illi mors aliquanto serius accidat, omnino tamen aliquando ventura, sed magnum est vitasse mortem animi.' — 'Cibum (ait Calv) dare esurienti et sitienti potum, videmus quanti Xtus aestimet; atqui multo pretiosior est illi animae salus quam corporis vita. cavendum ergo, ne nostrâ ignaviâ pereant redemtae a Xto animae quarum salutem quodammodo in manu nostrâ ponit Deus. non quod salutem conferamus ipsi; sed quod *Deus ministerio nostro* liberat ac servat quod alioqui videbatur exitio propinquum.' 341) Notant (ut Beng) *conclusionem fieri non ut Ep. sed ut libri cujuspiam*; varias commenti sunt causas, ut fortassè *nonnulla temporis illarumve rerum injuriâ interiisse*, fortasse (Schnk) *lectores scriptori non satis notos fuisse* ctt.; omnium minime Wehneri argutia probabitur, Jacobum quod in Ep. Act. 15, 23 sqq. uno vbo dixerit ἔρρωσθε (v. 29), in nostrâ vv. 13 — 20 explicatius exhibuisse, ita np. ut modum adderet quo Xtt. et suam et aliorum *valetudinem* utramque, corporis et animi, curare debeant.

ADDENDA*).

P. [28] '*Ist d. Gebrauch der lat. Spr. in. der Theol. e. heilsame Zucht u. Uebg d. Geistes; ist die lat. Spr. als Spr. eines allgemeinern Gelehrtenverkehrs zur Zeit noch unentbehrlich: so dürfen auch lat. Uebersetzgen d. Bibel nicht fehlen*' (LÜCKE *Studd. u. Kritt.* 1833, 491). Cui fortasse nec contradixerit DANZ. quanquam (*Encyclop. u. Methodol. der theoll. Wissenschk.*; Weim. 832; p. 494 sqq.) nullâ additâ probatione haec pronunciavit: '*Dass man übrigens keine andern exegett. Vorträge* [*als Student*] *annehmen dürfe, als solche, die mit relig. Sinne* (*ohne Mystik u. Allegorieensucht*), *dogm. Unbefangenh., exeg. Genauigk. aber auch Sparsamk., u. in der Muttersprache gehalten werden, versteht sich v. selbst.*' Certe non facile dicetur, cuinam alii theologiae parti ista linguae lat. disciplina aptius rectiusque adhibeatur.

P. [28] lin. extr. Prodiit revera, sed 512 pagg. [32 Bogen], Ev. Mt.; verum intercessit mors HENNEBERGII praematura.

P. [30] in. Accessit HENR. AUG. GUIL. MEYER, parochus (*Harstensium*) prope Gott., qui tanquam alterum vol. NTi gr. cum vers. vernacula editi (1829) edere coepit *criticum exegeticum commentarium* (P. I; Evv. Mt. Mc. Lc; Gott. 1832). '*In d. Form kurzer Scholien* (ait LÜCK. *Studd. u. Kritt* 1833, 495) *wird d. Text krit. gramm. hist. erläutert, D. Vf. benutzt mit selbstständ. Geiste u. gebildetem exeg. Urthle die besten ält. u. neuern exeg. Werke, auch d. grr. Intpten, bes. Euthymius; dabei lässt er es im Einzelnen nicht an eigenthüml. u. neuen Auffassgen fehlen. D. Darstellg ist klar u. einfach, u. das Werk bes. Jüngeren um so mehr zu empfehlen, da es zum Stud. u. Gebr. grösserer exeg. Werke u. des gesammten exeg. u. krit. Apparats verständig anleitet u. zu eignem Nachdenken anregt.*' Fortasse pro intptationis brevitate haud pauca abesse deberent, singulatim notationum critt. singulis cpp. praemissarum, allegationum, hebraicor. et diall. (non sine variis - typorum etiam et typothetarum - erroribus) comparatorum.

P. [30] lin. extr. Tom. II. *Ev. Mc.* prodiit 1830. 803 pgg.

P. [36] not. *e.* Quod in Ep. ad Gal. *unum tantummodo* Jacobum eumque *Apostolum* agnosci debere contendimus, id argumentatio Pauli vetat eo elevare, ut c. RÜCKERTO - in gratiam formulae εἰ μὴ vi *exeipiendi* haud privandae - *apostolos* dictos statuamus '*in weiterem Sinne, als Bezeichng solcher die im Dienste Xsti thätig waren, ohne Rücksicht darauf, ob sie gerade v. den Zwölfen waren; c. Rücks., die, wäre sie auch v. andern durchgängig genommen worden, doch eben dem Paul. am meisten fremd geblieben sein musste, der ja selbst keiner v. Jenen war*' (p. 51). — '*Wenn P. sagt* (ait MATTHIES p. 24), *er habe keinen andern v. den App. gesehen, ausser dem Jac., so liegt hierin handgreifl., dass dieser Jac. musste Ap. sein, u. es ist höchst auffallend, wie WINER sagen kann, wenn man nur εἰδον hinter Ἰάκωβον wiederhole* (*mit welchem Rechte?*), *so lasse sich sehr gut noch an e. andern Jac. denken, der nicht Ap. war.*' Nim. WINERUM non plane assecutus, ipse e vernaculis potius quam e graecis sententiam sibi informavit!

P. 10 (πd 1, 3). *Δοκίμιον*] Contra THOLUCKIUM, qui [*Beiträge z. Spr.-erklärg d. NTs* ctt. Hal. 1832; quas simul vindicias esse voluit intptationis suae laetali a FRITZSCHIO - (*üb. d. Verdienste des .. THOLUCK um die Schrifterklärg.* Hal. 831) - vulnere ictae; p. 44 sqq.] tanquam Neutr. Adjectivi *δοκίμος* dixerat significare 1) *probamentum*, 2) *probationem* (*insofern* '*mit d. Prüfgsmittel der Act des Prüfens verbunden ist, kann man öfter Prüfg übersetzen u. konnte jene Bdtg in diese übergehen*'*!!*), contendit FRITZSCH. [*Praeliminarien zur Abbitte und Ehrenerklärg welche ich gern gewähren möchte* ctt. Hal. 1832; p. 40 - 44] esse formam nominis deminuti (quales, sublatâ deminuti notione, serior potissimum aetas amat) a *δοκιμή*, hoc siguificatuum ordine: 1) = τὸ *δοκιμάζειν* [Jac. 1, 3], 2) = τὸ *δεδοκιμάσθαι*, *probatum esse* [1 Ptr. 1, 7], 3) = τὸ *δοκιμάζον*, quatenus quaevis *probatio* quippe *probans* etiam *probamentum* est [Prov. 27, 21 al.] — motus potissimum eo, quod Adjectivi *δοκίμιος* desunt exempla. Non repugno, quanquam nec de Adjectivo cogitavi, nec in locum incidi ubi *δοκίμιον probatio* verti debeat (praeter l. Ptr. l.; vd. not. 14). Quod vero, a Jacobo *probamentum* cogitatum statuere ac contortum, sit, non

*) Numeros paginarum *uncis inclusos* quaere in praemissis, notitiâ Novi Commentarii et Prolegomenis in Ep. Jacobi.

sentio; nec admodum movet quod propter praeced. πειρασμούς expectaveris δοκίμια. Praetulerunt etiam WAHL in ed. min. et SCHNK.

P. 17 (ad 1, 5). Videtur SCHNK. σοφίαν a γνώσει distinguere tanquam *sublimiorem cognitionem*. Verum quanquam ita serioribus Hebraeis [*Pirke Abh.* 3, 12, 22; 1, 4, 11 al.) veniunt חָכְמָה et (de doctoribus) חֲכָמִים; quanquam 'tum pagani tum Judd. ad xt. rem conversi profundioris cujusdam scientiae aestimationem retinebant'; quanquam denique *sapientia ejusmodi διδασκαλική* lectoribus Ep'ae fuit exoptata: non tamen placuit J'o (vd. ad 3, 13 sqq.).

P. 48. Dele lin. 21–24: 'Nec alienum fuerit – castigando.' cll. p. [41] et 162 sqq.

P. 55 (ad 1, 17). '*Ενι* (ait MATTHIES. ad Gal. 83) *ist als Adv. aus ἐν u. dem demonstrativen Jota gebildet, u. hat e. bezeichnenderen Sinn als ἔνεστι, indem es zieml. so viel ist als ἔνεστι ἐν τούτοις od. ἐνταῦθα, wie z. B. οὗτοι bezeichnender ist als οὗτος.*' Add. RÜCKERT ad cand. Ep. p. 177: '*Ob hier ἔνι aus ἔνεστι entstanden od. e. Adv. ist, wie BUTTM. ausf. Gr. II S. 299 WIN. Gr. 73 wollen, ist im Sinne gleichgültig; doch möchte ich fragen, wie man Stellen wie Demosth. Phil I. p. 42 cp 3 ἅπανθ' ὅσα καὶ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀνθρώποις ἔνι, κἂν τοῖς μετ' ἐκείνου χρὴ νομίζειν ἐκεῖνα, mit der letztern Ansicht vereinigen wolle?*'

P. 57 (ad 1, 16–18): 'Sententiae pariter cohaerent ac in v. 14. Deus propterea *nil mali agere et dare* potest, quia ipse suâ naturâ *mali incapax* est. Deus, qui non, luminum a se creatorum instar, *modo crescit modo decrescit*, sed eodem semper quasi loco eâdem semper indefessâ omnia vi ac bonitate collustrat fovetque, *nil nisi bona et fausta largitur*. . . . Tantum abest, ut a Deo repetere liceat istas ad desciscendum tentationes, ut ille, qui nonnisi bona largiri solet, pro clementiâ suâ vos Evglii ope regeneraverit, quo vos geratis tanquam praeclarissimum crenturarum divv. genus. Duo igitur insunt, quae h. vs. et proponuntur et commendantur: 1) Deus benignus rei xt. homines beatis auctor idem seductionis auctor nequnquam esse potest, 2) ipsum hoc div. munus eo spectat, ut homines loco elato, quo positi sunt, dignos sese exhibeant, egregiâ probitate. Post argumenta, ut ita dicam, metaphysica (vv. 13. 17) J. jam profert historicum idque gravissimum, cui monitionem annectit seriam' (SCHNK).

P. 92. ad not. 59 add. HEINICHEN ad EUSEB. HE. 8, 6 (T. III p. 18–20).

P. 99 (ad 2, 4). Circa legem a WIN. de *Aorr. pass.* pro *medd.* scriptam notat FRITZSCH. [*Präliminarien* ctt. p. 50] 1) non omnia exempla quadrare; 2) plura sensu medio capi quae Graeci revera passive informaverint; 3) '*werden sich d. Verba, in welchen wirklich* Aor. Pass. pro Aor. Med. *gesetzt wird, schwerl. auf e. allg. u. durchgreifende Regel zurückführen lassen, u. man wird dabei stehen bleiben müssen, dass d. spätre Graecität e. gew. Hinneigg zu dgl. pass. Aorr. hat . . ., die einz. Vben ab., wo d. Sprachgebr. statt findet, wird man aus Beobachtg lernen u. ohne weitre Regel — sich merken müssen.*'

P. 149 (ad not. 93). Add. FROMMANN *üb.* [*gegen*] *den angebl. Widerspruch zw. Jac.* 2, 14–26 *u. der paul. Rechtfertigglehre* (in: *Studien u. Kritt.* 1838, 1, 84–118; adv. DE WETT.; eorum, quae jam ab aliis, singul. a KNP. et NEANDRO, notata erant brevis et apte disposita repetitio).

P. 151 (ad not. 103 extr.). In ed. 4tâ (1832) USTERIUS facit c. DE WETTIO [not. 93], addens: '*Die Differenz zw. der Lehre des P. u. der des J. weist demnach nicht so fast auf e. Differenz der Ansicht als vielmehr des Stdpunctes hin. Jener steht auf dem relig., dieser auf dem blos moralischen. . Die Polemik des J. . . trifft also nicht die Lehre des P. sond. nur e. Missverstand derselben. . . Auch P. streitet gg Missdeutgen s. Lehre, nur auf andre Weise u. mit andern Gründen*' (p. 154 sq.). Add. p. 247: '*Wenn man den P. den Ap. des Glaubens, den Jo. den der Liebe, den Petr. den der Hoffng nennt, so könnte man den J. den der Gerechtigk. nennen.*'

P. 153 sq. (ad not. 106). Add. KÖSTER *de fidei modestiâ nostris temporibus maximopere commendandâ.* Kil. 1832 (praemissâ disp. de πίστει in NTo, quam nec reddi vult *Glauben*, nec [c. PAULO Heidelb.] *Denkgläubigk. s. Ueberzeuggstreue*, nec [c. SCHULZ. a quo in nonnullis recedit] *Gottesglaube*, sed [quod nec ipsum exhauserit!] *Vertrauen*). — '*Offenbar* (ait USTER. l. l. p. 406) *ist die πίστις e. auf Erkenntniss u. Ueberzeugg gegründetes Vertrauen; sie ist demnach im Allg. e. Gemüthsbeschaffenh. des Menschen, u. zwar das Aufgeben eigenen Verdienstes u. eigener Gerechtigk., u. das Vertr. auf Xstum, das sich gründet auf die Erkenntniss, dass Jesus v. Gott zum Xstus gemacht, u. bestimmt sei, e. neue göttl. Lebenskraft in die Menschh. zu bringen u. sie wieder zu Gott zurückzuführen.*'

INDEX.

Abrah. 139. 167.
Act. 20, 24 sqq. [13]; 26, 16. [8].
ἀδελφὸς utrum etj. latina? [39]; ἀδελφοὶ κυρίου [34] [36] [39].
ἀδιάκριτος 204.
adulterium, transl. 213 sq.
ἄγε, c. Plur. et ellipt. 240.
ἀκούειν et ἀκροᾶσθαι 76.
Alex. eccles. pro Ep. J. [52]; - versionis abusus [11].
Ἀλφαῖος [36].
Analogia linguarum [3]; - - semiticar. [7].
ἀνάστασις νεκρῶν [10].
Aor. 1. pass. 98; - pro Plusqpf. [8].
ἀπαρχὴ 69.
ἀπείραστος 39.
ἁπλῶς 18.
ἀπὸ et ὑπὸ atque παρά [6] [8] 41 sq. 252.
Apocrr. v. Ti [46] sq.
ἀποκλεισμα 56.
Artic. omiss. [8] 93.
Avaritia, absurda 247.
Bona, a Deo 52. 57.
βουληθείς, benevole? 61.
Cajetan. contra Ep. J. [52].
Catholl. Epp [33].
Christi effata [46].
Christiani, quinam veri? 59.
Clem. R. respexit Ep. J. [52].
Cognitio vd. *fides*.
Col. 3, 22. [13].
Composs. pro simplicc.? [8].
Confessio sacram. 274.
Conjunctivi necne? 241. 246.
Convertendi pretium [56].
2 Cor. 9, 11. 18.
δαιμόνια, pro daemoniacis? 133; = εἴδωλα ideoque nulla? 133.
δὲ pro γάρ? [7] 124.
δέχεσθαι et λαμβ. 68.
Dei summa virtus etj. in minimis 51; bonorum auctor 52. 57; circa mala non incusandus [41] sq. 40.
διὰ c. Acc. et Gen. [6].
Diaboli vis 41; fuga 230 sq.
dialectus sacra 167.
διασπορὰ triplex [49] 2.
dictionis sacrae ingenium [9].
διδόναι et δωρεῖσθαι 51.
δικαιοῦσθαι 152.
δίψυχοι 232.
Divites pro insolentibus 26; *divitiae* quomodo aestimandae? 27. 32 sq. 36.
Docendi pruritus [43]; *doctores* potius incusandi quam *doctrina* 207; munus periculosum 171; satius factis et exemplo *docere* 199; *doctrinae* et disciplinae ratio 65.
δοκίμιον 9 sq. 284.
δοῦλος 2.
εἰ μή, utrum etj. exclus.? 36. 284.
ἐκκλησ. [55].
Elias [54] 279 sq.
Ellipses et Pleona. [5].
ἔμφυτος 69 sq.
ἐν et εἰς [6] 251.
ἐνεργουμένη 273. 278.
ἕνι 55. 285.
ἐντεῦθεν 206.
Eph. 3, 19. 4, 13. [13]; 6, 5. [9].
ἐπιζητεῖν [8].
ἐπιθυμία 46 sq.
ἐπιποθεῖν 218.
Erasm. 36. 238; utrum Ep. J. rejecerit? [52].
ἔργα νόμου, ap. J. 156; ap. P. 155.
ἔρπειν 190.
Exempla Abr. 167; Eliae [54] 279 sq.; Jobi 264 sq.; Rahab. 167.
Factorum necessitas 81. 84.
Fatum Pharis. 48.
Fides et opera 145 sqq.; *f.* quid? sing. ap. J. et in re dogm. 158 sqq.; ap. Jo. 163; abusûs 157; aberrationes 158; effectus 169; nimia aestimatio [42] 158. 164.
Fritzsch. Mt. et Mc. [30].
Gal. 2, 12 sqq. 168.
Gebser. Ep. J. [29].
γένεσις 184 sq.
Genit. Infin. ad Vb. finit. 279 sq.; - Nom. proprio appositus 94.
Henneberg Comm. [25] sqq.
Herder de Jac. [34].
Hexameter 59.
Hildebrand de Ep. J. [47].
Jac. frater Domini, δίκαιος, utrum a duobus App. diversus? [37]; utrum Essenus? [39]; de quo Herd. [34], Niemeyer. [35]; — *Ep'ae* aetas [48]; argumentum [40] sq. judaica conformatum [43] sq.; auctoritas [51] sqq.; authentia [53]; inspiratio [53]; integritas [54] sqq.; interpretes [57] sq.; locus, e metaphoris? [47]; oratio gr. ejusque ad hebrr. et aramm. relatio [45] sq.; pretium [53]; ratio habita apocryphor. [46] sq., effatorum Xti [44], proverbior. judd. [45].
Idololatria 214.
Imago div. 194.
Impp. pro Optt. 126.
ἵνα [11].
Inf. ad Vb. fin. 279 sq.
Ingenium linguae. [3], semitt. [7]; dictionis sacrae [9].
Interpretatio gramm. et hist. [2] sqq.; historicae abusus [10]; historiae sacrae [17]; pia [10]; philol. et theol. [27]; quo tendat? [20]; ratio ad applicationem [20].
Interpretum antiquiorum pretium [21].
Jo. 1, 3. [6]; 1, 15. [5]; 2, 19. [19]; 5, 35. [16]; 5, 36 [6]; 6, 21. [15]; 6, 57. [6]; 7, 52 [17]; 8, 58. [6]; 9, 7. [13]; 10, 8. [4]; 10, 17. [11]; 11, 22. [4]; 11, 33. 38. [11] sq.; 12, 27. [6]; 12, 48. [17] sq.; 13, 3. [18]; 14, 7. 15, 6. [7]; 16, 7. [18]; 18, 24. [8].
Jobus 264 sq.
Irae temperandum 62. 73.
ἴστε 64.
Judaeorum nimia aestimatio cognitionis 158. 164. [42]; proverbia [46]; *Judaeoxtt.* ratio ad Judd. [49] sq. 240. singulatimque ad Hieros. [38].
Jurare vetatur 266 sqq.
Justificatio duplex 81. 152; ap. P. 159 sq. 205.
Kal pro Hiph.? [8].
καλῶς 96. 132.

κενός 135.
Κλωπᾶς [38].
κόσμος 87; non ipse odio habendus 90; *κόσμ. ἀδικίας* 181 sqq.
κτίσμα et *ποίημα* 60.
Latini serm. usus [23] 284.
λείπεσθαι 15.
Lev. 19, 18. 112.
Lex idonea 78; libera 80; mos. et xt. 80; servanda sine delectu 113 sqq. et obtrectatione 237.
Libertas hum. 40.
Libido 46 sq
Linguae temperandum 62. 73; ejus summa vis et domandi difficultas 172 sqq.
Linguarum, singul. semitt., analogia [3] [7].
λόγος ap. Patres 71; *λ. ἔμφυτος* utrum ratio an doctrina? 70 sqq.
Luc. 16, 10. [9]; 16, 15. [4]; 23, 40 sqq. 163.
Luth. ejusq asseclae contra Ep. J. [52] sq. 148. 155.
μακροθυμεῖν 257.
Malorum patientia et utilitas 9. 12. 32 sq. Cf. *Peccat.* et *Tentatt.*
Matth. 2, 23. 4, 13. 5, 18. 20. [6]; 11, 12 sq. [14]; 11, 25. [8]; 12, 18 sqq [12]; 13, 11. [8]; 13, 17. [11]; 17, 21. [18] sq.; 18, 21. [8]; 19, 21. 14; 19, 28. [18]; 22, 36 sqq. 112; 23, 34. [15]; 24, 29. [17].
μή, nonne? 200.
Medicamenta nec negligenda nec unice aestimanda 274 cll. 279; *medicina* psych. 275 sq.
μεγαλαυχεῖν 175.
μέντοι 110.
μοιχαλίδες 213.
Morbi (miraculose? psychice?) sanandi 275 sq.; peccatorum poenae 277. 279.
Mors, e peccato 46; m. *Messiae* 161; m. et resurrectio quomodo a Xto praedictae? [19].
Mundi amicitia 214. Cf. *κόσμ.*
Neander de fide et opp. 165.
Niemeyer de Jac. [35].
νόμος, βασιλικός 110 sq.; *ἐλευθερίας* 78 sqq. Cf. *Lex.*
Oleum in morbis 273-75.
ολόκληρος 15.
ὁμοιοπαθής 279.
Opera vd. *Fact.* et *Fides.*
οὐ pro *μή*? [5].
οὐκ – ἀλλά [4].
Paracletus quomodo sec. Jo. contingat? [19].
παραλαμβάνειν [8].
παραλλαγή 55.
Parallel. versionis alex. [11]: NTi, singulatim Evv. [13] sqq.; VTi apocryphorum [46] sq.
Particip. c. Vb. subst. 50. 125.
παρουσία κυρίου cujus? 258. quid? 258 sq.
πᾶς, πᾶς ὁ, ὁ πᾶς 6-8.
πατήρ 53.
Pauperum electio 104.
Peccatum unde et quo modo? 44 sqq. 40; pecc. clamantia 253; pecc. tegere 282.
πειράζ. ctt. 4.
περιπίπτειν 5.
περισσεία 66 sq.
1 Petr. 1, 6 sq. 10 sq.; Ep. respicit ad Ep. J. [51].
Phariss. fatum 48.
φθόνος Dei? 219.
φρίσσειν 132.
φῶτα, φῶτες 53 sq.
πίστις 153 sqq. Cf. *Fides.*
πλανᾶσθαι 281; *μὴ πλανᾶσθε*, utrum etj. ad sqq.? 49.
Pleonasmi et Ellips. [5] sq.
πλησίον 112.
Plur. substantivor. abstractor. 92 244; transit. a Plur. ad sing. 125.
πνεῦμα 220.
Poenitentiae vis 278.
Poetarum grr. ll. in NTo 50.
ποιεῖν et *πράττειν* 76.
Popularitas sermonis [10].
Precum ratio et vis [55] 20. 212. 278.
πρεσβύτεροι [55] 274.
πρὸς = *κατά*? 218.
πρὸς φθόνον 218.
προσωπολημψία 91.
πρόσωπον γενέσεως 82 sq.
Protestantium *διψυχία*? 24.
Providentia circa mala 43 sq.
Rahaba 143.
Regeneratio 58.
Religio vera, quid? 86 sqq.
Rom. 6, 17. [8]; ll. cum Ep. J. comparabilia 166.
Rosenmüll. Scholia [25].
ὑπαρία 66.
Salutandi formm. 1. 196.
Samum 34.
Sapientia vera et falsa 201 sqq..
σάρκες 250.
Satanas vd. *Diabol.*
Semitt. linguarum analogia [7]; – tropi non tam vcblor. quam sententiarum [9].
Semler 21. 59. 74. 77. 122. 195. 207. 274. 276.
Simplicia pro Compos. [8].
συναγωγή 101.
Syr. ecclesiae testimonium pro Ep. J. [52], versionis paronomasiae ctt. [46].
τέλειος 14.
Tentationes unde? 40 sq.; pie agnoscendae 42 sq.
θάνατος, e peccato 46.
θέλειν et *βουλ.* 134.
θρῆσκος 86.
τὶς 60. 270; *τίς* 199. 237 sq.
τροπή 56.
Tropi, in VTi dictione 43. non tam vcblor. quam sententiar. [9].
τροχὸς γενέσεως 184 sqq.
Unctio extr. 274.
Usteri de fide et opp. 151. 285.
Verba activa causative? [8]; Vb. pro Adv. 211; *verbum internum* 70. *extern.* 71.
Vestimentorum luxuria 248.
Virtutis praesidia 12; via 162.
Voluptas 46; pugnans 208; a Deo abstrahens 213.
ὑετὸς Eliae 280; *πρώϊμος κ. ὄψιμος* 259.
Zwingli de fide et opp. 148.

EMENDANDA*).

1. TYPOTHETARUM ERRORES.

P. [5]	lin.	41	leg.	obtinet.	P. 127	lin.	15	leg.	ἔχῃ.
- 5	-	39	—	λόγοις.	- 139	-	12	—	εἰμί.
- 18	-	22	—	Palaestinam.	- —	-	50	—	ὑγιείᾳ.
- 21	-	14	—	ἀρθητι.	- 144	-	34	—	ad v.
- 38	-	36	—	'Quum.	- 167	-	46	—	not. 121.
- 89	-	3	—	inveherentur.	- 191	-	4	—	Comprehenduntur.
- 93	-	26	—	2, 16.	- 211	-	32	—	μέχρις.
- 101	-	22	—	πρεςβυτέρων.	- 244	-	20	—	ἧττον.
- 104	-	46	—	coeperunt.	- 246	-	25	—	αἱ ὠδῖνες.

2. TYPORUM INJURIAE.

P. [26]	lin.	30	leg.	לֶחֶם	P. 36	lin.	56	leg.	אֹהֲבִי יְיָ
- —	-	32	—	לָרָעֵב	- 53	-	18	—	בֵּן
- —	-	35	—	וְלֹא	- 60	-	29	—	בְּכוֹרוֹת
- [27]	-	4	—	לִבְרִית	- 62	-	30	—	קְ
- —	-	5	—	לְאַזְכָּרָה	- 112	-	17	—	בְּנֵי
- 1	-	28	—	שָׁלוֹם	- —	-	21	—	וְאָהַבְתָּ
- 2	-	32	—	הֵפִיץ	- 130	-	41	—	כִּי אִם
- —	-	53	—	יְיָ	- 141	-	extr.	—	אֲנָשִׁים
- 6	-	7	—	בְּיָד	- —	-	—	—	אֲשֶׁר-לְרַגֵּל
- 13	-	5	—	וּצְרַפְתִּים	- 144	-	4	—	הָאִשָּׁה
- —	-	6	—	כִּבְחֹן אֵת	- 205	-	extr.	—	ܢܣܒܐ
- 23	-	27	—	בְּלֵב	- 210	-	1	—	רָב
- 28	-	45	—	נָשְׁבָה	- 217	-	12	—	וְלַעֲנִיִּים
- —	-	47	—	כְּצִיץ-כֵּן	- 222	-	6	—	הַמְקַנֵּא
- 34	-	1	—	כִּזְרֹחַ	- —	-	18	—	מֵעִיר
- 36	-	46	—	בַּעְלָהּ	- —	-	26	—	רֵעֵהוּ
- —	-	—	—	עֲטֶרֶת	- 233	-	36	—	אִבְלוּ
- —	-	47	—	נֵזֶר					

*) Omisimus notare, quae - quippe intelligentiam haud impedientia - minoris momenti viderentur, ut accentuum nonnullos defectûs aliosque errores.

3296 87

3 2044 069 758 647

The borrower must return this item on or before the last date stamped below. If another user places a recall for this item, the borrower will be notified of the need for an earlier return.

Non-receipt of overdue notices does ***not*** *exempt the borrower from overdue fines.*

Andover-Harvard Theological Library
Cambridge, MA 02138 617-495-5788

Please handle with care.
Thank you for helping to preserve library collections at Harvard.